no.ꝙ statuta laicoꝝ q̄ fiunt ad p̄iudiciū eccl'ie nō valēt:q2 si non valent quando fiunt ad fauorem ecclesie:vt hic patet multominus debent valere quādo fiunt ad preiudiciū ecclesie.ad hoc sepe allegatur decre. Et ad id qd dixi de spoliato vi sententie nulle. bene facit qd habetur in.c.conquerente.ꝭ.de resti.spoli.ꝛ qd no. iij.q.j.in summa. ¶ In glo.j.in fi. No.ex glos.aliqua que sunt ꝓhibita laicis.de aliquibus alijs etiam tetigit hic Jo.an.† Et q2 facilia sunt nō est necesse in illis instare:sed sufficit remittere ad ea que ipse dicit. An tamē laicus possit excōicare[a] si papa sibi potestatē illā concedere not.glos.in.c.bene quidē.xcvj.di.in verbo preter romanū.quā glo.aliqui libri nō habēt quia fuit additio: ꝛ vbi glo.habet̄ incorporata est signum ꝙ decretū est ad modū nobilissimū ꝛ qd in illo sunt additiones que cōiter sunt in gloss. ¶ In glo.ij.in fi. Et qd dicit̄ hic est argumētū quia hic equiparantur ecclesie ꝛ persone ecclesiastice:ꝛ quare bona clericoꝝ censeantur habere priuilegium notauit gloss.ꝭ.de pignor.ex literis. ¶ † In glo.vrbanis.in fin.ꝛ sic vult ꝙ pdiū rusticū ab vrbano discernit̄ nō ex loco lꝫ ex qualitate ipsi⁹ pdij. Et ideo si i ciuitate esset domuncula ad custodiendū animalia posset appellari prediū rusticum:sicut si in villa sit domus ad habitandū pro patrefamilias:secus si ibi est domus pro ipsis rusticis ꝛ colonis: quia censentur tunc esse prediū rusticum nedum ipse fundus ex quo edificata esset talis domus:sed etiā ipsa dom⁹. Et etiā reperire predium qd appellatur pdium suburbanū vt ortus in ciuitate nisi forte multū habundaret in redditibus:q2 tūc appellatur pdium rusticum vt hic voluit Jo.an.facit qd habetur in.l.si pdium.C. de predijs mino.ꝛ in.l.vrbana.ff.de verb.sig. ¶ Quomodo autem quedā sunt seruitutes vrbanoꝝ prediorū quedā rusticoꝝ habetur in insti.de serui.ꝛ tangit etiā hic Jo.and.sed sufficit remissio ad locū preal leg. ¶ † In glo.pe.ibi nō venit in absentis notitiam:hoc intellige verū quo ad inducendū contumaciā: quia aliter nō dicit̄ quis verus contumax nisi habuerit notitiā peremptorij edicti seu peremptorie citationis.l.ex cōsensu.ꝭ.fi.ff.de appel.sed bene valet sentētia si quis fuit peremptorie citatus ad domū lꝫ nō habuerit notitiā citationis:quia censetur esse fictus cōtumax.l.j.C.quō ꝛ qn iudex.ꝛ bene no.in cle.si ante diffinitiuam per glo.de do.ꝛ cōtu.ꝛ sic glo.† nō bene dicit inq̄tum dicit ꝙ nō valet sentētia si peremptoriū nō venit in notitiā absentis:sed bene est verū ꝙ tunc nō censetur verus cōtumax vt predixi,ꝛ notatur etiā in.ꝭ.item ex eo edicto.alleg.in.glos. ¶ Item etiā adde ꝙ interdū terminus statutus a iudice in causa appellatiōis habet vim peremptorij.vt habetur in.c.sepe.ꝭ.de appel. ¶ In ea.glos. in fi.quasi voluerit dicere glo.ꝙ cōtraria locū habent quando est questio inter appellātem ꝛ appellatū:hic vero monasterium nō erat appellatū seu appellans ſm Abba.potes etiā dicere si monasteriū fuisset appellans vel appellatū nō valeret sentētia lata ꝑ iudicem laicum qui est incompetēs cōtra clericum monasterium vel ecclesiā:ꝛ ideo dū litera hic dicit nō cōuenti vel ꝯfessi.ꝛc. Potes supplere maxime q2 etiā si monasteriū fuisset conuentū non potuisset cōtra eum ꝓcedi ꝑ iudicē laicū. ¶ † In glos.fin. ibi nos in quēꝙ.no.bene ex glo.quā dicunt aliqui nō esse alibi ſm Car. flo.ꝙ sentētia lata sine medijs hoc est sine probationibus est nulla:[b] facit ſm illud qd habetur.ij.q.j.in.c.j.semper.ꝛ qd not glos. ea.q.in summa.ꝛ.C.de sen.l.prolatā.ꝛ.l.stipulatione.ꝛ de sentē. ex piculo recitan.l.j.ꝛ.ij.ꝛ.ꝭ.de in integ.rest.in.c.cū ex literis. Jo. an.si hic dicit gl.intelligendā sane ꝛ plus nō dicit nec aliter declarat:forte voluit glo.debere intelligi quādo esset.lata non precedente legitima citatione:vel deficiēte aliquo de substātialibus ordinis iudiciarij.de quibus per glo.in.c.de causis.de offi.deleg. ꝛ.ꝭ.de libel.obla.c.j.ꝛ.ij.q.j.in summa.ꝛ per glo.etiā in.l.prolatā. C.de sentē.ꝛ interlocutio.vel quando esset lata expresso errore iuris.vt in illa.l.ij.C.quando prouo.nō est neces.ꝭ.de re iudica.c.j. vel quando non precedente cause cognitione esset lata ꝙ patere posset ex breuitate temporis inter litis contestationē ꝛ sententiā ſm Barto.in.d.l.prolatā. Et facit qd habetur in preal leg.c.cum ex literis.ꝭ.de in integ.resti.glo.tñ simpliciter videtur velle qd si sentētia fertur non precedente probatione sit nulla:ꝑ qua facit qd habetur.ij.q.j.c.nos in quēꝙ.ꝛ.c.primates.ꝛ.c.j.semper. In quibus videtur probari ꝙ non debet sententia ferri contra aliquem nisi conuictum aut confessum alias videretur esse irrita: ꝛ sic nulla vt aperte videtur dici.in.d.c.primates.do.Ant.de but. hic videtur tenere ꝙ si fertur sentētia per iudicem nō visis actis ꝙ tūc non tenet per.c.cum bertoldus.ꝭ.de re iudica.ꝛ idem si expresse fuerit denegata offensio per id qd habetur in.d.l.primates ꝛ qd notauit Inn.ꝭ.de coha.cle.in.c.tua in.gl.magna. in ver fi. item dicimus. Idem videtur hic primo loco dixisse si reijciatur exceptio peremptoria non subsistente presumptione ꝯtra opponentem vel si subsistat offeratur probatio:incontinenti per notata per Inn.in.c.post electionem.ꝭ.de cōces.preben .sed certe hoc ibi non dicit Inno.vnde in hoc vltimo videtur se hic correxisse postea ꝛ tenere cōtrarium videlicet ꝙ nō reddatur ex hoc sentētia nulla ex eo q2 si iudex temporalis exceptionē peremptoriam non subsistente presumptione cōtra opponentem non admittat vel etiam si subsistat fuerit oblata ꝓbatio incōtinenti:ꝛ imputet sibi pars que nō appellat:q2 ex hoc nō reddetur sententia nulla. Et pro hoc etiā facit q2 probatio nō videt̄ de substantialib⁹ iudicij:vnde actore nō probante pōt ferri diffinitiua pro reo.C.de edendo.l.qui accusare. Et facit qd not.in.c.causam.ꝛ.c.prout.de do.ꝛ contu.ꝛ sic videtur ꝙ ꝓbatio non sit de substantialibus iudicij.ꝛ per cōsequens videt̄ valere sñia dummodo sit lata nō expresso iuris errore in ea ꝛ parte citata:vel contumaciter absente. l.ea que.C.quo.ꝛ qn iu.ꝛ.l.etiā.ꝭ.j.ff.de mino.ꝛ facit qd no.Spe. in titu.de preparato.iudicij.in princi.vbi inter substantialia iudicij non numerat probationem:licet glo.aliter sentiat in preal. l.prolatam.ꝛ.ij.q.j.in summa.vnde dixit Barto.in.d.l.prolatā. ꝙ valet sententia si sit lata parte p̄sente vel legitime citata. Nam tunc satis dicitur lata causa cognita per text.in.d.l.etiam.ꝭ.j.ff. de minor.nisi ex breuitate temporis inter lit.contesta.ꝛ sententiam appareret verisimiliter processum esse ad sententiam absq; cause cognitione.argumen.preal leg.c.cum ex literis.in ver. perspeximus.ꝭ.de restitu.in integ.ꝛ sic videtur aliter dicere ꝙ dicat hec glo ꝛ do.Anto.de bu.ꝛ videtur velle ꝙ nō sit necesse probationem vel confessionem interuenire fecit quod not.Inno.in.c. quoniam contra.ꝭ.de proba. Et ad.c.cū bertoldus.posset responderi quod ibi nō dicitur sententiam esse nullam sed irritandam. Et ad.c.primates posset dici ꝙ ibi dicitur sententiam esse iniustam:ꝛ inquātum dicit irritam debet intelligi:id est irritandam. per id quod habetur in dicto.c.cum bertoldus.ꝛ pro hoc etiam quia interdum iudex potest denegare audientiam parti si sibi visum fuerit.l.sed et si ꝑ pretorē.ꝭ.sed si cum decreto.ff.ex quibus causis maio.ꝛ ideo non videtur ꝙ ex illo reddatur sententia nulla:sed potius videtur imputandum parti quare nō appellauit: satis tamen videtur dici posse ꝙ si expresse appareret eum non visis actis pronuntiasse quia tunc potest dici ꝙ ex arrupto.ꝛ nō precedente debita deliberatione prout fieri debuit iuxta.l.j.ꝛ.ij. C.de senten.ex periculo recitan.ꝙ tunc satis apparet sententiaꝫ latam absq; cause cognitione per ea que habentur in dicta.l.j.ꝛ ij.textus tamen in dicto.c.primates.multum facit pro glo.inquātum dicit sententiam esse irritam ꝛ iniustam si feratur contra nō conuictum nec confessum. Sed illud.c.posset intelligi quādo ex arrupto appareret illam esse latam per ea que habentur in dicta l.j.ꝛ.ij.al's in dubio ex quo pars fuisset citata vel esset presens ꝛ non esset breuitas temporis inter contestationem ꝛ sententiam: satis videtur qd valeret sententia licet iniusta.vt voluit Barto. in dicta.l.prolatam.vel potes etiam dicere ꝙ si ex tenore processus appereat sententiam latam contra non conuictum vel confessum:ꝙ ex hoc reddetur nulla per preal lega.c.primates.vbi videtur esse casus non violando literam.ꝛ sic videretur qd dictum Barto.non procederet quando ex processu appareret quem esse condemnatum ipso non existente confesso vel cōucto:intellige quia non appareret aliquam probationem productam nec appareret de confessione:secus si appareret aliquam productam contra condemnatum:puta instrumenta vel testes licet forte per illa non probaretur contra ipsum condemnatuꝫ. Nam tunc non potest dici sententiam latam esse non factis aliquibus probationibus:licet illa que inducta sunt ad probandum non probent: ideo tunc videtur ꝙ sententia valeat licet sit iniusta:ꝛ ſm predicta videtur intelligi glos.in dicta.l.prolatam.ij.qō.j.in summa. Et hec secūda opinio videtur cōmunior ꝙ opinio Bar.per tex. in dicto.c.primates. Nam licet pars fuerit presens vel citata nō per hoc sequitur ꝙ debet valere sententia si ex processu appareret nullam confessionem interuenisse nec penitus aliquam probationem. Et ſm predicta debet intelligi dictum Specu.inquātum videtur voluisse ꝙ probatio non sit de substantialibus iudicij.nam videtur ꝙ debeat intelligi quando aliqua fuerunt inducta ad probandum:puta instrumentum vel testes:tamen reuera non probant:secus quando nulla penitus fuisset probatio Et sic intelligatur gl.in dicta.l.prolatam.ꝛ.ij.q.j.in summa.per id quod habetur in.c.primates.ꝛ sic forte voluit intelligere domi. Cardi.floren.dum dicit glos.velle ꝙ sententia lata sine medijs cause hoc est non factis aliquibus confessionibus vel probationibus non valet quando fertur contra aliquem. ¶ Fateor tamen ꝙ ꝓ reo pōt ferri absolutoria si actor non probat intentionem.l.qui accusare.C.de edendo.ꝛ.ꝭ.de probationibus.in.c.ex literis. Et dixi reum absolui actore non probante:intellige verūꝫ etiā si ipse reus nihil ꝓbauerit per id qd habet̄ in.l.qui accusare. C.de edēdo.nō debebit tamē iudex procedere ad diffinitiuam ꝓ ipso reo ipsum absoluendo nisi prius dato termino actori ad ꝓbandum ꝛ illo elapso:nam ante non potest dici iudici liquere de causa per id qd habet̄ ꝛ nota.in.l.si de meis.ꝭ.fi.in.l.seq.cum ibi not.per Bar.

---

[a] ¶ Laicus an possit excōicare si papa ei ꝯmittit.vid per do.fel.i.c.ex parte decani.d re scrip.i pn.nu. j.fo.cxlvj.i impssione Lug.

[b] ¶ Glo.singula.ꝙ sñia lata sine ꝓbationibus est nulla. Et an sñia lata nō visis actis sit ipo iure nulla.vid h la te ꝑ do.fel.per v.col.icip.i co. v.ꝑpe fi.i ver. i glo.fi.ꝛ h et per do.Abb.

nō.per Bart. ff.de arbitris.⁊ in.l.properandū.§.j.C.de iudicijs. per eūdem. ¶ Item aduerte quia potest dici ꝙ in.c.cum bertoldus iudex vidit ꝓtestationes vni⁹ partis: licet nō viderit attestationes alterius:⁊ ideo ibi non redditur sententia ipso iure nulla ex quo processit ad sententiam visis aliquibus probationibus: secus videtur vt superius dixi quando ex ꝓcessu appareret nullas penitus probationes factas ⁊ nihilominus reum condēnatum: quia tunc videt̄ qꝺ sentētia sit nulla.vt voluit hic glo.⁊ facit qꝺ habet̄ in.d.c.primates. ¶ Item ēt aduerte quia ibi allegaui.§. l.etiā.§.j.ff.de minoribus.debui allegare.l.in causam.§.causa cognita.ff.de minoribus. Et lz ille.§.multū videt̄ facere pro opini. Barto.inquātum vult ꝙ dicatur causa cognita esse factū id qꝺ fit per iudicē ad instantiā maiestatis altera parte presente vel ꝑ cōtumaciā absente:tū illud potest intelligi qn̄ aliquid fit non faciendo sententiā diffinitiuā: vel si intelligatur qn̄ fertur diffinitiua: debet intelligi ꝙ illud oīno est necessarium qꝺ ibi dr vt dicat̄ causa cognita sententiā esse latā. Sed nō debet intelligi qꝺ illud solū sufficiat quia imo etiā alia requirunt̄.vt.d.c.primates. Et ꝑ predicta etiā patere potest quid iuris si opponitur exceptio: sed iudex nō vult admittere ꝓbationem sup illa: nam videtur ꝙ nō per hoc vitietur processus dūmodo alia solēnia interueniāt: licet pars posset appellare rōne grauaminis secundum ea q̄ habēt̄.j. de appel.ex parte ⁊ in.c.dilecto. An autē in notorijs possit valere sentētia sine ꝓbatione. Inno.posuit in.c.tua.in gl.magna.in versi.item dicimus.j.de coha.cleri.⁊ mu.⁊ ibi cōcludit ꝙ sic dūmodo appareat esse notoriū id d quo queritur. In non notorijs autem an possit valere sententia sine probatiōe posuit ibi duas opiniones cōtrarias. Una est ꝙ sic.⁊ scd̄am videt̄ tenere ibi Calderinus.⁊ do. ¶ An.de bu.hic per no.in Specu.de preparato.iudicij.in princ.vbi Specu.nō numerat probationem inter substātialia iudicij. Sed tu potes dicere melius.vt plene dixi.§.

9 ¶ †Extra glo.tangit hic do.Anto.de bu.nūquid lex data a laico vel cōsuetudo vel statutū laicorū[a] habeat ligare aliquo casu ecclesias vel clericos aut res ecclesiarū vel clericorū. Conclude ꝙ aut querit̄ de lege imperiali aut queritur de cōsuetudine aut de statuto. Primo casu Hosti.in.c.fi.j.de solu. Ioā. an.ibi post eum.⁊ Archid.in.c.lege.x.dist.sequēdo Host.in loco preallega.dicit qꝺ si lex imperialis est preiudicialis ecclesie illa non valet nisi expresse reperiatur approbata per papā. Si vero sit fauorabilis ecclesie vel saltē dānosa:⁊ tunc in dubio intelligit̄ approbata nisi expresse reperit̄ reprobata.per id qꝺ habet̄ in.c.j. j.de ope.no.nun. Si autē querit̄ de ꝯsuetudine an liget ecclesias vel clericos. Hosti.in loco ꝑalleg.⁊ etiā Archidia.videtur velle ꝙ sic.q: illa videtur habere vim legis.xj.dis.c.an his.⁊ quia etiā plura videtur requiri ad inducendū consuetudinē ꝙ̄ requirant̄ ad inducēdū statutū.facit qꝺ no.Io.an.in.c.cū.p.j.de fide instr. ⁊ istud videtur sequi do.Anto.de but.§.e.c.que in ecclesiaꝝ.vbi etiā posuit qꝺ supra dixi de lege imperiali. Sed hic videt̄ melius intelligere istud verū quādo esset cōsuetudo honesta:⁊ sic rationabilis ⁊ esset cōsuetudo mista laicoꝝ ⁊ clericorū. Ita ꝙ fuit mista nō seruata tā per laicos ꝙ̄ per clericos. Nam tunc nō mirandum si clerici tunc ligātur q: simpliciter ligant̄ ex vi consuetudinis laicorū: sed potius ex vi cōsuetudinis ipsoꝝ clericorū ex quo per eos etiā pariter fuisset lata. facit qꝺ no. Inno.j.de consue.cū dilectus ⁊ idē etiā voluit Io.de lig.respōdēdo ad.c.cū venissēt. j.de eo qui mit.in pos.cau.rei seruā.dicens ꝙ ibi fuit consuetudo mista clericorū ⁊ laicorū: ⁊ ideo ēt ligabat clericos. ¶ Aut q̄ritur de statuto inferioris a principe: ⁊ tunc cōiter consueuit dici ꝙ statuta laicorū nō ligāt clericos vel ecclesias.⁊ hoc tenuit Cy. in.l.ij.circa fi.C.que sit lon.consue.⁊ Inno.⁊ Compost.j.de cōsuetu. Et per hoc etiā allegatur q: laici nullā penitus habēt potestatem super clericos vel ecclesias.vt hic pt3. Et sic videtur ꝙ talia statuta non debeant ipsas ecclesias vel clericos ligare propter defectū potestatis. Item q: clerici videntur esse superiores ipsis laicis cū laici habeant eis obedire: vt hic dr. Ergo tanꝙ̄ inferiores nō videntur ipsi laici posse legare clericos.pro hoc etiam qꝺ habetur in.d.§.plebescita.insti.de iure nat.gen.⁊ ciui.vbi statuta a plebe non ligabant nobiles seu ppl'm Romanū tanꝙ̄ superiores. Et ideo oportuit illa prebescita per totum populū approbari.vt ibi pt3 per Bart.in.l.j.C.de summa trini.aliter dicit in.v.qō.principali. Nam ibi dicit qꝺ si statutū laicoꝝ expresse fiat sup ecclesijs vel personis ecclesiasticis vel rebus clericoꝝ non valebit cum fiat super re non subiecta statuenti.vt hic pt3 interdum vero statutū fit generaliter ⁊ nulla fit mētio expressa de clericis vel ecclesijs:⁊ tunc concludit qꝺ si tale statutū disponat aliquid contra ea que sint concessa in priuilegiū ecclesijs vel clericis de quibus per Innocen.j.de senten.excōmu.in.c.nouerint. ⁊ per legistas in.l.priuilegia.C.de sacrosan.eccle.⁊ in auf. cassa. C.de episco.⁊ cleric.⁊ tunc nō valebit statutum quia cens̄et tūc esse contra libertates ecclesie:⁊ sic non valet ꝑ ea que habentur in dicto.c.nouerint.⁊ in dicta auf. cassa. Si autē nihil disponat contra concessa in priuilegio ecclesijs vel personis ecclesiasticis. tunc dicit ꝙ si statutum de se sit honestū ⁊ rationabile ꝙ ligabit etiā clericos vel ecclesias per tex.in.c.cum venissent.j.de eo qui mit.in pos.⁊ per id quod habetur in.l.cum causa.de re iudi.a cōtrario sensu.vbi videtur reprobari cōsuetudo laicorū quia erat vana:⁊ sic a cōtrario videtur qꝺ si fuisset honesta ⁊ rationabilis debuisset etiā inter clericos seruari. ¶ Et istā opinio.videtur sequi Io.an.in quadā ratione quā ponit in addi.Specu.super ti. de consti.⁊ istā opi.videt̄ etiā voluisse do.Ant.de but.§.eo.in.c.

10 que in ecclesiaꝝ. ¶ †Et per predicta videretur dicendum ꝙ si ex forma statuti instrumentū publicū debeat mādari executioni sine libello qꝺ tunc ligabit ecclesiā etiā vbi causa agatur in foro ecclesiastico.⁊ istud sequitur Bar.in.d.l.j.C.de summa trini.cōtrarium tū vt ipse etiā tenuit Hosti.in summa de consue.§.de veritate ꝟsi.sed pone ꝙ inter laicos.⁊ ver.sed quid si clericus in quo sit dicendū vt.j.dicam. Per predicta etiā videtur ꝙ si statuto caueatur qꝺ nō valeat testamentū nisi fuerit insinuatum quia videtur honestū statutū ⁊ rationabile vt falsitates euitentur in testamento.facit qꝺ habetur in.l.iubemus.ad fi.C.de testa.⁊ in.l.fin. C.de fideicō.videt̄ ꝙ si testamentū fiat per clericū ⁊ nō insinuet̄ qꝺ nō valebit licet vt ipse etiā refert Hosti.tenuerit cōtrarium in summa.de testamen.§.qualiter.ver.an igitur in facto. que autē opinio sit verior.patebit ex.j.dicendis.per predicta videt̄ etiam do.Anto.de bu.§.eo.in.c.que in ecclesiarū decidere qꝺ si statutū

11 excludens † feminā a successione ab intestato extāte masculo habeat locum etiā in clerico. Et sic dicit alias fuisse de facto seruatum. Et pro predicta decisione etiā allegat qꝺ habetur in.c.dilecti.j.de foro compe.vbi priuilegium concessum anglicis etiā habet prodesse clericis.ad idem etiā alleg.quod not.Io. and.in.c. fi.de offi.deleg.in.vj.vbi dicit ꝙ pacta inita inter aliquos dn̄os pro suis districtibus proderūt etiā clericis. Et per predicta etia3 videretur qꝺ consuetudo laicorū quando est rationabilis ⁊ honesta haberet ligare etiā clericos ⁊ ecclesias ex quo specifice non disponeret sup illis.do.An.de bu.hic dicit qꝺ dictū ⁊ opi. Bar. communiter dānatur per canonistas ⁊ istam dānabat Ioan.de lig.per hanc decreta.ex eo quia causa annullādi statutū vel consuetudinem ipsorū laicoꝝ quo ad ecclesias ⁊ personas ecclesiasticas videtur surgere a defectu potestatis: vt hic patet.sicut ergo expresse nō possunt laici per sua statuta ligare clericos vel ecclesias.ita eadem ratione videtur ꝙ non possint ligare generaliter vel tacite disponendo: quia tacitum ⁊ expressum equiparantur. l.cum quis.ff.si certū peta. Et ideo videtur ꝙ sicut non possent laici per sua statuta expresse ligare ecclesiam vel non clericos ita nec etiam tacite faciendo generale statutum. Item videtur qꝺ si non valet statutum laicorū quando fit contra concessa in priuilegium multo fortius non debeat valere quādo fit statutum cōtra cōcessa de iure cōmuni: quia fortius est ius cōmune ꝙ̄ priuilegium.vt in.§.quia vero verisimile in auf.de non alien.col.ij.⁊.l. eius militis.in quibus patet ꝙ facilius tollitur priuilegium quā ius cōmune.⁊ ista pars videtur de iure verior per rationes predictas.nec obstat ꝙ habetur in dicto.c.cū venissent. quia vt dicit Io.de lig.ibi loquitur de cōsuetudine mista laicorū: ideo nimirum si ligat personas ecclesiasticas. ¶ Item non obst.c.cum causa.quia nō debet ibi sumi arg.a cōtrario sensu ne resultet iuri contrarij intellectus.vt not.per gloss.in.c.j.de eta.⁊ quali.in.vj. An tū aliquo casu possit saluari opi.Bar.potes dicere vt hic tetigit do.Anto.de bu.ꝙ aut queritur de bonis ecclesiarū. Aut de bonis clericoꝝ primo casu si causa est tractāda in foro ecclesiastico: tunc seruari debent canones ⁊ nō statuta laicorum.§.eo.c.j.⁊ ibi fuit dictum. Aut causa tractatur in foro seculari ⁊ tūc aut statutum vel cōsuetudo laicoꝝ cōcernit preparatoria iudicij: ⁊ tūc debebit seruari statutū vel cōsuetudo laicoꝝ generaliter loquēs quo ad ꝓcessum fiendū in ipso foro seculari. Et pro hoc quia ex quo canones cōsentiunt qꝺ possit ꝯtra laicū agi in foro seculari. de re.eccle.vident̄ ꝯsequēter cōsentire ꝙ seruetur modus procedendi illius fori.⁊ pro hoc bene facit qꝺ no.glo.in.c. qꝺ clericis. j.de fo.cōpe. Et per hoc videtur ꝙ si in foro ecclesiastico peteret̄ instrumentū publicū mandari executioni ꝯtra clericū virtute statuti laicoꝝ disponētis instrumentū publicū debere mādari executioni sine libello nō seruabitur tale statutū: quia in preparatorijs seruari debet locus fori iudicij. facit qꝺ not.in.l.j.C.de sum. tri.gloss.⁊ docto. In decisorijs aūt sub rebus ecclesie etiā si causa agitetur in foro seculari debebunt seruari canones ⁊ nō statuta vel cōsuetudines laicoꝝ per ea que habētur ⁊ no.§.e.c.j.⁊ que notātur etiā in.d.c.qꝺ clericis. Et ſm predicta etiā debet intelligi qꝺ no.glos.in cle.dispēdiosam.de iudi.⁊ Io.an.in addi.Spe. i.d.ti.de cōsti. Si aūt loquimur de rebus patrimonialibus clerici. Cōclude qꝺ quo ad ꝑparatoria seruari debet cōsuetudo ⁊ statutū fori iudicij loci per ea que habentur per glo.in.d.c.qꝺ cleri

a ¶ Lex laicorū aut statutū an aliq̄ casu possit ligare clericos aut eorū3 bona. de hac materia vīd ā plissime ꝑ do. Fel.h ꝑ multas col.⁊ ꝯclusiōes ⁊ limita. incip.in.xj.co. in ꝟ.extra gl.⁊ h̄ sit tibi pro multis addit. q: ibi sufficientissime tractatū inuenies.ad de ēt Pau.de ca.ꝯsi.ccxcix. inci.ad ꝑmu3 quesitum.

cis.¶ Si autē querif quo ad decisoria:tunc cōclude qđ aut sta/ tutū iniecit vinculū ante clericatū:z tunc ligat clericum z in foro ecclesiastico.vt nota.Jo.and.in regu.sine culpa in iniuria.de re/ gu.iur.lib.vj.vbi dicit ꝙ si fiat statutum ꝙ primogenitus succe/ dit in hereditate.si ante statutū scđo genitus iam sit clericus nō ligabitur statuto:secus si post statutū:secūdo genitus factus sit clericus.Si autē statutum non iniecit vinculū ante clericatum: tūc dicit do.Anto.de but.ꝙ aut factum de quo agif nō habuit originem a facto clerici:z tunc in decisorijs iudicabitur etiā in fo ro seculari ſm canones.facit qđ not.in.d.c.qđ clericis.de foro cō pe.z.s.e.c.j.Secus dicit si habuit originem a facto clerici z de il lo principaliter agatur corā iudice seculari:quia tūc dicit ꝙ etiā in decisorijs seruabitur statutū z consuetudo fori secularis.arg. l.si fundus.ff.de euic.z.l.j.cum ibi notatis.C.de emancipa.libe rorū.z est ratio ſm eum quia etiā ſm canones clericus contrahē do in loco sortitur forū in loco.j.de foro compe.dilecti.z.c.fi.z sic videtur ꝙ subijciatur statutis z consuetudinibus illius loci:se cus tñ dicit quādo nō ageretur principaliter de ipso actu origi nato:sed incidēter ratione recōuentionis tenendo opinionem ꝙ clericus possit recōueniri corā laico iudice.Nam tunc lз recon ueniatur de re que habeat ortū a facto suo tamē in decisorijs ser uabūtur canones.Sed certe istud dictū do.Anto.de bu.non vi detur procedere inquātum vult ꝙ vbi agitur principaliter de fa cto originato ab ipso clerico in foro seculari qđ tunc debeant ser uari statuta illius loci z in decisorijs.Nā ſз hoc sequeretur qđ si statutū esset in loco qđ cōtractus non potest ꝓbari nisi per qua/ tuor testes:si clericus in tali loco contraheret cum laico:z postea ageret in foro seculari cōtra laicū nō posset obtinere nisi ꝓbaret cōtractū per quatuor testes ſm opi.do.Anto.de but.cuius ꝯtra rium tenuit Jo.cal.in.q.sua que incipit statuto ciuitatis: vbi di cit ꝙ in dicto casu clericus debebit admitti ad probandum per duos testes idoneos:quia probatio respicit decisoria z in deciso rijs causis ecclesiarū z clericoꝝ debent seruari canones z nō statu ta vel cōsuetudines laicoꝝ.vt.s.eo.c.j.cum ibi notatis:lз quo ad preparatoria seruāda sit consuetudo z similiter statutū vbi pro/ ceditur per id quod habetur in.d.c.qđ clericis.de foro compete.

a ¶ Papa an possit se subij/ cere Judicio iudicis secula/ ris vide hic p dom. abba.z p do.fel.l.j.in col.ij.x.lз con trariam opi.

¶ Et sic ex predictis videf stare ꝯclusio qđ quo ad decisoria sta tuta laicorum nō ligant ecclesias:nec clericos saluo nisi statutū iniecisset vinculum ante clericatū:quia tunc ligabit clericū in pa trimonialibus vt superius dixi.In preparatorijs autē si causa agitetur in foro ecclesiastico non ligat statutum z cōsuetudo lai corum vt voluit Hostien.licet Barto.voluit contrariū in dicta l.j.C.de summa tri.Sed si tractetur causa clerici vel ecclesie in fo ro seculari bene quo ad preparatoria debebit seruari statutum 12 vel consuetudo illius fori.¶ †Et per predicta patere potest ꝙ si testamentum fuerit factū a clerico valebit:licet nō fuerit insinua tum vt voluit Hostien.ꝙuis statutum laicoꝝ habebat genera/ liter ꝙ nō valeant testamenta nisi fuerint insinuata quia tale sta tutum non videtur ligare clericum sub tali generalitate:cū etiam expresse hoc non posuit:licet Barto. voluerit oppositum vt su/ perius dixi:fateor tamen qđ si fieret testamentum per laicum:li/ cet aliquid relinqueretur clerico qđ nō valeret nisi fuerit insinua/ tum:quia tunc principaliter fit a laico qui est subiectus statuto: quod intellige verum nisi relinqueretur aliquid clerico pro ani/ ma:quia tunc quo ad tale relictū valeret testamentum licet non fuerit insinuatū.per id quod habetur in.c.cum ibi.de testamen. z etiam videtur voluisse Barto.in.d.l.j.C.de summa trinita.

13 ¶ †Itē aduerte qꝛ per predicta potest inferri an si statutū exclu dat feminā in successione ab intestato extāte masculo an clericus poterit vti tali statuto.do.Anto.de but.s.eo.c.que est ecclesiarū, voluit ꝙ sic.vt.s.tetigi.sed contra istud facit quia statutum lai/ cum nō videtur comprehendere personā ecclesiasticam etiam da to qđ sit ei fauorabile per istum text.z per id quod superius dixi. nec obstat quod habetur in.c.dilecti.j.de foro compe.quia ibi lo quitur quādo priuilegium fuisset concessum a papa : ideo nimi/ rum si ibi comprehēdit etiā clericos:z eodē modo videtur intel/ ligendū quod not.per Jo.and.in.c.fina.de offi.deleg.in.vj.quā do videlз per superiorē ecclesiasticū aliqua conuenientia fierent pro districtu vt tunc contineātur etiā clerici.Jo.an.tamen ibi vi detur sentire idem etiā si fiat per superiores laicos:sed istud di ctum nō videretur ꝓcedere per istum text. qui aperte vult qđ sta tutum laici ēt si sit fauorabile clericis quo ad ipsos nō valeat ni si diceres ꝙ hic loquitur quādo expresse fit mentio de clericis se cus quādo in generē.¶ Sed certe vt supra dixi eadem ratio vi detur quādo dispositio fit in genere.Nā ad clericos semp subest defectus potestatis.Et sic videtur idē etiā tūc dicendū.Tene tū menti dictū Jo.an.¶ Itē aduerte qꝛ ad.l.si fundus.alle.per.d. Ant.de bu.qñ id de quo agif hз originem a facto clerici:z dicit tunc debere inspici statuta loci cōtractus.Nam pōt rūderi qđ be ne sortif forū in loco cōtractus vt in illo possit ꝯueniri vel in illo loco possit agere.j.de fo.cōpet.dilecti.Sed nō sequif per hoc qđ causa dз decidi ſз statuta laicoꝝ.vt aperte voluit etiā Jo.cald. in pallega.q.que incipit statuto.vt ptз ex his que superius dixi.

¶ Itē adde supradictis ꝙ vbi statutū generalr loquif z pōt ve risimilr dubitari ne inferat ꝑiudiciū clericis vel ecclesiasticis ꝑso/ nis qđ pōt implorari officiū superioꝝ:vt declaretur tale statutū nō extendi ad clericos.vt voluit Jo.an.in.c.fi.de immu.ec.li.vj. Et bene facit qđ no.in.c.statuto.de here.co.li.z ptз exēplū ex no. in.d.c.fi.per Jo.an.qñ dictat statutū ꝙ nō pōt res aliqua aliena ri in nō subiectū.Nam tale statutū ex sui gñalitate posset inferre preiudiciū clericis:z ideo possit peti vt declaretur nō posse exten/ di ad eos.De iure tñ videtur ꝙ etiā illos non comprehendat qꝛ laici non possunt statuere ad preiudiciū clericorū vel ecclesiarū: 14 vt hic patet.¶ †Ultimo Jo.and.hic tetigit nūquid papa possit. a se subijcere iudicio iudicis secularis[a] videtur qđ sic per id qđ ha/ betur.ij.qō.vij.nos incōpetenter.z.ff.de iuris.om.iudi.l.est rece/ ptum.tenet ꝯtrariū quo ad iurisdictionē cōtentiosam que nō po test haberi in superiorē.j.de ma z obe.cū inferior.nec obst.ꝙ ha betur in.c.nos incōpetenter.qꝛ qđ ibi dicif qđ pōt se subijcere iu dicio laici exponi dз.i.discretioni:nō autē qđ possit dare iurisdi/ tionem cōtentiosam ꝯ se per ea que habenf in.d.c.cū inferior.vo luntarie autē potest stari eius iudicio seu discretioni:z sic etiā po 15 test intelligi qđ habef in.d.l.est receptū.¶ †Sed aduerte.qꝛ.d.l. est receptū.videf fortiter facere cōtra ꝓxime dicta.Nam ibi vide tur ꝙ superior iudex posset subijcere se inferiori etiā quo ad con tentiosā iurisditionē:sed potes dicere quando iudex laicus su/ perior subijcit se inferiori in aliqua causa:qđ tunc potest in illuз prorogare ipsius iurisditionē.z ita intelligatur illa lex.sed secus est quādo superior ecclesiasticus vult se subijcere iudici laico : qꝛ tunc nō potest.nam clericus nullo mō potest ꝓrogare iurisditio neз in iudicē laicū.j.de fo.compe.si diligenti.z eo.ti.significasti. et ideo nimirū si papa nō potest se subijcere iudici laico: z ista est melior ratio quā illa que colligif ex.c.cū inferior.Nam illa nō vi detur indistincte cōcludere per ea que habētur in.d.l.est receptū. vbi ptз qđ si superior laicus se subijcit iudici inferiori in aliqua causa ꝓrogatur iurisditio in illū inferiorem z ratione ꝓrogatio/ nis censetur esse superior in causa illa z prorogās inferior.Ideo potest tunc iudex in quē facta est prorogatio in dicta causa exer cere iurisditionē contra superiorē:qꝛ vt dixi nō censetur superior quo ad illā causam.Itē adde quia per ea que superius dixi vide tur qđ si vigeat statutū vel cōsuetudo qđ non valet contractus nisi fiat in presentia quatuor testiū:tale statutū vel talis cōsuetu do nō ligabit clericū per ea que dixi.s.z per ea q̄ no.Jo.de cald. in.d.q.que incipit statuto.Sed cōtra hoc fortiter facit qꝛ qñ sta/ tutū vel cōsuetudo disponit circa solēnitatem actus celebrandi in loco videtur ligare forenses cōtrahentes in tali loco:lз al's nō sint subditi statuentium per ea que legunf. z notanf in.d.l.j.C. de sum.trini.z in.l.j.C.de emanci.liberorū.z sic videf ꝙ ligētur etiā clerici licet non sint subditi statuenti.Sed potes dicere qđ a/ liud in forensibus aliud in clericis quia non possunt aliquo mo/ do ꝓrogare iurisditionē in laicum.d.c.significasti.z.c.si diligēti. et ideo nimirū si clerici tali statuto vel cōsuetudine non ligantur sed sortiantur forū in ipso loco quia poterunt ibi conueniri corā suo iudice ecclesiastico.j.de fo.compe.dilecti.z.c.fina.

1 Uniuersitas potest statuere super illis que spectant ad ipsaз vniuersitatem.
2 Pena doctoris contēnentis parere ordinationi sue que sit.
3 Doctor priuari potest per collegiū doctoꝝ ab eoꝝ cōione.
4 Statutū vniuersitatis ecclesiastice debet interpretari ſm ius ca nonicum z nō ſm ius ciuile.
5 Collegiū habet iurisditionem in singulos de collegio.
6 Citatio iudicialis an debeat habere solennitatem trium citatio/ num vel saltem ꝙ fiat vna pro tribus.
7 Monitio vna quando sufficiat.
8 Pena si cōmittatur ad arbitrium iudicis,iudex non potest arbi trari perpetuam sed temporalem.
9 Uniuersitas scholarium an possit facere statutum in preiudiciū collegij doctorum.
10 Priuatus per iudicem secularem puta marchionē vel comitem absqꝫ cogitione ab officio prouocationis vel procurationis an intelligatur perpetuo priuatus.

Ex literis. Pena priuationis a cōione que propter cōtumaciam vel per cō stitutionem infertur intelligitur temporalis.h.d. Et diuiditur in duas partes principales.Nam in prima ponit statutū z facti contingentiā ex quibus insurgebat dubita tio.In scđa dubitatione soluit tres rōnes inducēs.scđa ibi qꝛ tū et ibi prima ratio.Scđa rō ibi tā iuris canonici.tertia ibi ꝙ nři. ¶ Nota primo ꝙ vniuersitas doctoꝝ potest facere statuta z sic videf ꝙ docto.faciant vniuersitatē approbatā:vt hic videf sa tis colligi

tis colligi fm Joã.and.ꝛ.§.in proe.huius operis: ꝛ in pemio.vj. ¶ Quid autẽ de scholarib⁹ circũscripta cõsuetudine an de iure per se faciant vniuersitatem.an vero cũ doctoribus no.per glo. ꝛ docto.in.l.fi.C.de iur.om.iudic.ꝛ.c.q2 in causis.j.de procu.Et de materia an vniuersitas possit facere statuta.dictũ fuit.§.eo.c.

1 cũ oẽs.Et not.† ꝙ satis videnꝫ posse statuere illi de vniuersitate sup spectantibus ad ipsam vniuersitatẽ.facit qð habeꝫ in.l.ij. ad fi.C.d cõsti.pecunia.ꝛ qð dictũ fuit in.d.c.cũ oẽs. ¶ Not.ꝙ interdũ fit statutũ fide prestita:ꝛ sic firmatur fidei prestatione q̃ equiparatur iuramẽto.j.quod metus cau.ad aures.ꝛ ibi de hoc.

2 ¶ † Not.penã quã potest imponere vniuersitas vel collegiũ doctoꝝ doctori cõtẽnenti parere sue ordinationi:q2 potest eum priuare a beneficio societatis eorũ:ꝛ sic ab eoꝝ cõione ꝛ magistralibus.Et intellige qñ ordinatio est licita ꝛ honesta:nã sic debet restringi generalitas p id qð habeꝫ i.c.j.j.de iureiu.lib.vj. In quo autẽ possit cõsistere ista ordinatio.Dic fm Jo.and.circa vestes disputationes lectiones ꝛ alios actus cõsuetos.Jn quo.autẽ cõsistant magistralia dicit ꝙ ꝯsistunt in cõsilijs ꝛ in examinationibus ꝛ cõuentibus ꝛ in lectura ꝛ alijs similibus.Et ex predictis ptꝫ ꝙ lꝫ doctor renũtiaret officio docendi:tñ posset esse sibi pena nõ vocari ad magistralia. ¶ Et not.etiã ex lrã ꝙ esse de collegio doctorum censetur esse beneficiũ.vt ptꝫ ibi ex tũc beneficio ꝛc.fm do.Cardi.floren. ¶ Itẽ ex predictis etiã not.ꝙ vniuersitas habet potestatẽ imponendi penã qð est verũ in his in qbus hꝫ iurisditionẽ.de quo dictũ fuit post Jnno.§.eo.cum oẽs. ¶ Not.ꝙ interdũ datur dilatio triũ dierũ ad idẽ.j.de regula. ad nostram

3 ꝛ in.c.cõstitutionem.in fi.de regula.in.vj. ¶ Not.ꝙ † doctor potest priuari per collegiũ docto.a cõione doctorũ:ꝛ hec late potest dici excõicatio:q2 extra cõionem ipsoꝝ doctoꝝ ponitur:ꝛ hoc casu fit in tẽporalib⁹.Sed excõicatio stricte sumpta priuat a cõione oim.j.de excep.pia.lib.vj.sed hic priuat solũ a cõione certarũ personaꝝ. ¶ Not.ꝙ vbi nõ adijcitur in statuto vel lege ꝙ pena sit perpetua censenda videtur tpalis:qð videꝫ intelligendũ quãdo est imposita per cõtumaciã vt tetigit gl. ¶ No.qð vbi ꝑpter cõtumaciã quis priuatur cõione debet restitui in pristinũ statuꝫ prestita prius congrua satisfactione ꝛ que dicatur ꝓprie satisfactio:colligitur ex.c.ex parte.ꝛ.c.cum olim.de verbo.sig.ꝛ in.c.venerabilibus.de sen.excõ.li.vj. ¶ Not.seruãdum esse morẽ ꝛ stilũ curie romane.de quo per glo.in.c.j.j.de tempo.ordi. ꝛ aliquid.j. de cri.fal.ꝙ graui. ¶ Not.ꝙ statutũ in materia iuris vel cõsuetudinis recipit easdẽ interpretationes quas recipit ipsum ius vel ipsa cõsuetudo:ꝛ sic recipit interpretationẽ a iure cõi de quo plene per Bart.in.l.oẽs populi.ff.de iusti.ꝛ iur.ꝛ.l.nõ dubiũ.C.d le

4 gib⁹. ¶ † Item no.ꝙ statutum vniuersitatis ecclesiastici debet interpretari fm ius canonicũ:nõ aũt fm ius ciuile per hunc tex. ꝛ dicitꝫ vniuersitas ecclesiastica etiã si in ea sunt aliqui laici misti. Nam lꝫ in vniuersitate sint clerici ꝛ etiã laici tñ ꝑpter misturam laicorũ censetur esse vniuersitas ecclesiastica:quia magis dignũ trahit ad se minus dignũ.j.de cõse.eccle.c.qð in dubijs.ꝛ voluit

5 etiã hic do.Jo.de lig.ꝛ Bar.in.l.fi.ff.de colleg.illicitis. ¶ † Itẽ potes notare ꝙ collegiũ hꝫ iurisditionẽ in singulos de collegio. nec mirũ q2 aliud vniuersitas seu collegiũ:aliud singuli de ipã vniuersitate vl' collegio.xij.q.ij.q manumittiꝫ.ꝛ facit qð hꝫ.j.de off. or.i.c.irrefragabili.§.j.ꝛ per hoc cessat ꝯriũ. Si dicatur ꝙ qs nõ potest habere imperium cõtra seipsum:ꝛ sic nõ potest sibiipsi imperare vel precipere.facit qð habetur in.l.penul.ff.de arbi.Nam vt dixi aliud est vniuersitas aliud singuli:ideo si vniuersitas habeat imperiũ ꝛ precipere possit singulis de vniuersitate non per hoc dicitꝫ vniuersitas ipsa in seipsa habere imperiũ:sed in singulos de vniuersitate vt dixi. ¶ Item not.ꝙ consuetudo videtur addere vinculũ ad ius.Et sic facit ad no.i.c.j.j.eo.ti.in.vj.Et ad

6 id qð tangetur in.c.j.j.titu.j. ¶ † In glo.j.in fi.Aduerte fm do.

a Anto.de but.quia interdum agitur de citatione iudiciali[a]:ꝛ ista fm eum regulariter debet habere solẽnitatem trium citationum vel saltem ꝙ fiat vna pro oibus tribus.l.tres denuntiationes.C. quomodo ꝛ quãdo iudex.ꝛ in.c.de illicita.alleg.in glo.ꝛ.ff.de iudicijs in.l.peremptoriũ.Jstud tamẽ videtur esse verũ in principio litis ꝛ in fi.circa actum sententie.Jn intermedijs autẽ videꝫ ꝙ sufficiat vnica citatio.vt not.Bar.in.l.consentaneũ.ꝛ in auꝫ. qui semel.C.quomõ ꝛ quando iudex.Et facit etiam qð cõsueuit dici in.c.consuluit.j.de offi.deleg.Jnterdũ vero agiꝫ de requisitione iudiciali hoc est de iudice requirẽdo:ꝛ tunc dicit idẽ per id quod habetur in.c.sacro.j.de senten.excõ.Jbi tamẽ reuera hoc non probatur qð tunc requiratur trina requisitio:sed pro hoc dicto bene facit qð infra dicã de requisitione extraiudiciali que fit

7 de superiore que debet esse trina.vt.j.dicetur. ¶ † Interdum vero agitur de monitione quasi iudiciali vt est monitio qua vnus facit alterum requirendo eũ vt velit secũ adesse:ꝛ adhuc idem videtur dicendũ:quia debet esse trina.vt est glo.notabilis.j.de offi.deleg.in.c.cum pro causa. ¶ Quedã vero est monitio extraiudicialis mera:ꝛ tunc si fiat requirẽdo superiorẽ debet esse trina.j. de suppel.neg.prela.c.j.alias sufficit ꝙ fit vnica monitio vel in-

b terpellatio.[b] vt est gloss.notabilis.xviij.distin.in.c.si episcopus. Et notauit Jnno.in.c.cum nobis olim.j.de elec.ꝛ etiã ex glo.in l.que rome.§.coheredes.ff.de verbo.obli.ꝛ in.l.mora.ff.de vsur. ¶ Item aduerte tñ quia per praelleg.c.si eps ꝯiuncta glo.videtur ꝓbare ꝙ sufficit metropolitanũ semel vocare epos sibi subiectos ad cõciliũ ꝓuinciale:ꝛ sic facit cõtra glo.in preallega.c.cum pro causa.ꝛ ideo forte illa glo.de iure nõ procedit quia nõ videꝫ bene iure probari.lꝫ do.Anto.de but.hic ꝛ ibi pertrãseat cũ illa. Et ad materiã facit qð not.de iureiuran.breui.ꝛ de immu.eccle. non minus. ¶ Jn glos.ij.in fi.potes dicere ꝙ hic nõ fuit oppositum de breuitate termini:ideo nõ obstãt cõtraria. Item potest dici ꝙ non erat breuis:quia dabatur solum ad penitendum ꝛ se corrigendũ ꝙ pẽdebat a mera potestate ipsius qui fuerat inobediens:ideo subĳciebatur terminus triũ dierũ.Secus est in termino ad appellandum quia in appellatione requiritur maior dilatio:quia requiruntur ꝯsilia ꝓcuratorũ ꝛ aduocatoꝝ.Jdeo fuit inductũ ꝙ esset.x.dierũ fm Car.flo.in glo.imperpetuũ.in fi.ꝛ sic vult glo.in effectu ꝙ distinguaꝫ an imponaꝫ pena pro ꝯtumacia:an ꝓ crimine.vt primo casu censeaꝫ tpalis:scdo ꝓo casu censeatur perpetua:ꝛ est cõis cõclusio.Jntelligẽdo tñ scdm casum: quãdo super crimine ꝓfertur cũ cause cognitione al's censeꝫ esse tpalis per.l.fi.ff.de penis.ꝛ de materia etiã per Jnno.j.de eta.ꝛ qua.c.cũ bone.ꝛ aliqd in.c.fi.de offi.delega.ꝛ p do.Card.flo.ꝛ do. Anto.de bu.hic.Potes cõcludere ꝙ aut dispositiõe exprimitur ꝙ pena sit ꝑpetua:ꝛ hoc clarum q2 vbi verba sunt clara nõ est opus interpretatione.l.ille aut ille.§.in verbis.ff.de leg.iij.Aut exprimitur ꝙ sit tpalis ꝛ hoc casu dic qð aut determinaꝫ tẽpus ipsius pene:ꝛ tunc durabit vsqꝫ ad illud tẽpus ꝛ nõ vltra.l.ꝛ puto.§.j.ff.de postulã.aut simpliciter exprimitur ꝙ sit temporalis: sed nõ adĳcitur determinatũ aut certũ tempus:ꝛ tunc intelligetur ꝙ duret per decenniũ.vt est casus in.l.sine prefinitione.ff.de penis.aut nõ exprimitur aliquid an sit temporalis vel perpetua: ꝛ tunc dic ꝙ aut pena est momẽtanea:puta condẽnatur quis ad certã quãtitatem pecunie vel ad aliud simile:ꝛ tunc intelligetur perpetua quia expedit ꝙ fiat executio:ꝛ illa facta non recuperabit aliquo tpe:ꝛ sic censebiꝫ perpetuo durare. Aut igitur de pena habente causam successiuã vt quando aliqs suspendit ab aliquo officio:ꝛ tunc aut imponiꝫ talis pena pro cõtumacia.Et in dubio censebitur esse tpalis ad mensuras ipsius ꝯtumacie.vt hic ptꝫ.Nam causatum dꝫ regulari a mẽsuris cause.vt dicebat do.

c Ant.de bu.Et ideo hoc casu intelligereꝫ tpalis donec durat cõtumacia.Aut imponiꝫ pro crimine:ꝛ tunc aut imponiꝫ diffinitiue ꝓnuntiãdo cũ plena cause cognitione:ꝛ tũc intelligiꝫ esse perpetua.Et ita intelligaꝫ gl.hic.ꝛ facit etiã qð habeꝫ in.c.j.l.dis.ꝛ in.l.seruus.C.de penis.Aut imponiꝫ interloquẽdo absqꝫ plena cause cognitione:ꝛ tũc intelligeꝫ esse tpalis:vt duraꝫ solũ per tẽpus iurisditionis iudicis imponẽtis:si ille sit iudex tpalis.d.l.fi. ff.de penis.Jnno.tñ in.d.c.cũ bone.dicit qð in suspẽsione ab officio vel beneficio ecclesiastico:qñ est facta iterloquẽdo intelligetur donec satisfaciat.Vbi aũt sit dubiũ.An pena imponaꝫ ꝓ cõtumacia vel crimine.dicunt aliqui Jnno.velle in.d.c.cũ bone.ꝙ intelligatur imposita pro crimine:sed certe ibi hoc nõ dicit:ꝛ cõtrarium videtur dicendum de iure quia in penis vbi est dubium benignior interpretatio est assumenda.vt in regula.in penis.de regu.iur.in.vj.ꝛ in.l.si preses.ff.de penis.ꝛ hoc etiam satis voluit hic Goffre.qui dicebat ꝙ quãdo pena imponitur ex crimine cõsiderandum erat an crimen exigat penam perpetuam:ꝛ tũc censeatur esse perpetua.An vero exigat penam temporalem ꝛ tunc censebitur esse temporalis.Jn dubio vero dicit qð debet presumi intelligi ipsum esse temporalem.alleg.qð nota.in.l.he eni.ff. de suspec.tuto.ꝛ facit quod habetur in dicta regula in penis.Et pro dicto Goffr.etiã facit qð dicit glo.in versi.sed circa talia.vnde fm dictũ Goff.quãdo pena venit imponeda ex crimine ꝛ imponitur causa cognita possent limitari superius dicta:cõmuni-

8 ter docto.transeũt cum eo quod.§.dixi. ¶ † Item aduerte quia dicit hic do.Cardi.flo.valde notabiliter ꝙ vbi pena cõmittitur

c ad arbitrium iudicis[c] non potest iudex arbitrari perpetuã:sed temporalem per.l.j.ff.de furibus balnearijs.quem text.dicit esse singularem ꝛ non esse alibi fm Alberic.de rosa. Sed certe istud dictũ non videtur esse verum:quia vbi pena est arbitraria vel cõmittitur arbitrio iudicis:potest iudex arbitrari etiam penã mortis si sibi videatur.vt est glo.que reputaꝫ singula.in.§.in summa. institu.de iniurijs.ꝛ si multofortius poterit imponere aliam penam perpetuam argu.regule cuilibet.de regu.iuris.in.vj.nec obstat dicta.l.j.quia ibi arbitriũ non fuit simpliciter concessum:sed limitate in casu illo:ideo non potest excedere limites statutos. argu.c.cum dilecta.j.tit.j.ꝛ.l.diligenter.ff.mandati.ꝛ sic nõ probat ille tex.aliquid quando simpliciter cõceditur arbitriũ:aut ex-

a ¶ Citatio qlis dꝫ esse.vid3 p d.feli.i.iiij.col. ver.in glo.j.

b ¶ Vel iterpellatio.qñ vnica interpellatio sufficiat.vide alex.in.l.de pupillo.§.si qs ipj.ff.de oper. no.nũ.ꝛ i ꝯsi. lxũ.iiij.p.ꝛ ꝯsi. xix.j.parte.

c ¶ Pena si cõmittiꝫ in arbitriũ iudicis an possit arbitrari ꝑpetuã vl' tẽporalẽ vide h p.d.abb.ꝛ.d.fe.q reassumit oia dicta doc. sup hac glo.s. qñ pena dꝫ ẽe ꝑpetua vel tẽporalis.d.qdẽ Feli.i.co.vj.in glos. sup ꝟbo ꝑpetua.d.ab. i.iiij.col.in ꝟ. in glo.iij.

go cōceditur arbitrium etiā vsqʒ ad penam mortis vel perpetuam: ⁊ hoc clarū ꝙ poterit illas arbitrari. Aut conceditur arbitrium vsqʒ ad certā penā: ⁊ nō debet illā excedere. vt. d. l. j. Aut simpliciter cōceditur arbitriū potestati vel iudici circa pene impositionē: ⁊ tūc videtur ꝙ attendi debeant circūstantie. Nam si suadeant penā mortis vel perpetuā debere imponi illam poterit arbitrari per no. in. d. §. in sum. Si autē suadeant mitiorē seu minorem penā: tunc nō debet arbitrari penā mortis vel perpetuā qꝛ ex quo cōmittitur ad eius arbitrium videtur tanꝙ bonoviro commissum. l. continuus. §. cū ita de verbo. obliga. ⁊ l. si qua pena. cū ibi nota. ff. de verbo. signi. Si tamē arbitraretur tūc penā mortis vel perpetuā: videtur ꝙ teneat sententia ex quo habeat arbitriū: licet male faciat: ⁊ propter hoc posset appellari. vt probatur per ea que habentur in. d. l. si qua pena. cū ibi not. per glo. ⁊ Bart. ff. de verb. signi. ¶ In gl. fi. in fi. Nec ob. si dicatur ꝙ tēpus date rescripti inspicitur forte quo ad vires rescripti. vt. ī. tit. j. eam te. quia imo potius facit pro videlicet vt rescriptū non extendatur ad ea que postea sunt orta. facit qđ habetur in. c. fi. ī. ti. j. ⁊ in hoc est cōtraria natura cōstitutionū nature rescriptorum quia natura constitutionū est respicere futura. ī. e. l. fi. Sed natura rescriptorū est respicere orta post datū seu post rescriptū. vt. ī. ti. j. c. fi. cōueniunt tamē in alio: quia vtriusqʒ autoritate iudicatur. s̄. eo. c. j. ⁊. ī. de rescript. cū dilecta. ¶ †Ultimo adde quia tangit hic do. Jo. de lig. An vniuersitas[a] scholariū possit facere statutum in preiudiciū collegij doctorꝫ: ⁊ concludit ꝙ nō: quia doctores nō sunt de corpore vniuersitatis scholariū: licet quo ad quedam propter iuramentū subijciātur statutis vniuersitatis: potest tamē vniuersitas statuere aliquid circa examinandum sine p̄iudicio doc. puta ꝙ examinādus primo presentetur rectori vniuersitatis anteꝙ intret examen: ⁊ idem in similibus que statuerentur sine preiudicio doctoꝝ. Et incidēter etiā tangit Jo. de li. an Archidiaconus vel cancellarius studij possit approbare reprobatos per docto. collegij: ⁊ cōcludit ꝙ nō: qꝛ doctores iure testium funguntur. naꝫ attestātur de sufficiētia vel insufficiētia examinati. facit. l. nulli. C. de aduo. diuer. iudi. sed ipse Archidiaconus vel cācellarius est loco iudicis: sicut igitur iudex debet iudicare ſm probata. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. presi. ⁊. ī. de offic. deleg. pastoralis. §. quia vero. ita Archidia. vel Cācellarius hoc limitat ipse verum nisi constaret sibi de fraude: vt qꝛ ex odio vel alia causa iniusta reprobarēt sufficientē. Nam tūc poterit approbare nō obstante reprobatione doctoꝝ. nam etiā iudex quando deprehēdit malitiā in testibus nō tenetur sequi dicta eoꝝ. l. iiij. §. j. ibi: tu magis scire potes quāta sit fides testib⁹ adhibēda ⁊c. ff. de testib⁹. facit qđ no. Inno. in. c. q̄m ꝯtra. ī. de proba. quod tenemēti. Et aduerte qꝛ opinionē illā qñ dubitatur an sententia fuit lata pro cōtumacia: an pro crimine. videtur tenuisse hic Jo. de lig. sed nō videt̄ bene dixisse per ea que superius dixi. ¶ Itē aduerte quia ꝯtra id qđ dictum est ꝙ quādo pena imponit̄ pro cōtumacia: qđ in dubio intelligitur esse temporalis vsqʒ ad limites cōtumacie. Et sic donec durat cōtumacia videtur fortiter facere in contrariū qđ habet̄ in. c. ex tue. ī. de cleri. nō resi. Sed do. Anto. de but. respondet ꝙ ibi cōtumacia trāsiuit in aliud specificū delictū: forte voluit dicere ꝙ ibi nō est simplex cōtumacia in nō obediēdo: sed etiā est delictū in nō residēdo: vel pōt dici ſcđm eū ꝙ ibi pena erat momētanea. Sed certe istud nō est verum: qꝛ ibi agitur de pena priuationis a beneficio que videt̄ habere causam successiuā: cū possit quis priuari ad tempus ⁊ ꝑpetuo: ideo melior videtur prima solutio: vel potest dici ꝙ ibi nō constabat de mente proferentis: qđ intelligebatur de priuatione perpetua ex eo qꝛ mādat de beneficio alteri prouideri: vt ibi ptꝫ. ¶ †Ultimo potest esse dubium quid si iudex secularis perpetuus: vt puta marchio vel comes priuaret aliquē absqʒ cause cognitione officio prouocationis vel procurationis: an intelligetur esse priuat⁹ perpetuo. Dicendum ꝙ si esset iudex temporalis: vt quia eius iurisditio duraret ad certū tēpus: vt cōiter cōtingit in potestatibus terrarū: tunc intelligeretur solū priuatus quousqʒ duraret officium ipsius iudicis ſm ea que habentur in. l. fi. ff. de penis. Sed in casu predicto ex quo iudex est perpetu⁹ videretur ꝙ duraret vsqʒ ad vitam ipsius priuātis: sicut durat vsqʒ ad tempus iurisditionis iudicis temporalis: vel posset dici ꝙ quia tūc quodāmodo videretur esse pena perpetua. arg. eoꝝ que habentur in cle. j. de re. eccle. nō alie. ⁊ in. l. j. ⁊. ij. ff. pro socio. ⁊ de mente iuris videatur ꝙ talis priuatio intelligatur temporalis ex quo nō est facta causa cognita per ea que habentur in. d. l. fi. videtur qđ intelligatur ꝙ debeat durare vsqʒ ad. x. annos: sicut quādo quis priuatur ad tempus non determinato certo tempore. l. sine prefinitione. ff. de penis. ⁊ dixi superius.

[a] ¶ An vniuersitas. adde an autē vniuersitas possit cōstituere ꝓcuratorē ad ꝯhendū ꝯpaternitatē vid̄ ꝑ Pau. d̄ cast. ff. d̄ libe. ⁊ posth. l. gallus. §. forsitā, nu. xlj.

1 ☞ Numerus prebendarū an possit diminui sine cōsensu pape
2 Et si per capitulū cū cōsensu epi restringitur numerus sine causa an de mero rigore valeat statutum.
3 Executor cui mādatur vt conferat cū cōsensu episcopi si inuenit episcopum mortuum an debeat expectare donec creetur episcopus nouus.
4 Et quid si nomen predecessoris nō fuit expressum an eo mortuo expirasset mandatum.
5 Uerba ista ꝙ fiat cū cōsilio alterius: vel cū consensu vel arbitratu alterius quid importent.
6 Numero canonicorū sine causa diminuto ecclesia reducit ad antiquum numerum.

Ex parte episcopi.

17 tum Inn.tangit † ꝙ si dico me ꝓmisisse decẽ in aliquo castro ꝙ dico esse de iurisditione huius ciuitatis ꝛ tu negas ꝛ dicis te esse de iurisditione alterius ꝙ iudex huius ciuitatis coram quo hoc obĳcitur poterit cognoscere nec fiet preiudicium alteri iudici in ꝓprietate iurisditionis dicti loci: vel etiam in quasi possessione: qꝛ res inter alios acta ꝛc. Nam qđ dicit de quasi possessione est clarum: si alter ignorauit: sed si sciuit tunc esset magis dubium. Nam Inn.hic primo videt velle ꝙ tunc preiudicet.ꝛ idem videt velle in.d.l.prescriptione. Sed postea finaliter sentit oppositũ.ꝛ istud videtur verius qꝛ licet iudex iste cognoscat de isto ꝛ forte pronũtiet in fauorẽ suũ: tñ si alius iudex qui forte vere est in possessione quo ad alia vtitur sua quasi possessione non per hoc priuatur illa.facit qđ not.Inno.in.c.olim.el.ij.§.de resti.spo.vnde potius tunc dicitur turbari in sua quasi possessione.secus forte si illa nõ vteretur quo ad alia nec cõtradiceret ꝗtum in eo esset: qꝛ tunc forte procederet illa opi.per ea que habetur in.d.c.olim.ꝛ.§.de cap.mo.in.c.dilectus.ꝛ in.l.j.ꝛ.ij.C.de ser.fug. Quãdo autem ad iudicẽ spectat cõmodum sportularũ an impediet ꝓpter hoc in dubio cognoscere an sua sit iurisditio.gl.ꝛ Bar.tenẽt ꝙ sic in.l.de iure.ff.ad munici. Alĳ tamen cõtra allegant eũ in simili qđ habet de legatario qui non ꝓhibetur esse testis in causa testamẽti: vt.l.dictantibus.C.de test.ꝛ istud forte de iure posset defensari put tetigi in.l.quidã consulebant.ff.de re iudi.ꝛ saltẽ esset temperandum: prout sentit hic do.Ant.de bu.qꝛ multum deberet ꝯsiderari quantitas sportularum an esset valde magna an vero valde parua.ꝛ etiã qualitas iudicis an esset talis perso-

18 na que verisimiliter nõ moueret ꝓpter tale cõmodum. ¶ † Ultimo circa materiam huius decre.quãdo obĳcit exceptio cõtra rescriptum duo sunt dubia: vnum est an excipiens de surreptione vel aliter contra rescriptum vel iurisditionem iudicis debeat probare an vero agens. Secundũ est supposito ꝙ exceptio que obĳcit contra rescriptum attingat etiam merita cause qualiter debebit probari: an plene an vero sufficiat semiplene. ¶ Circa primum fuerunt opi.quas tangit Io.an.in.c.j.de lit.contesta.

¶ No.hic opi. d.An. de bu.

a ¶ An sit iudex.adde ꝙ et delegatus pt cognoscere an sua sit iurisditio: vt hꝑ do.Fel.i.ix.co.i fi.§.an sua.vbi vid rl'as ꝛ ampliatiões cum limitationibus suis.

¶ Quis dẽat ꝓbare an excipiẽs de surreptiõe an agẽs.

in.vj.ante gl. Nam vna fuit opi.q indistincte excipiens debeat pbare q fundat intẽtionẽ suã exceptiõe:q reus in exceptione dicitur actor:vt.l.in exceptionibus.ff.de probat. Et hãc tenuit Bar.z Gui.de cu.dicentes:q si non poterit pbare exceptionẽ: vt q per exceptionẽ reus ponit negatiuã nõ coartatam q tunc non admittet exceptio rei. Et ideo fm eos si reus conueniatur: q hic contraxit z ipse excipiat q hic nõ cõtraxit nõ auditur negans ad impediendam iurisditionẽ:q licet probet se alibi contraxisse nõ tamen sequitur q hic nõ contraxerit.z licet etiam fuerit absens tamẽ potuit destinare solutionẽ ad istum locum:z sic censeretur hic contraxisse:vt in.c.fi.j.de foro cpe.z.l.cõtraxisse.ff.de actio.z oblig.z sic nõ potest probare nisi per confessionem aduersarij q non est verisimile cum aduersarius asserat oppositum. ¶ Scđa fuit opi.q indistincte agens probet id super quo debet fundare rescriptum z iurisditionem sicut in simili asserẽs pecuniam numerasse debet id probare:vt in.l.si ex cautione.C.de non nume.pecu.z.j.de solutio.in.c.fina. ¶ Tertia fuit distinguentiũ an inserta fuit clausula si preces veritate nitant z tunc probat actor an nõ z tũc reus. ¶ Quarta fuit vt distinguam an dicat expressum mendaciũ z tunc pbet actor an dicatur tacitum verũ z tũc reus. ¶ Quinta an dicat esse mendaciũ in narratione facti:z tunc pbet actor an in iurisditione z tunc reus. Tu cõclude prout nõ fuisset de mente Jo.an.in.d.c.j.q si exceptio que obijcitur nõ respicit merita cause tũc excipiens debet pbare per regulã vulgatã q reus in sua exceptiõe est actor. Ideo si excipiat de primo rescripto:de quo non est facta mentio debet probare ipsum primum rescriptum:verũ est tamen q ex inspectione scđi satis patebit an sit facta mentio vel non. Si autem exceptio etiã concernat merita cause tunc licet:vltramontani dixerint q ne bis idem veniat probandũ tunc reseruari debeat in meritis cause:tamen tene oppositum q debebit pbare etiã ad effectũ excludẽdi pcessum:sed an tunc sufficiat pbatio semiplena.j.tanget. ¶ † Et sic patet q si obijciatur exceptio litis finite ad pcessum illam pbabit excipiens.z hoc q actor circa illam non se fundat:sed vbi cõtra processum obijceret exceptio concernẽs etiã merita cause:ex qua etiam actor se fundaret:tunc vr q ipsi actori incumberet onus probandi per regulam illam vulgatam affirmãti z nõ negãti incumbit onus pbandi per.l.ij.ff.de pba.z qđ plene notat in.c.bone.el.j.j.de ele.z ideo si aliquis cõueniatur q hic contraxit z ipse declinando iurisditionẽ excipiat se non cõtraxisse debebit actor hoc pbare licet sufficiat semiplene:vt.j.dicetur.z tenet hoc Inn.in.c.romana contrahentes.de foro cõpe.in.vj.z But.in.l.prescriptione.licet Barto.ibi contra.z etiã Guil.de cu.sed non bene per rationem prealle.q ex quo assertio actionis z denegatio rei circa idem verset debet actori affirmanti incumbere onus probandi:z hoc in contentiosis. In beneficialibus idem videtur dicendum vt excipiens ad gratiam inualidandam de surreptione debeat pbare:saluo nisi ipse impetrans asseruisset in rescripto illud quod reus negat vt q dixisset se legitimum vel legitime etatis z re dicerẽt hoc esse falsum. Nam tunc cũ assertio impetrantis z negatio rei versent circa idem incumbet onus ipsi affirmãti.z si etiã alius velit probare audiẽdus erit.l.circa.ff.de pba.z.j.de pbat.in.c.licet cãm. al's si non expressisset incumbit onus excipienti si vult pro se iudicari in exceptione al's succumbet z condemnabit in expensis: tamen impetrans non obtinebit beneficium nisi doceat se habilem cum in beneficialibus exuberet officiũ iudicis.vt no. Jo.an.in mercu.super regula infamibus.de reg.iur.lib.vi. Et adde etiam predictis q Bar.in.l.ij.ff.si quis in ius voc.non ierit.voluit q semper sit presumptio pro iudice seu pro iurisditione iudicis in eo qđ allegatur in libello ad cõcludendum eius iurisditionem.arg.l.penul.ff.de iurisdi.om.iudi.vbi in dubio presumitur pro iurisditione iudicis. Sed certe dicta opi.non videt vera per ea que notauit Inno.in.d.§.contrahentes.nec illam tenet hic do.Anto.de bu.nec obstat dicta.l.penul.q ibi siue esset verum siue falsum qđ petebatur claudebatur intra iurisditionem iudicis q in quãtitate petita poterat iudex cognoscere siue esset verũ illaz deberi siue nõ.secus qñ quãtitas inserta in libello non spectat ad iurisditionem iudicis si est falsa:vt in exemplo quando cõuenio te q hic contraxisti:q si verum est q non contraxisti nõ est iudex al's sic.z hec sufficiant de primo in quo pz Bar.aliqualiter variasse.nam aliter fuit locutus in.d.l.ij.ff.si quis in ius vo.nõ ierit.z aliter in.d.l.ex prescriptione.vt pz ex supradictis. ¶ † Circa scđm dicit Bar.in.d.l.pscriptione.q quãdo venit idem bis probandum ab eadem parte tunc primo loco sufficiat probare summarie.z postea debebit pbare plenarie: vt pz in actione ad exhibendum et rei vendicatione. Nam intentans actionẽ ad exhibendum p aliqua re quam dicit suam probabit dominium semiplene.postea quãdo habet reivendicationẽ pro eadem re pbabit plene.facit.l.iij.§.ibidem.ff.ad exhiben.secus dicit qñ idem venit bis probandum a diuersis partibus:q tũc vtroq casu probabit plene. Ideo fm eum si titius cõueniatur hic ex eo q contraxit q sibi incumbat onus probandi debebit id plene pbare qđ qualiter fieri possit dictum est.s. Et si nõ poterit probare non audietur in dicta exceptione:vt etiã superius tetigi. ¶ Sed aduerte q Inn.tenuit contrarium in.d.c.romana.§.contrahentes.de foro compe.in.vj.z etiam But.in.l.prescriptione. Nam dicũt predicti q hoc casu nõ incũbit reo onus pbandi:etiam quo ad hunc articulum iurisditionis sed incumbet onus actori qui fundat etiam intẽtionem suam quo ad articulum iurisditionis ratione contractus initi in loco:ideo debet illum pbare. Et pro hoc facit:q assertio actoris et negatio rei versantur circa idem ideo incumbere debet probatio actori.per id qđ habetur in.l.ij.ff.de probatio.z qđ no.Joã.cal.in suis distinctionibus in.c.bone.el.ij.j.de elec.z sufficiet probari summarie quo ad fundandam iurisditionem:vt voluit Inno.in dicto §.contrahentes.z etiam But.in loco prealleg.z satis etiam est de mente Bart.attenta theorica ex quo venit idem bis probãdum ab eadem parte.z istud etiam sequitur do.Anto.de butr. vbi aũt exceptio litis finite opponeretur cõtra rescriptum tunc bene verũ est q illa debet pbari per eũ q ex illa nõ fundat actor suam intẽtionem.ideo tunc posset pcedere opi.Bar. ¶ In gl. penul.in fi.z fm hunc text.intelligendum videt qđ habetur in l.nec exemplũ.C.de fal.vbi dicitur q si dolus interuenit moderabit cognitio iudicis.nam id verum est super principali: quia prius cognoscetur de dolo:vt hic dicitur fm Uin.z Jo.and.et hec sufficiant de hac decretali zc.

1 ¶ Clausula appellatione remota nõ tollit facultatẽ appellandi ex causa rationabili.

2 Abbas ex officio sibi iniuncto tenet negotia sui cõuentus pcurare nisi bona abbatis sint omnino discreta a bonis cõuentus. Et quando dicantur omnino discreta.nu.6.7.8.

3 Procurator in negotijs constitui debet per prelatum z capl'm vbi sunt bona communia:sed si bona sint distincta secus est.

4 Agere potest prelatus sine consensu capituli in bonis spectãtibus ad eum z econtra:nisi negotia essent ardua.

5 Causa ardua que dicatur.

7 Bona qñ sunt cõia an z qñ administratio pertineat ad platũ: z an prelatus possit ante litẽ cõtestatã pcuratorem constituere.

8 Agere potest prelatus tanq cõiuncta persona pro bonis ecclesie:licet sint omnino discreta z cauere debet de rato. Uacante sede nihil est innouandum nisi capitulum vellet agere pro communibus negotijs.

9 Alienare rem ecclesie non potest prelatus sine consensu capituli:nec econtra.

10 Lis si inter prelatum z capl'm oriatur debet adiri superior qui collegio dabit curatorem ad litem si ageretur nomine ecclesie: secus si nomine proprio.

11 Procuratorem constituere an possint ecclesie inferiores a cathedrali collegiate vel non collegiate seu rectores earum sine epo.

Edoceri postulastis. In cãmonasterij conuenit per rescriptuz abbas in quo nulla fit mentio de cõuẽtu: nec per hoc appellari poterit nisi bona cõuentus essent oĩno discreta.h.d. ¶ Et primo ponit cõsultatio in qua ponuntur due questiones. Secundo ponitur responsio.secũda ibi super quo. Illa secũda duo facit q primo soluit duas questiones z causam reddit.secundo excipiendo declarat solutionem.scđa ibi:nisi forte. ¶ † No.j.q clausula appellatione remota non tollit facultatem appellãdi ex causa rationabili:sed solũ tollit appellationẽ friuolam seu frustratoriam:de quo plene in.c.pastoralis.j.de app. ¶ † No.q abbas ex officio sibi iniuncto tenetur negotia sui conuentus pcurare z eadẽ ratione z quilibet prelatus negotia sue congregationis nisi bona abbatis siue prelati sint omnino discreta a bonis cõuentus vel cõgregatiõis. Et intelligunt esse oĩno discreta qñ oĩno sunt discreta seu diuisa etiam quo ad administrationẽ:vt inferius tangetur. Et ex hoc etiam no.q ad quedam tenent prelati z similiter clerici vt pz hic.z.j.de cle.nõ resi.q nõnulli.z.c.conquerente.quedã vero eis licent:vt.j.de dona.ceterum.z de test.relatuz.quedam eis prohibent.j.ne cle.vel mo.per totum.z de vita et hone.per totum. ¶ Not.q dictũ est in summario. Ex quo etiã no.q sufficit in rescripto noiari illum ad quem spectat administratio ei super quo cã vertit. ¶ Itẽ no.q ad illũ spectat ptãs agẽdi z defendẽdi ad quẽ spectat administratio:z sufficit illũ talẽ citari. ¶ No.q ad platũ spectat administratio vbi bona nõ sunt oĩno distincta. Nam vr in illis hr̃e administrationẽ liberam z generalem per ea que habẽtur in.c.cum nobis olim.j.de elec.z in.c.is cui.eo.tit.lib.vj. ¶ † In glos.j.ibi:prelatus de consensu capituli melius dixisset fm Joan.an.q prelatus z capitulum

a pitulū tunc cōstituūt syndicum[a] qñ bona sunt cōia: vt sic differat a casu qñ prelatus vult cōstituere procuratorē vel syndicum in bonis spectantibꝰ tantūmodo ad eum. Tamē aduerte qꝛ gl. nō videtꝛ bene dixisse inquantū voluit ꝙ in bonis spectantibus ad prelatū tm̄ nō possit prelatus agere sine ɔsensu ɔuentus seu capituli: nec similiter cōuentus seu capitulū potest agere in spectantibus ad ipsum tm̄ sine ɔsensu prelati. Nam ista videntur esse ɔ tex. in fi. Item etiā non videtꝛ gl. bene dixisse inquantum vult ꝙ sint bona cōia ⁊ non sint oīno discreta ꝙ prelatus non possit agere sine ɔsensu capl'i: vt videtꝛ esse hic casus vʒ ꝙ tunc etiā sine consēsu cōuentus possit agere. Ideo potes concludere prout litera voluisset ꝙ aut bona prelati ⁊ capituli seu conuentus sunt omnino discreta: aut nō sunt omnino discreta. Si sunt omnino † discreta tūc poterit prelatus agere sine consensu conuentus vel capl'i in bonis spectantibus ad eum: ⁊ sil'r conuentꝰ vel capl'm poterit agere in bonis spectantibus ad eum sine consensu prelati qd intellige verū nisi essent negotia ardua: qꝛ tunc nō posset in illis prelatus agere sine consensu capituli vel cōuentus: ⁊ sic potest intelligi fm vnum intellectum. c. j. ɉ. de procur.

5 ¶ † Et dicetꝛ esse causa ardua qñ concerneret subiectionem ecclesie vel diminutionē honoris eccle. ⁊ etiā q̄ dicantꝛ ardua relinquēdum erit arbitrio iudicis. facit qd dictū fuit in simili. s. e. c. sedes. fallit etiam si cōsuetudo vel constitutio ecclesie aliud haberet. ar. eoꝝ que habentꝛ. ɉ. de his que fi. a prela. in. c. ea noscitꝛ. ⁊ ɉ. de fideiusso. c. qd quibusdam. ⁊ idem dicēdum erit de spectantibus ad capitulum: vt capitulū sine prelato possit agere nisi in arduis vel nisi consuetudo vel constitutio ecclesie aliud habeat vbi autem bona non sunt omnino discreta tunc p̄latus iuris dispositione intelligitur habere administrationem: vt hic etiam innuit litera ⁊ cum habeat generalem ⁊ liberam: vt tetigi in notabilibus dʒ posse agere ⁊ conuenire etiam sine consensu capl'i vel cōuentus sicut etiam videmus ꝙ tutor pōt agere in cā pupilli ⁊ etiam pōt in causa filij. l. j. C. de bonis mater. ⁊ facit qd habetur in. l. neqꝫ. C. de ꝓcu. ⁊ pcipue cum liberiorem administrationem habeat p̄latus ꝙ tutor: vt voluit Inno. in. c. licet heli. ɉ. de simo. Nam pōt vti fructibus ad suum cōmodū qd nō cōtingit in tutore. facit qd no. glo. in. c. ꝑsenti. de offi. ordi. in. vj. ⁊ pro predictis facit vt qꝛ dicit Inno. quecūqꝫ persona habet administrationem vl' ꝙ talis possit agere ⁊ couenire sine ɔsensu alterius. allegat qd habetꝛ in. l. fi. ff. qd cuiuscꝫ vniuer. ⁊. ɉ. de iudi. cū deputati. ⁊ ideo ex quo prelatus a iure habet administrationeʒ qñ bona nō sunt oīno distincta seu discreta merito debet posse agere sine cōsensu conuentus vel capituli. lʒ glo. aliter hic dixerit. Nec ob. iura alle. in gl. Nam primo non ob. l. oēs. §. hoc nihilominus. qꝛ imo potius concordat fm Inn. qꝛ ibi non dicit requirēdum esse alicuius consensum qñ agit economus: sed bene dicit ꝙ in cōstituendo economū interuenire debet cōsensus p̄lati ⁊ capl'i. Item non ob. c. e. ɉ. de ꝓcu. qꝛ ibi presbyteri ⁊ diaconi adhibentꝛ in testes non autem ex eo vt requiratꝛ eoꝝ consensus. imo fm Inn. d. c. potius facit pro: qꝛ ibi eps̄ fecit ꝓcuratorē: vt ibi ptʒ: vel posset dici vt tetigi superius: ꝙ ibi loquitꝛ quādo causa erat ardua quo casu debet interuenire consensus capituli: vt predixi. Item nō obst. qd habetꝛ in. c. causam. ɉ. de re iudi. qꝛ ibi nō dicit requirendū esse cōsensum epi: ex eo qꝛ nō possit capitulū cōstituere ꝓcuratorē in his in quibꝰ habet administrationē: sed ex eo dicit requiri cōsensum epi: qꝛ al's id qd contra ipsum epm fieret nō valeret. ɉ. de maio. ⁊ obe. c. inter quatuor. ⁊ de iudi. cum super. nō ob. etiam qd habetur in. l. ait pretor. §. j. ff. de iure deli. que inferius allegatꝛ in glo. qꝛ illa lex loquitꝛ in casu speciali vʒ in herede qui deliberat an velit adire hereditatē: quo casu sicut interim non pōt alienare res hereditarias ita nec etiam potest actiones hereditarias in iudiciū deducere. vnde in alijs casibus est secus vt ptʒ in tutore ꝓcuratore ⁊ syndico qui agere possunt ⁊ rem in iudicium deducere. ⁊ tamen non pn̄t alienare. l. j. ⁊ per totum. ff. de reb. eorū. ⁊. ff. de ꝓcur. l. ꝓcurator cui libera. ⁊. l. procurator totorum. Et per p̄dicta dicit vera Inn. qñ ille qui habet administrationē vult agere vel facere procuratorē in his in quibus habet administrationē qꝛ quo ad illa pōt al's secus. vnde dicit ꝙ si eps̄ vel prelatus vellet facere generalem ⁊ perpetuum ꝓcuratorem qui omnia negotia ecclesie cōmuniter gereret siue in causis siue i alijs arduis negotijs hoc facere debebit cum cōsensu capl'i. alleg. de his que fi. a prela. in. c. quanto. Et ꝓ hoc qꝛ inter ardua videtur deputari. lxxxix. dist. indicatum est.

6 ¶ † Sed iuxta p̄missa potest esse dubium qñ dicentꝛ bona esse omnino discreta. dic quādo nedum bona sunt discreta quo ad proprietatem: sed etiam quando sunt discreta seu diuisa quo ad administrationem. vnde sentit Hof. ꝙ si aliqua bona erant deputata pro vestibus monachoꝝ vel pro piscibus pro conuentu cū forte abbas comederet in camera dicētur esse bona discreta oīno si diuisa est etiā administratio puta: si est ibi prior. q talia administrat ⁊ nō abbas. Nam tunc talia dicentꝛ omnino esse discreta ex quo sunt diuersa etiā quo ad administrationē al's esset secus. vñ nō sufficiet aliqua bona esse deputata pro vestibꝰ monachoꝝ vel pro piscibus pro cōuentu nisi etiā sit deputatꝰ administrator alius ab abbate. Et dicit hic Io. and. ꝙ coniunctio vel diuisio bonoꝝ potest fieri a principio cōsentiente patrono: vt voluit etiam Franc. vercel. allegat qd habetur. ɉ. de consuet. cum dilectus. ⁊ de censi. quanto. post cōsecrationem vero deberet id fieri cum consensu episcopi seu per ipsum episcopum. ɉ. de vita ⁊ hon. in. c. qm̄. ⁊. ɉ. de excess. prela. sicut vnire. ⁊ de reli. domi. c. ij. ¶ Et per predicta dicit do. Ant. de bu. posse considerari ꝙ quandoqꝫ inter prelatum ⁊ capitulum bona sunt communia ⁊ nullatenus diuisa quādoqꝫ vero sunt diuisa quo ad rē seu proprietatem vel vtilitatem sed non quo ad administrationē quñqꝫ vero bona sunt diuisa quo ad rem ⁊ quo ad administrationem sic omnino sunt discreta ⁊ diuisa. Quādoqꝫ vero vniuersaliter bona sunt diuisa quo ad rem ⁊ quo ad administrationē sunt tamen aliqua particularia que sunt cōmunia. Primo casu ⁊ scdo dicit: ꝙ prelatus sine cōsensu capituli poterit agere ⁊ conueniri nō autem poterit capitulum agere: ex quo bona nō sunt omnino diuisa quo ad administrationem nisi forte velle agere ꝓ rebꝰ male alienatis per id qd habetꝛ in. c. si quis presbyterū. de rebus eccle. non alienan. Tertio casu prelatus poterit agere in spectantibus ad eum sine consensu capituli: vt. s. dixi: nisi in arduis et nisi cōsuetudo vel statutum ecclesie aliud habeat. ⁊ similiter capitulum poterit agere in spectantibus ad eū nisi in arduis ⁊ nisi ɔsuetudo vel statutū ecclesie aliud habeat. Quarto casu quādo bona sunt diuisa omnino vniuersaliter: sed aliqua reperiuntur cōia dicebat Boati. ꝙ seruabitur gn̄alis diuisio etiā quo ad illam rem cōmunem. ⁊ ideo nō tenebitꝛ respōdere prelatus super causam molendini ꝙ remansisset indiuisum inter se ⁊ capitulū pro parte ipsius capl'i sed solum pro sua. ¶ Sed Franc. vercel. tenuit oppositum vʒ ꝙ sicut omnia sunt cōia tenetꝛ prelatus respōdere: vt hic ptʒ. Ita etiam tenebitꝛ respōdere super molendino ipso qd remāsit cōe. ¶ Et istud videtꝛ esse verius. ⁊ sequitꝛ etiā hic do. Ant. de but. Sed aduerte qꝛ per predicta nō habes declaratū casum qñ essent bona in quibꝰ administratio esset cōmunis: vt qꝛ cōmuniter spectaret ad prelatum ⁊ capl'm ⁊ quilibet deputaret administratorem pro se ⁊ sic posset esse ꝙ capitulum constitueret administratorem qui haberet administrare cū prelato vel qui deputaretꝛ a prelato hoc casu videtur dicēdū ꝙ ex quo bona essent cōmunia quo ad administrationem vterqꝫ deberet cōueniri. ⁊ sil'r vterqꝫ deberet simul agere ex quo simul ad vtrūqꝫ spectaret administratio. Nam vt voluit hic Inn. potestas agendi sequitur potestatem administrandi. ⁊ sic ad illum spectat agere ad quē spectat administratio. ¶ Intellige tamen predicta procedere nisi forte p̄latus solus administraret: ex eo qꝛ capl'm nullum deputasset administratorem pro se: lʒ posset si vellet deputare: qꝛ tunc ex quo capl'm patitꝛ ꝙ solus prelatus administrat videtꝛ ꝙ tunc tacita in ɔsequentiā videatꝛ cōsentire ꝙ solus prelatus possit agere nisi expresse ɔtradicat. facit qd htꝛ in. l. pōponius. §. fi. ff. de ꝓcu.

7 ¶ † Et per hoc ptʒ ꝙ lʒ do. Ant. de bu. hic videatꝛ simpliciter velle ꝙ qñ bona sunt cōia tunc spectet administratio ad prelatū nō videtꝛ illud simpl'r ꝓcedere: sed demum qñ sunt cōmunia solum quo ad proprietatē seu vtilitatem. secus qñ essent cōia: etiā quo ad administrationē: qꝛ vterqꝫ administraret per se vel per aliū: qꝛ tunc vnus non posset agere sine alio. fateor tamen ꝙ vbi non apparet bona esse oīno distincta etiā quo ad administrationē ꝙ tunc semper spectat administratio ad solum prelatum. ⁊ ideo solus tūc agere poterit nisi in arduis ⁊ nisi statutū vel cōsuetudo ecclesie repugnaret. ¶ An aūt prelatus[b] possit ante lit. contesta. procuratorem constituere eo casu quo agere poterit cōiter tenetꝛ ꝙ sic: licet in tutore. l. neqꝫ. C. de ꝓcu. ⁊ hoc ideo qꝛ nō est nudus administrator: cum percipiat fructus. ⁊ ideo ad instar patris poterit etiam ante litē contest. procuratorē constituere sicut potest pater. l. j. C. de bo. mat. ⁊ plus etiam dixit Spec. in tit. de procura. §. ratione eius. versi. nunquid canonicus. ꝙ canonicus qui agit pro reuocatione rei male alienate poterit constituere procuratorē etiā ante litē contest. ⁊ hoc etiā tenuit Pau. in cle. ɉ. de rescript. qd est notandum. Non est tamē sine dubitatione ꝓpter illa q̄ habentꝛ in. d. l. neqꝫ.

8 ¶ † Item aduerte inquātū dixi prelatū nō posse agere pro bonis conuentus qñ sunt oīno discreta est verum nisi vellet venire tanq̄ cōiuncta ꝑsona ⁊ cauere de rato per ea que no. per gloss. in. c. j. ɉ. de procu. Et idem dicendum econtra in capl'o si vellet agere tanq̄ coniuncta persona ⁊ cauere de rato cum eadem sit ratio rōne cōnexionis que est inter prelatum ⁊ capitulum cum ipse sit caput ⁊ capitulum membra. facit qd habetꝛ in. c. nouit. ɉ. de his que fiunt a prela. ⁊ qd notauit glo. in. c. j. in glos. pe. vltra medium. ɉ. de procura. ⁊ etiam Spec. in ti. de actione. in vltima

a ¶ Constituūt syndicū. Ar. de bal. i. l. si ita. C. d ser. reip. ma.

b ¶ Prelatꝰ an possit constituere ꝓcuratorē añ lit. ɔt. eo casu q̄ agere pt vid. h ꝑ d. fel. i iiij. co. §. sol'. ꝑlatꝰ. ⁊ ad d barto. i. l. neqꝫ. C. d ꝓc. i. j. col. §. vlterius opponitur.

charta:vbi plene tangit de materia huius.c. ¶ Et per predicta patere potest ad quē spectat potestas agēdi:ꝛ similiter procuratorem cōstituendi. Item etiā ad quē spectat potestas impetrandi ꝛ ꝯtra quem etiā debet fieri impetratio:qꝛ fieri debet contra illum qui pōt conueniri ꝛ non contra aliū. Dicit tamē Joā.an. in addi. Spe.in tit.de ꝓcura.§.ratione.ꝯtra quē ver.item oppo nitur. ꝙ licet vbi administratio nō est omnino diuisa cōuentus non possit agere:tamē poterit impetrare ratione communionis quā habet cū prelato.ar.l.j.C.de diuer.rescrip. ¶ In ea.gl.ibi: nihil est innouandum.dicit Jo.an.ꝙ istud est intelligendū fm Host.nisi capl'm pro negotijs cōibus vellet agere cum vacante sede capl'm succedet in ptāte administrandi.j.de ma.ꝛ obe.cum olim.pro discretis dicit ꝙ tanꝙ cōiuncta persona prestita cautione de rata poterit agere:vt.j.de ꝓcu.c.j.Compo.etiam dicit: ꝙ quedā sunt que tractanť melius sede vacante ꝙ qū instituta vt est qō iuris eligendi.ꝛ ista poterit etiā tractari sede vacante: vt not.j.de consue.cum dilectus. In alijs dicit ꝙ si nō possunt differri absqꝫ periculo poterit capl'm agere tanꝙ cōiuncta persona cum cautionibus debitis.per id qd habetur in.d.c.j.j.de ꝓcura. ¶ In ea.gl.ibi:cura pastoralis.nec obst.§.tutor.alleg. in gl.qꝛ loquiť in autoritate que ex interuallo non pōt interponi.secus in consensu vt voluit Inn.in.c.j.de rebus eccl.nō alie. in.vj.ꝛ nota.etiā per Bar.in.l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de

9 acqui.heredi. ¶ † In ea.gl.ibi:ait pretor.ꝛ sic vr̄ ꝙ sicut prelatus sine consensu capl'i non potest alienare rem ecclesie nec capitulū sine prelato.xij.q.ij.sine exceptione. Ita nec etiā vr̄ ꝙ xxnus nō possit agere sine alio:sed contrarium est verum qū bona sunt omnino discreta.vt supius est dictū.ꝛ etiam qū nō sunt discreta solus prelatus agit sine caplo:qꝛ tunc sol' habet administrationem.nec ob.l.ait pretor.qꝛ loquitur in casu speciali.vꝫ here-

10 de deliberante de adeundo hereditatē vt superi' dixi. ¶ † In

a ea.gl.in fi.[a] Idē notať.v.q.iij.c.vlti.ꝛ hoc dicit Inn.verum qū ageret noie ecclesie secus si ageret noie ꝓprio vt qꝛ vtraqꝫ pars peteret suā electionē cōfirmari seu suū electū:qꝛ tunc non est necessarius curator. Host.vero ꝛ Compo.dicūt ꝙ lꝫ nō negēt fieri posse qd dixit glo.tamē etiā sine tali curatione capitulū poterit agere ꝛ defendere ꝛ ꝓcuratorem cōstituere in causa quā haberet cōtra prelatū:qꝛ quo ad illam censeť habere legitimam administrationē.allegat qd hr̄.j.de cā pos.ꝛ ꝓprie.cū ecclesia.ꝛ.c. cū olim.ꝛ.j.de instit.in.c.cum venissent.ꝛ de materia in Spe.de syndico.ver.quid si causa. ¶ In glos.pe.ibi:requisisti.ꝛ que sit ratio ibi ptꝫ. Nam ratio est qꝛ ibi nō fiebat mentio de prelato ratione cōtēplationis ecclesie:sed ratione cōsanguinitatis. ¶ In glo.vlti.in fi.hoc qd glo.hic in fine dicit posse ꝓcedere in arduis al's si bona sint omnino discreta potest prelatus in spectātibus ad eum sine consensu capl'i agere:ꝛ similiter econtra capitulum sine plato in spectantibus ad eū:vt dictum fuit.s.super gloss.j. Nec ob.his que dicta fuerūt super dicta glo.j.qd habeť in.c.nō licet.xij.di.vbi diciť ꝙ nō decet seu nō licet membra a capite discedere qꝛ illud est vꝫ quo ad id de quo ibi dr vꝫ quo ad modum celebrandi diuina officia:qꝛ in illis ecclesie inferiores a cathedrali que censenť esse mēbra eccl'ie cathedralis.j.de testa.requisisti.debet tenere eundē modum quē tenet ecclesia cathedralis nō aūt ibi tractať de potestate administrandi bona ecclesie. Nam ꝙ quo ad illa seruari debet qd habeť in hoc.c. ¶ Extra

b gl.potest queri.qꝛ hic loquiť in abbate quid in alio prelato[b] habente capitulum vel conuentū.dic ꝙ idem qꝛ eadem est ratio:ꝛ per cōsequens idem ius esse debet.s.ti.j.in.c.translato.nec obst. hec litera que loquitur de abbate:qꝛ illud ideo fuit:qꝛ ita de facto in personam abbatis occurrit dubitatio.tamen idem dicēdum in alio plato cū eadē sit ratio vt est dictū. vel ideo dixit de abbate:qꝛ abbas nō habet ꝓpium.liij.di.abbati.ideo de ipso plus videbať dubitandū fm Franc.vercel.fm quē idem etiam dicēdum est de priore alicuius monasterij. Idem etiā dicit fore dicēdum nō solū de epo sed etiā de quolibet inferiore plato cui tamē principaliter competat administratio eccl'ie collegiate. Si autē esset capella nō habens collegium sed tantū vnicum sacerdotem:tunc satis erit illū expꝛ merē:tum quia tali dicitur ecclesia cōmissa.xxij.di.c.presbyter. tum etiam qꝛ ecclesia diceť esse ipsius.j.de prebē.cū ignores.ꝛ facit qd habeť.j.de pēis.c.ij.ꝛ ꝓ hoc gloss.valde notabilis in.c.potuit.j.de locato. Idem dicit Joā.an de gubernatore vel de cōmendatario.facit qd habeť de cle.querelam.ꝛ.j.de iudi.in.c.cum deputati.vbi etiā de materia per Inn.ꝛ.j.de resti.spo.in.c.olim causam. ¶ Quid autem si duo sacerdotes regant ecclesiam.tunc dicit Joā.an.ꝙ si alter est principalior sufficiat de illo fieri mētionē al's opꝫ vtrūqꝫ allegari.a.g.regule ꝙ oēs.j.de reg.iur.in.vj. ¶ Quid autem si monacho cōmissa sit administratio alicuius obedientie: dic ꝙ pro illo agere ꝛ defendere poterit per id qd habeť in.d.c.cum deputati. Secus si sit cōmissa administratio ville vel possessionis: tūc

¶ In eadem gl.i fi.hāc glo. d.abb.diuidit i octo qōnes. quas hic vide p eū i.ij.co.vꝭ. j.i gl.j.i fi. per quē habebis plenum intellectum cū gl.j.

b ¶ Alio plato. vide hic p do. Fel.i pe.co.vꝭ. etiam in alijs prelatis.

pro illa nō poterit agere vel defendere saluo nisi esset pro illa cōstitutus procurator vel syndicus:al's non posset agere nomine ꝓprio nec nomine prebende.secus in clerico seculari qui ꝓ prebenda sua agens posset dicere in libello peto nomine meo fm Inn.tutius tamen est fm Host.ꝙ petat nomine prebende. facit qd notauit Jo.an.in.c.ex literis.j.de proba. ¶ Ultimo po-

11 test queri nūquid † inferiores ecclesie a cathedrali collegiate vel nō collegiate seu rectores illarum possint constituere ꝓcuratorē sine episcopo. Inn.hic:vt tangit do.Anto.de but.in.c.requisistis.j.de test.videtur dicere ꝙ non:sed illud fm eum potest ꝓcedere in arduis:vel qū vellent constituere syndicum generalem quo ad potestatem alienādi.ar.eoꝝ que habenť.j.de iura.calū. c.imperatoꝝ.secus si vellent cōstituere syndicum ad vnam cām tm̄:tunc videť ꝙ non requiratur cōsensus epi cum hoc nō reperiatur bene iure cautum. Nam videtur ꝙ sufficiat prelatum vel rectorem qui habet administrationē ecclesie procuratorē constituere per ea que superius sunt dicta.

1 ☞ Dictio in Christo quando debeat exprimi in literis.
2 Monialis potest facere ꝓcuratorem in causa electionis.
3 Litere quādo dicantur surreptitie.
4 Ordo scripture an in literis sit attendendus.
5 Ordinis peruersio possessorij ad petitorium non reddit processum nullum.
6 Monachus non potest habere proprium.
Monachus an ꝛ quando agere possit nomine proprio.
7 Moniales presertim canonice seculares pn̄t agere pro administratoribus sibi commissis ꝛ rebus ipsarum.
8 Monachus an possit agere cōtra abbatē pro alimentis in preteritum subtractis.
9 Soluere teneť debita collegij singulares de collegio qū nō reperiunť bona cōia collegij ex quibus possit satisfieri.
10 Litere surreptitie ꝛ obreptitie qūo differant inter se.
11 Snīa lata cōtra absentem dolo p̄sentis an tenebit ꝛ si sit iniusta ꝛ transiuit in rem iudicatam an possit retractari.

Cum dilecta. Processus fact' per literas surreptitias irritatur factus vero contra formā rescripti irritus nūtiatur. h.d. Et primo decisa tangit factum ꝛ questionem. Scdo cassat processum scdoꝝ iudicum. Tertio irritum decernit ꝓcessum primorum. Quarto cōmittit causam ꝛ mādat restitui spoliatos.scda ibi:deprehēdimus.tertia ibi:insuper.quarta ibi: ideoqꝫ mandamus. ¶ In tex.ibi.ꝛ.j. deciditur facti narratio que colligiť ex sequentibus. ¶ Item ibi:ꝛ suos conuidices isti fuerunt scdi iudices vt colligiť ex sequentibus. ¶ Item ibi cognitio dicunt quidam ꝙ pape cōstabat de subtractis. ꝛ sic ptꝫ literas esse surreptitias per quas ipsorum cōmittebať cognitio. ¶ Item ibi:insertus.sup.spāliter non gn̄aliter.nec ob.s.eo.pastoralis.§.fi. ¶ Item ibi:mandati nostri.sup.directi ad scholasticum ꝛ coniudices. ¶ † No.primo ꝙ quando papa scribit mo-

1 niali appellat eam dilectam in Christo filiā:ꝛ qū hoc nomen in Christo debeat exprimi in literis pape.nota. Jo.an.s.in pemio circa salutationē:ꝛ etiam in proemio.vj.in salutatione. ¶ Not. ꝙ appellatione ecclesie contineť monasteriū.de quo in.c.grādi. j.de sup.neg.pla. ¶ † No.ꝙ monialis potest facere procurato-

2 rem in causa electionis.idem fm Innoc.si de crimine agatur.ꝛ sic causa in qua procurator possit interuenire.de quo per Inn. de sen.ꝛ re iudi.in.c.cum.J.ꝛ.A.ꝛ.c.cum olim.de priuileg. hodie nedum potest facere procuratorem in causa electionis: imo etiam tenetur nec dꝫ personaliter comparere.j.de elec.indēnitatibus.§.sed cum eas.lib.vj.ꝛ facit qd habetur in.c.ij.de iudi.eo.

3 lib. ¶ † Nota ꝙ litere dicuntur surreptitie quando in eis preter conscientiam pape cōmittitur cognitio articuli quam papa habebat ꝓ certo:ꝛ in dubio videť p̄sumendum ꝙ tunc contra cōscientiam pape talis articulus sit insertus:prout vr̄ esse mēs huius litere. ¶ Not.ꝙ litere dicuntur surreptitie quando non faciunt mentionem de primis. Et no.ꝙ nedum de literis primis: sed etiam de principali articulo fienda est mentio: vt etiam hic voluit Inno.facit.j.de re iudi.c.inter monasterium. ¶ Nota ꝙ factum per literas surreptitias venit irritandum:ꝛ sic non videtur ipso iure nullum qd fit per eas quando sunt litere ad lites ꝛ super beneficijs. Host.tamen tenebat contrarium.ꝛ ideo exprimebat irritandum.i.irritum nuntiandum. Sed certe hec expositio violat literā.ideo cōmuniter non teneť opi. Hostiē. de quo j.eo.c.ad audientiam. ¶ No.vlterius ꝙ vbi ordo contentorum in rescripto respicit factum non est licitum illum trāsponere vel peruertere al's non valet qd agitur forma non seruata. secus qū respicit ius:quia tunc debet attendi ordo iuris ꝛ non rescripti: vt.s.eo.causam. ¶ Not.illud vulgatum ꝙ ordo est seruandus ꝛ forma mandati est exacta diligentia obseruanda: ꝛ factus ea non seruata est nullum ipso iure. facit.j.de officio delega.venerabili.

4 nerabili.z.ff.mand.l.diligenter. ¶†Et de materia an ordo sit seruandus tangitur hic in glo.z per Joan.andr.super ea.z per Dy.in.l.nec enim.ff.de solu.z plenius per Bar.in.l.ij.§.prius.ff.de vulga.z pupilla. ¶Not.q monialis potest petere se restitui de quo in gl.fi.z super ea. ¶No.q litere scde q speciales in quibus vnus articulus cõmittitur de cõprehensis in primis literis nõ valet non facta mẽtione de primis qñ in primis plures articuli specifice enumerãtur z non vniuersaliter seu sub signo vniuersali qd no.pro limitatione eorũ que habenť.s.eo.c.j.z.c.pastoralis.§.j. ¶Nota q vbi plures articuli cõtinentur in rescripto sed vnus per prius cõmittitur z principaliter ponderatur tũc attendi debet ordo scripture al's ordinis peruersio vel transpositio vitiat processum. ¶Ultimo no.q peruersio ordinis cause ad causam vitiat pcessum qñ talis ordo est trãsfusus in forma mandati hominis.de quo tangeť super glo.in ver.iuris ordinẽ. ¶In glos.j.ibi:cancellarij.z sic vult glo.q sufficiat

a scientia cancellarij.[a] facit qd notauit gl.in.c.statutum.in ver.literarum.j.de rescrip.in.vj.Et hoc intellige vez quo ad hoc ne impetrans dicatur falsarius.z idem etiã quo ad valorẽ literarũ si sunt de simplici iustitia que necessario nõ sunt pape legende.secus in alijs de gratia que sunt pape legendẽ:qz tunc vt valeat requiriť pape sciẽtia de qua poterit apparere per signaturã supplicationis.facit qd not.in.c.cum olim.j.de re iudic.z ibi etiam tractať quid si litere emanauerunt de curia preter conscientiaz aduersarij qui erat in curia z non fuit requisitus.z concludit ibi glo.q litere valebũt.z idem etiã Inno.hic quãuis si erant preiudiciales debebat citari pars aduersa que erat in curia.de quo dicendũ vt in.d.c.cum olim.z dictũ fuit in.c.ceterum.s.e. ¶In glo.ij.ibi:non valuerunt intellige quo ad effectum.qz de mero iure valent licet obstet exceptio:vt dictum fuit in.c.ceterum.s.e. ¶In glo.personaliter.in fi.z de materia in.c.fi.j.de offi.deleg.z facit qd habetur in.c.is cui.de offi.deleg.in.vj. ¶In gl.trãs-

b ponẽtes ibi venerabilis circa hoc an ordo scripture[b] debeat attendi varie loquunť doc.Nam Jo.and.hic aliquas alias opin.posuit vltra glo.do.Anto.de but.etiam hic posuit breuem conclusionẽ modico addito ad glo.do.Car.flo.etiam aliter loquiť.vñ potes cõcludere q aut queritur an ex ordine aliquid presumatur vt sicut presumamus quẽ potius disponẽs voluerit admitti cum vnus ex pluribus veniat admittẽdus z non cõstat:de quo z dicendum est q sic:vt pbatur in.c.penul.de ele.in.vj.z in.c.mandato.de preben.eo.lib.z in.l.quoties.ff.de vsufr.z in l.põt.§.pe.ff.de leg.ij.z.l.heredes.in fi.ff.ad trebel. Nam primo nominatus videtur magis dilectus vt in dictis iuribus. Aut queriť nunquid si ordo non seruetur vitietur actus.z tunc aut constat de mente disponentis q vult ordinem seruari:z tunc vitiať actus si non seruetur.l.prolatam.C.de senten. Aut cõstat q solum cõsulit ordinem seruari:z tunc cum ordo nõ sit voluntarius eius omissio vel peruersio non vitiat.instit.de leg.§.ante heredes.z.j.de spon.in.c.cõmissum.z.j.de iura.calum.c.j.in.vj. Aut sumus in dubio z tunc si ex omissione resultat leue preiudicium censeť esse potius de consilio alias autem censebitur potius esse de substantia.per id qd habeť in.l.j.§.peñ.z fi.ff.de vẽ.inspi.z notat Bar.in.d.l.ij.ff.de vulg.z pupil.z hec in alijs mãdatis q in exequendis.In illis autem potes dicere q si seruando ordinem mandati resultaret contrarietas iuri non censetur tunc ordo de substantia:vt.s.eo.c.causam.Si autem non resultaret contrarietas iuri:tunc tene solutionem glos.qz aut vnum mandať principaliter aliud accessorie.z tunc debet ordo seruari:vt hic ptz.Aut plura principaliter aut copulatiue mandantur:z tũc nõ est necesse ordinem seruare.s.e.inter ceteras.z hoc quãdo mandatum dať alicui al's non habẽti potestatẽ:vbi autem daretur al's habenti potestatem recurrendum est ad gloss.que habeť in cle.j.de iure patr.z ad ea que ibi cõsueuerunt dici. ¶In glo.iuris ordinem.in fi.hec glo.licet multa verba sparserit in effectu vult q duobus modis potest intelligi qd hic diciť de ordine iuris.vno modo q intelligatur de ordine qui habet q qđ spoliationis prius cognoscatur q cognoscatur de proprietate.Alio modo q loquať de alio ordine iudiciario:puta si pcedıtur lite contesta.z que sint de ordine substantiali iudicij nota tur per glo.j.q.j.in summa.z de offi.delega.in.c.in causis.z in.l.prolatam.C.de senten.Et scdm hoc habes q fm ista tempora in causa electionis fiebat litis contesta.hodie videtur secus per ea que habentur in cle.ij.de iudi.iuncta clemen.sepe.de verbo.

5 sig. ¶†Sed aduerte qz cõtra primũ intellectũ facit:qz peruersio ordinis possessorij ad petitorium cum sit cause ad causam z nõ eiusdem:causa in seipsa nõ reddit pcessum nullum sed iniustuz.l.j.C.de appe.Ideo scds intellectus videtur verior:vel dic sustinendo primũ q illud verũ nisi talis ordo sit trãsfusus in formaz mandati hominis.nam tũc vitiat processum z ita loquitur hic.nec ob.si dicatur q expressio eius q tacite inerat nil debet ope-

rari.l.iij.ff.de lega.j.quia illud est verum quando eodem modo exprimiť al's secus:vt in.l.iij.§.j.ff.de libe.z posthu.cum ibi notatis.z ita fuit hic nam prius inerat solum respectu iustitie:sed modo pter expressionẽ inest respectu forme attentata forma mandati:ideo aliquid operatur:vt hic voluit do.Anto.de bu.

6 ¶†In glo.fi.ibi petere restitutionẽ.sup cum monacha vel monachus non habeant nec habere pñt proprium.j.de statu mo.cum monasterium.circa fi.z.xij.q.j.nolo.z.c.non dicatis. ¶In ea.gl.ibi:non habebant abbatissam.hec solutio non videť bona quia licet non habeant abbatissam.necnon per hoc tollitur contrarium ex quo non habent proprium vel habere possunt.ideo gloss.in ver.sed qz dedit aliam solutionem vcz q non petebat restitui tanq monacha sed tãq de corpore monasterij.i.nomine ecclesie.z hec in se potest esse bona:vt.j.patebit.vnde concl ude q si monachus vult agere nomine pprio non potest per id qd dictum est superius.fallit in causa criminis quando accusaret abbatem.j.de accu.ex parte. Item fallit secundo in causa sue electionis:vt hic ptz:q intellige quãdo eligitur in prelatum monasterij cuius est monachus:al's si eligeretur in prelatũ alterius monasterij non possit agere sine licentia sui prelati:vt in.c.nullus.j.de elec.z.c.si religiosus.lib.vj.fallit tertio si petit restitutionem ad claustrum:z consequenter vt alimenta ibi pstentur.

a xvj.q.j.placuit.al's nõ posset nomine pprio agere etiam si spolietur cappa:cum illam nõ possideat sed potius detineat nomine monasterij:vt nota.xij.qd.j.nolo.z.c.non dicatis. Si vero vult agere nomine ecclesie potest si hz administrationem.j.de iud.cũ deputati.z idẽ si non habet administrationẽ si abbas sit absens taliter qd cõmode eius licentia haberi non possit.per id qd dicit glo.z idem etiam dixit hic do.Car.flo.si forte non sit abbas qz vacet monasteriũ ex quo vult agere noie monasterij:al's autem agere nõ posset nisi habeat mandatũ ab abbate:satis tamen vř habere mandatum si de licẽtia eius esset in studio per ea que leguntur z notantur in.d.l.si lõgius.§.si filiusfami.Et ad predicta bene facit qd notant dñi de Rota in sua conclusione.ccxvj.al's

7 est.ccxxij.vbi cõcludunt q etiã†moniales pertim canonice seculares pñt agere pro administrationib' sibi cõmissis z reb' ipsarum allegant no.per Guil.de montelau.in cle.j.de rescrip.z per

8 Innoc.s.eod.edoceri.z per Archi.de iud.c.ij.lib.vj.† Monachus tamen cõtra abbatẽ non videť posse agere pro alimentis in pteritu3 subtractis qz ei obstaret exceptio dolo facis qz petis q restituturus es cum possis habere propriũ.ff.de doli excep.l.dolo.pro alimentis aũt in futurum prestãdis non potest agere per id qd legiť z notať.j.de accu.ex parte.z notant do.de Rota sua cõclusione.cccvj.al's est.cccj.z facit qd notauit Jo.mo.in.c.cordi.de app.in.vj.super verbo in expensis.dicunt tamen doc.z potissime Inno.z Jo.an.post eum.s.e.edoceri.z ibi etiam dixi

b q si concedatur administratio monacho alicuius ville vel possessionis nõ poterit agere pro illis nisi sit cõstitutus procurator vel syndicus:qz nõ noie abbatis qz mandatũ per hoc nõ habet agendi in iudicio nec proprio:qz proprium non habet.videtur tamẽ vt hic dicit do.Ant.de but.q agere posset possessorio nomine monasterij saltẽ in absentia abbatis.per id qd habeť in.d.l.si lõgi'.z in.l.j.C.si per vim vel alio modo.de quo etiã in Spe.de actore.§.item excipitur.vlti.charta. ¶In ea.glos.ibi:z petit monachus partẽ intellige non vt sibi habeat cum nõ possit habere pprĩu s3 vt acquirať alteri ecclesie vel monasterio ad quam vel qd transibit vbi licite recessit a primo monasterio per id qd legitur z notatur.j.de cle.coniu.in.c.qd a te.z ad id qd dicit gl.

9 q†singulares de collegio teneňť soluere debita collegij:quãdo nõ reperiuntur bona communia collegij ex quibus possit satisfieri.bene facit qd habetur in.l.j.§.quibus.ff.qd cuiusq3 vniuer.nõ.Et de materia etiam in Spec.de censi.§.ij.ver.quid si aliqua vniuersitas.z seq.vbi etiã tãgitur quid de nõ originario qui habet predium in loco.puta si reginus habeat premium in territorio Parmensi.an tenebiť cõferre ad onera in ciuitate Parme.vbi cõcluditur q sic si sunt onera realia secus si sunt personalia.de quo dicẽdum.vt ibi z ibi etiam tangitur de illo qui post debita cõtracta ingressus est collegiũ.an collegiũ teneatur p debitis illius:z quid si postea egrediatur.de quo dicẽdum:vt ibi habetur.z facit etiam qd notatur.j.de iniur.in nostra.z.j.de statu mona.recolentes. ¶Extra gl.potest opponi qz non videť pcedere litera inquantũ dicit processum secundorum iud:cum esse cassandũ:qz si nõ fuit oppositũ de surreptione vel si fuit oppositum sed nõ appellatum videtur processus tenere z non debere cassari per no.per Inno.z Joan.an.s.eo.ceterum.si autem fuit oppositum z appellatum:tunc videtur q processus sit irritus z sic nullus.j.de iudi.exhibita.z de appel.non solum.lib.vj.propter hoc dicit hic do.Anto.de but.q iste tex.debet intelligi qñ fuit appellatum z exponi debet litera dum dicit irritandum.i.irritum nuntiandum. ¶Sed certe hec expositio violat literã

a ¶An i ipetrãdis lrĩs sufficiat scia cãcellarij.Et dt abb.q stil' hodiernus facit q ñ ẽ recurrẽdũ ad papã p lrĩs iustitie s3 ad vice cãcellariũ q tñ scribit noie pape.z in hoc dt seruãdũ eẽ stilum curie.

b ¶Ordo scripture.An ordo scriptur' sit suãd' vis hz p do.Fel.h in iij.col.ṽ.ordo scripture.

vnde posses dicere vt etiã hic sensit Jo. de ligna. ꝙ processus factus post ꝛ cõtra appellationẽ erit nullus: vt. ꝭ. de elec. cũ nobis olim. ꝭ fact⁹ ante veniret cassandus. Sꝫ certe vt etiã sensit ipse Jo. de ligna. cum ista exceptio sit dilatoria debuit in initio litis opponi. ꝭ. de exce. in. c. exceptionem. cum ibi nota. ꝛ. l. fina. C. de excep. ꝛ. ꝭ. de re iudi. inter monasteriũ. ꝛ sic videtur ꝙ ante nihil fuerit agitatũ nisi ipsa oppositio exceptionis ꝛ reiectio tacita et expressa que suspendit ꝛ annullatur per appellationem. l. j. ꝭ. j. ff. ad turpilia. ꝛ sic videt ꝙ iste tex. non bene possit defendi a cõtrario formato non violando literam qꝛ non reperio hoc bene declaratũ per doc. potes tamen dicere ꝙ exceptio fuit opposita ꝛ reiecta expresse vel tacite ꝛ nõ fuit tũc appellatum. Nam licet transeat tũc reiectio ipsa seu interlocutoria super reiectione in rem iudicatam ad preiudicium partis. ꝭ. de elec. cum dilecti. ad finem. nõ tamen transit ad preiudicium superioris: vt plene notatur in. c. cum cessante. ꝭ. de appel. ꝛ in. l. qꝺ iussit. ff. de re iudi. ꝛ ideo papa potuit ꝓcessum istũ ꝗuis de rigore validum tanquã iniustum cassare qꝛ factus fuit per literas surreptitias ꝛ hoc modo potest hec litera sustineri. ¶ Ulterius aduerte: qꝛ Inno. videtur hic facere differentiam an vnica causa tm̃ cõmittat delegato. An vero multe vt in pͥmo casu nõ validantur gesta propter cõmunem errorem. ꝛ sic nõ habeat locum. l. barbarius[a]. ff. de offi. ꝓto. mouetur qꝛ possibile est ꝙ isti iudices dati per scꝺm rescriptum ignorarunt surreptionem ipsius secundi rescripti. ꝛ tamen hic cassatur processus factus per scꝺm rescriptum. ꝭ certe opi. Inno. est contra casum in. l. ij. C. de senten. ꝛ interlo. om. iudi. vbi erat delegatus in vna causa tm̃: ꝛ tamẽ propter cõmunem errorem sustinẽtur ibi gesta per eum: vt ibi ptꝫ. facit etiam qꝺ habet. iij. q. vij. in. ꝭ. tria. Potes dicere ꝙ vbi est surreptio respectu qualitatis persone iudicis: puta qꝛ erat seruus qui putabatur liber communi opinione tunc proprie habet locum. d. l. barbarius. ꝛ. d. l. ij. qꝛ tũc tolerant gesta ꝓpter cõem errorem. Si vero surreptio sit respectu impetrati vel circa alia concernentia causam: tunc proprie habet locum qꝺ hic dicitur. ¶ Item aduerte inquãtum Inn. hic ꝛ do. Ant. de bu. post eum videnẗ

10 facere † differentiam inter literas obreptitias ꝛ literas surreptitias: qꝛ obreptitie dicũtur quando efficiunt plenam ꝛ deliberatam sciẽtiam pape: qꝛ ex eo qꝛ propter nimiam inuolutionẽ verborum papa fuit deceptus ꝛ nõ plene intellexit. Sed surreptitie dicunẗ quãdo plene totum intellexit tenorem sed narratum est falsum vel tacitum verum. Et dicũt ꝓdicti ꝓcessum factum per literas obreptitias esse nullũ: sed factum per surreptitias esse cassandum. Nam certe licet possit tolerari dicta differẽtia inter obreptitiũ ꝛ subreptitiũ eo modo quo dixi: tamen vtrobiqꝫ videtur ꝙ ꝓcessus de mero iure valeat. Primo per istum text. qui ꝭm Inn. vꝛ loqui in literis obreptitijs ꝛ tamen litera dicit processum esse cassandum ꝛ non dicit ipsum irritum. Item qꝛ non plus debet operari papam non intellexisse plene factũ ꝓpter nimiam inuolutionẽ verborũ ꝙ si illud omnino fuisset tacitum: ꝛ presertim cũ etiam si dolus interueniat in literis cõtentiosis ad lites rescriptum nõ est ipso iure nullũ: vt dictũ fuit. ꝭ. eo. super literis. ꝛ sic quo ad effectum iuris nõ videt differentia inter lr̃as obreptitias ꝛ surreptitias. ꝛ istud etiam vꝛ voluisse do. Car. flo.

11 in dicto. c. super literis. ¶ † Ultimo tangit hic Inn. de sententia obreptitia seu obreptitie vel surreptitie obtenta quod latius etiã hic ꝓsequitur do. Ant. de bu. Potes concludere ꝙ si obreptio fuit in omissione ordinis substantialis ipso iure nonvꝫ sententia. l. si quis obrepserit. ff. de fal. ꝛ. C. de sen. in. l. ꝓlatam. Idẽ si error esset expressus: vt in illa. l. ij. C. quãdo. ꝓuo. nõ est necesse. Idem si est lata cõtra minorem per obreptionẽ ex falsis allegationibus: vt in. l. j. ꝛ. ij. C. si ex falsis allega. Idem si sit lata cõtra maiorem si est lata cõtra absentem dolo presentis. l. si pretor. ꝭ. marcellus. ff. de iudi. ꝭm vnũ intellectũ. ꝛ facit qꝺ no. gl. ꝛ Bar. in. l. si is ad quẽ. ff. de acquir. here. al's autem regulariter tenebit sententia licet sit iniusta. ꝛ hoc casu si transiuit in rem iudicatam an possit retractari. conclude ꝙ si reuocatꝰ fuit in dubiũ an sit aliqua vel nõ. ꝛ sic de viribus ipsius snie tunc tenebit sententia etiam si in effectu retractetur prima. per id qꝺ habet in. l. j. ꝭ. j. ff. que snie sine appella. rescin. Si vero solum tractaretur de iustitia vel iniustitia sententie: tunc potes ꝯcludere ꝙ si feratur sententia contraria prime sine noua instantia non valebit: vt in. l. j. C. qñ ꝓuo. non est necesse. Idem si feratur per iudicem appellationis si appellatio est deserta per cle. si appellationem. de appel saluo nisi prius esset pronuntiatum appellationem nõ esse desertam. facit. ꝭ. eo. super literis. Si autem coram iudice ordinario noua instantia sit inchoata ꝛ in processu cause circa merita obijciatur de sententia ꝛ replicetur illam iniustam: ꝛ econtra dupliceẗ: illam iustam: tunc si constaret de iniustitia per confessionem partis valebit sententia contraria: qꝛ contra presumptionem iuris ꝛ de iure que surgit ex sententia admittitur ꝓbatio per confessionem partis per id qꝺ legitur ꝛ no. tam in auf. sed iam necesse ꝛ in corpore vnde sumitur. C. de donatio. ante nup. Idem si constet notorie ex actis de ipsa iniustitia. per ea que habent in. c. cum bertoldus. de re iudi. Si vero nõ constet de iniustitia modis predictis: sed per ꝓbationem nouiter factã adhuc videbit idem vt si forte modo sit ꝓbata exceptio pacti de nõ petendo que prius nõ fuit ꝓbata. nam licet snia inducat notoriũ ꝭ. de coha. cle. c. si. est notorium presumptiõis: ideo succumbere debet notorio ꝓbationis. ꝛ ideo valebit snia contraria: vt videtur hic voluisse Inno. ꝛ facit qꝺ ipse notauit in. c. fraternitatis. ꝭ. de frig. ꝛ in. c. qm̃. ꝭ. de immu. eccle. Imputet enĩ sibi pars que passa est discuti de iniustitia snie: nam poterit obijcere exceptionem rei iudicate ad ꝓcessum: vt. ꝭ. de lit. cõtest. c. j. in. vj. al's extra casus predictos contraria sentẽtia cõtra sniam que transiuit in rem iudicatam non valet etiam si feratur in diuersis instantijs. lꝫ Bar. aliter dixerit in. l. duobus. ff. de excep. rei iudi. sed precedens dictum sequitur do. Ant. de but. qñ prima sententia fuit ostensa: qꝛ tunc secũda non valebit velut lata contra notorium ꝭ. de re iud. inter ceteros. secus si non fuit ostensa: qꝛ tũc valebit scꝺa per id qꝺ habet. ꝭ. de re iudic. inter monasteriũ. vbi de hac materia plene. ꝛ hoc casu possit procedere dictum Bar. de materia etiam per legistas in. l. j. C. qñ ꝓuo. nõ est necesse. facit ad materiã qꝺ notauit Inn. ꝭ. de proba. qm̃ cõtra. vbi videt velle ꝙ etiam si de iniustitia snie constat ex actis non teneat scꝺa cõtraria. Sed contrarium videtur sensisse in. c. cum bertoldus. ꝭ. de re iudi. ꝛ illud videtur esse verius per ea que superius dixi.

1 ¶ Tempus longum qꝺ dicatur.
2 Negligentia quandoqꝫ equiparatur dolo.
11 predicta potest queri quia hic dicitur ꝙ † acceptatus per literas apostolicas non potest molestare aliam ecclesiam occasiōe aliarum literarū apostolicarū: an hoc procedat siue iste alie fuerint impetrate anteꝙ reciperetur in alia ecclesia: siue post. dicit Inn. ꝙ sic: q2 non est presumendū ꝙ papa pro vno scriberet sup pluribus vacaturis: si aūt post receptionē impetraret literas ad beneficiū vacans. tunc dicit Inno. ꝙ si vult renuntiare iuri sibi cōpetenti ex prima receptione valent litere: quia non est talis veritas tacita que si fuisset expressa literas nō habuisset. ar. s. e. super literis. Sed contra istud dictū facit fm Compost. quia non est verisimile ꝙ pape sic scriberet pro eo cui alias gratiam fecerat sicut si nunꝙ pro eo scripsisset ⁊ hoc dicit verius esse Io. an. s. ꝙ dicte litere non valent tanꝙ surreptitie: q2 tales litere sunt ambitiose: ⁊ sic restringēde. vt. j. de p̄bē. ꝗuis. a. ⁊ facit qđ notat Ioā. an. s. e. postulasti. vbi etiā vr̄ Inno. dixisse contrariū eius quod hic tenuit vt ibi tetigit Ioā. an. Et istud videt esse verius vt ibi

etiam dixi. licet Inn. posset defendi a cōtrarietate: q2 hic loquit̃ de impetrāte nō adepto beneficio: sȝ solū recepto ibi de adepto. ¶ Et ad materiā facit ꝙ notat Jo. an. sup regula. iuris ignorātia. de reg. iur. in. vj. in questione ibi posita. Et not. ꝙ in casu decretalis non sufficit facere mentionē de primis literis si non fit etiā mentio de receptione ſm Inn. q2 nedū de literis: sed etiam

12 de processu dȝ fieri mentio. vt. ĩ. de re iudi. inter. ¶ † An aūt sufficiet in secundis literis dicere non obstante ꝙ alibi beneficiatus existat: vel ꝙ in alijs ecclesijs scripserimus ꝓ eodē. dic ꝙ non per istū tex. qui requirit expressam mentionem fieri: ⁊ ideo nō sufficit mentio p̄dicta que est generalis: imo requiritur ꝙ dicat̃ non obstante ꝙ ꝑ literas nostras in tali ecclesia sit receptus: vt hic pȝ ꝑ Host. ⁊ probatur in cle. ij. de offi. or. ⁊ ibi etiā per glo. Sed Compost. tenuit contrariū dicens vtrāqȝ formā premissam sufficere. Et pro eo facit. c. is cui. de preben. in. vj. Sed certe ibi fiebat gratia habenti conferre beneficiū: ideo non debuerunt beneficiū nominare hic qñ fit gratia habēti recipere beneficiū. Itē ꝓ Compost. facit. ĩ. de preben. nō potest ad fi. li. vj. Sed pōt dici ꝙ ibi ꝑ partē fuit expressum beneficiū ꝙ ius scriptū non habuit noīare ⁊ ibi etiā reprobatur ratio Compost. qui dicebat per illā formā patere ꝙ papa volebat illū habere vtrūqȝ beneficiū: q2 illud non est verum: vt ibi pȝ. ¶ Itē aduerte q2 do. Lapus de castilli. sua alle. lxxxix. ver. modo dicit ꝙ dato ꝙ pendeat gratia per alium impetrata: dato ꝙ sciret qs illud si impetratio est facta sine suo mandato ⁊ non acceptauit ꝙ valebit impetratio facta per eum de alio beneficio non facta mentione de p̄dicta impetratione. et plus etiā ibi dicit ꝙ si alicui absenti facta sit collatio ⁊ non acceptauit licet sciret illā sibi factā tenebit impetratio non facta mētione de collatione p̄dicta per dictū Archi. in. c. gratia. de rescriptis. in. vj. vbi ad literā dū dicit nescires supple maxime. ¶ Sed certe glo. ⁊ Jo. and. ibi super ea. videtur velle contrariū in hoc vltimo. ⁊ ideo hoc dictū non videtur tutum. licet do. Ant. de but. transeat cū illo. ¶ Item adde qđ notant do. de rota sua conclusione. ccxxj. alias est. ccxv. vbi dicunt ꝙ si habens gratiā primā cum secunda ⁊ fuerit consecutus beneficiū ꝙ si anteq̄ sit cōsecutus secundā gratiā seu eius effectū impetrat tertiā facta mentione de secunda ⁊ non de prima ꝙ non valebit impetratio tanq̄ surreptitia de quo dicendū vt ibi. ¶ Ultimo tangit hic Jo. cal.

13 an † de qualitate primi beneficij sit facienda mentio qñ impetratur scđm de quo per glo. in cle. j. in ver. alteri. de p̄ben. vbi concludit ꝙ in dispensationibus fienda est mentio de qualitate primi beneficij. ⁊ sic an sit dignitas ⁊ qualis ⁊ an sit curatū. Sed in impetrationibus gl. ibi videt̃ velle ꝙ de iure non reperitur cautum ꝙ sit necesse exprimi qualitatē primi beneficij vnde in hoc seruari deberet stilus curie si de illo appareret. vt. ĩ. de cri. fal q̄ graui. Jo. tamen Cal. hic videtur dicere ꝙ satis videtur ꝙ deberet exprimi an sit dignitas: q2 si solū exprimeret se habere aliud beneficium fieret interpretatio contra eū ⁊ intelligeretur de simplici argumento. c. quāuis. de preben. in. vj. dicit etiā ꝙ videtur ꝙ de qualitate cure deberet fieri expressio per id qđ habetur de prebē. is cui. in. vj. Nam si de illa debet fieri expressio cum gratia fit collatori vt ibi patet fortius videtur ꝙ sit fienda qñ fit impetranti cum prima censeatur fauorabilis. secunda odiosa. ⁊ similiter de qualitate continue residentie videtur ꝙ debeat fieri mentio: q2 de illa videtur iudicandum sicut de cura. per no. ſm doc. de cle. non residen. c. si. secus dicit de qualitate ordinis annexa beneficio. ar. c. ei cui. de preben. in. vj. de qualitate autē beneficij an sit sufficiens videtur ꝙ sit fienda mentio. vt. s̃. e. cum teneamur tamen hoc non bene reperitur cautum. dicit tamē ꝙ tempore suo fiebat expressio hoc modo: q2 dicebatur ꝙ tenebat beneficium quando non excedebat certam mensuram vel summā. ⁊ sic residet Jo. cal. potes dicere ꝙ in isto seruandus est stilus curie si de illo apparet al's de iure videtur standum gl. in. d. cle. de preben. ⁊ per hec sit expedita hec decretalis quam cōmentauit Joā. cal.

1 Rescriptum quod procurator reuocatus: ⁊ de hoc certificatus impetrauit extra iudicium non valet: sed si impetrat in iudicio valet rescriptum si iudex ⁊ aduersarius ignorabant reuocationem.

2 Capituli appellatione non continetur is qui preest capitulo nisi aliud exprimatur.

3 Decanus ⁊ capitulum excommunicare possunt si super hoc habent priuilegium apostolicum.

4 Plures controuersie possunt simul eodem iudicio agitari.

5 Falsus procurator dicitur etiam ille qui habuit mandatum: sed fuit reuocatum.

Litere impetrate per falsum procuratorem non valent. ⁊ nu. 11.

6 Procurator potest reuocari ratione suspicionis etiam post litis contestationem.

7 Excommunicatus potest constituere procuratorem ad se defendendum.

8 Exceptio vna dilatoria: licet fuerit repulsa nihilominus potest alia proponi.

9 Litere impetrate per coniunctam personam sine mandato valent si dominus ratum habet.

10 Reuocatio procuratoris ad hoc vt valeat debet transire in noticiam ipsius procuratoris.

12 Agens procuratorio nomine domini domino sciente ⁊ tacente ⁊ non contradicente videtur tacite ratum habere.

13 Fundare se an possit aliquis ex eo quod improbauit.

14 Reuocatio procuratoris in iudicialibus debet notificari iudici. Et quid in extraiudicialibus.

15 Matrimonium contractum per procuratorem non valet si procurator fuit reuocatus anteq̄ matrimonium contraheret: licet ipse hoc ignorauerit.

16 Mandatum generale habens cum clausula ratihabitionis vel cum clausula ꝙ possit facere idem ꝙ dominus ab possit attenta re ea que requirunt speciale mandatum.

17 Mandatum habens ad substituendum alium si substituit nō poterit reuocare substitutum qui susceperit mandatum nisi de hoc fiat mentio in mandato.

18 Procurator ad negotia potest alium substituere: sed procurator ad agendum regulariter non potest alium procuratorem dare seu substituere.

1 **Ex parte decani.** ¶ Non † valet rescriptū qđ procurator reuocatus ⁊ de hoc certificatus extra iudicium impetrat. Si vero in iudicio impetrauit valet rescriptū si iudex ⁊ aduersarius reuocationē ignorabāt hoc dicit ſm lect. que placet Jo. an. licet alie tres colligi possint ex gl. vj. ⁊. vij. coniunctis his que ibi addit Jo. an. ⁊ de quibus in eis dicetur. Et due sunt ꝑtes principales. Nā in prima ponit̃ facti narratio. in scđa iudiciū instructio. scđa ibi: q2 vero. Prima pōt subdiuidi. Nā p̄io ponit̃ cāe cognitio. scđo exceptio tertio replicatio ⁊ interlocutorie ꝓlatio. quarto iterū excipit̃. quinto iterū replicat̃. scđa ibi: dictus. tertia ibi: eis quarta ibi: petente. quinta ibi: quas

2 literas. ¶ † No. j. ꝙ appellatione capituli non videt̃ cōtineri caput capituli seu ille qui preest capitulo nisi aliud exprimatur de quo in. c. post electionem. ĩ. de concessio. preben. ⁊ in cle. vt hi qui

3 per glo. de eta. ⁊ quali. ¶ No. ꝙ † decanus ⁊ capitulū habent potestatem excōicandi: si super hoc habent priuilegium apostolicū a contrario ergo secus de iure communi: nisi sit casus vbi ius exprimat contrarium puta sede vacante. ĩ. de maio. ⁊ obe. cū olim. ⁊. c. his que. ¶ Quomodo aūt prelatus habens gladium spiritualē ⁊ tēporalē potest ad defensionē sue iurisdictionis vtroqȝ

4 vti habet̃. ĩ. de sen. ex. c. dilecto. ¶ † No. ꝙ de pluribus cōtrouersijs simul in eodē iudicio agi pōt. ⁊ similiter in eodē libello. Ad idem. l. heredes. §. de pluribus. ff. fami. ercis. ⁊. ff. pro soc. l. cū duobus. §. si plures. ⁊ facit qđ habetur in. l. nō est nouum. ff. de actionibus empti. ¶ No. a sensu contrario ꝙ regulariter valent litere per alteram tantū partem impetrate. fallit qñ impetrarentur contra formā datā in priori rescripto vt hic patet. Itē qñ prime essent impetrate de consensu partiū. quia non valerent secunde impetrate per alterā partem tantū cū fieret mentio de primis. ⁊ de consensu in impetratione illarū prestito. s̃. e. ceterū. ¶ Item non vident̃ valere qñ altera pars in cuius preiudiciū. fit impetratio est in curia ⁊ non reperit̃ tp̄e impetrationis, de quo dicendum vt habetur in. c. cū olim. ĩ. de re iudi. per gl. ⁊ Jo. and. ⁊ per

5 Inn. ibidē. ⁊. s̃. eo. cū dilecta. ⁊ facit qđ dixi. s̃. e. ceterū. ¶ † No. ꝙ non valent litere impetrate per falsum procuratorem. Et no. ꝙ falsus dicitur etiam ille qui habuit mandatum: sed fuit reuo-

6 catum. de quo in gl. ⁊. C. de fur. in. l. falsus. ¶ † Nota ꝙ ratione suspicionis potest reuocari procurator etiam post litem contest. de quo in. l. post litem. cum seq. ff. de procura. ⁊ hic in gl. ⁊ in. c. ij.

7 ĩ. de procura. in. vj. ¶ † Nota ꝙ excōmunicatus potest cōstituere procuratorem ad se defendendū. facit. ĩ. de iudi. intelleximus. ⁊ de exceptio. c. cum inter. ¶ No. cautelam ꝙ quandoqȝ obijcitur exceptio contra iurisdictionem iudicis si videatur iudici illā non obstare feret interlocutoriam per quam pronuntiet procedendum esse ad vlteriora. facit quod notat Inno. in. c. j. de offi. deleg. in. vj. ¶ Et nota bene ꝙ videtur valere talis pronuntiatio etiā si obiecta fuerit exceptio per quā dicatur iudicem ipso iure non habere iurisdictionē vt hic patet. Et idem etiā voluit Lap. in. c. j. ĩ. eo. in. vj. vbi dicit ꝙ licet quando rescriptum est impetratum per excōmunicatum ꝙ tūc rescriptū sit ipso iure nullum vt ibi patet. tñ si de hoc fuerit reuocatū in dubiū an tempore impetrationis impetrans fuerit excōmunicatus ⁊ iudex non obstante dicta exceptione pronuntiauerit ꝓcedendū esse ad vlteriora: vel se esse iudicē cōpetentē tenebit pronuntiatio si nō fuerit appellatū. ⁊ consequenter tenebit processus qui fiet ꝑ ipsum iudicē qđ not. pro limitatione dicti. c. vbi aūt rescriptū non esset ipso iure

ipso iure nullū sed ope exceptionis tunc clarū q valet pronunciatio si pronuntiet esse procedendū ad vlteriora vt dictū fuit.s. eo.ceterū.¶†Not.q licet vna exceptio dilatoria fuerit repulsa nihilominus alia pōt proponi de quo.j.de except.pastoralis.z de re iudi.inter monasteriū.Et ex hoc no.q actus contradictorius sup dilatoria exceptione non hz vim contestationis ideo p̄cludit viā alteri dilatorie.secus videt̄ in actu contradictorio qui fit circa merita cause per id qd no.per gl.in.c.j.in ver.absentia.de elec.in.vj.de quo dicēdū vt ibi.Et tetigi etiā in.c.cū.M.super.j.gl.ā.ti.j.¶Not.q ps capituli retorquebat responsionē nobilis contra eū q2 reuocationē mandati quā primo nobilis allegauit pro se contra primas literas postea capitulū vltimo loco allegauit contra ipsum nobilē contra secūdas literas.Et sic no.secūdū Host.pro prouerbio vulgari q non est discretū colligere virgas cū quibus colligēs verberetur.facit qd habetur luce.xix.c.ibi de ore tuo te iudico serue neq.¶No.q ex facto qd quis impugnauit quo ad iuris effectū non quo ad substantiā facti pōt se iuuare etiā quo ad iuris effectū qn̄ causa inualidatiua primitus allegata non cōcludit ad actū de quo postea queritur.¶†No.q litere impetrate per coniunctā psonā sine mandato valent quod intellige si dn̄s ratū hz al's secus.q2 licet lex pmittat tales personas agere vel impetrare sine mandato non tamen eas facit pcuratores.l.iij.§.j.ff.iudi.solui.¶†No.ad hoc vt valeat reuocatio mandati procuratoris debet reuocatio transire in notitiā ipsius procuratoris.An aūt requiratur etiā q transeat in notitiam aduersarij vel iudicis tangit in summario.z etiam in gl.z in.c.ij.de procur.in.vj.vbi bona gl.z in cle.vnica.de renun. vbi etiā bona gl.z per Cy.in.l.mandatū.C.mandati.¶No.q plus est procuratorē esse reuocatū q a principio non habere mandatū.nā primus facit contra expressam prohibitionē dn̄i non secūdus.z magis apparet voluntas prohibentis q tacentis.j.de si.sicut tuis.z sic plus operat̄ priuatio q non habitus.¶†Not.q litere impetrate per procuratorē reuocatū non valent nec reuocāt precedētes.¶No.q quo ad nullitatem actus gesti quo ad p̄iudiciuz dn̄i reuocantis sufficit reuocationē transiuisse i notitiā procuratoris licet non transiuerit in notitiā aduersarij.Et hoc in actu extraiudiciali.In iudiciali aūt idem videt̄ quo ad preiudiciū dn̄i sed non quo ad preiudiciū aduersarij nisi reuocatio puenerit ad ipsum aduersariū vel iudicē.facit quod legi.z no.in.c.mandato.j.de procura.z in.l.vna.C.de satisdan.z in.c.ij.de procura.in.vj.Et not.q impetratio primarū literarū censetur facta in iudicio seu in actu iudiciali.secus in impetratione secundarū.qd qualiter intelligatur tangetur super gl.Nā pōt dici q secunde fuerūt impetrate lite non inchoata quāq alteri cōmissa:sed prime fuerunt impetrate pendente lite corā papa.¶In gl.ibi manifesta offensa supple.z sic sup notorio in quo non cadit cognitio iudicialis z ideo non erat proprie capitulū iudex in causa sua sz potius executor vt notat Inn.in.c.ex pte.el.j.j.de ver.sig.z Cy.in l.vnica.C.ne quis in sua causa.¶In gl.pter assensum partiū in fi.quasi velit gl.fm istū intellectū q clausula apposita in primis literis nō comprehendebat nec respiciebat literas posterius impetratas seu impetrandas sed fm primum intellectum bene cōprehendebat z potest etiā primus intellectus saluari quando litere fuissent impetrate de consensu partiū z sic valuissent nisi:q2 vna pars fuit procurator qui erat reuocatus.¶Et aduerte:q2 do.Card.flo.hic dicit q ex quo ista clausula est simplex refertur ad impetratas z impetrandas.ar.j.de priuile.quia circa.z dicit Ioā.an.q quando respicit impetrandas non valerent secunde impetrate per alteram partem tantum nisi fieret mentio de primis z de consensu adhibito in impetratione literarū z vltra hoc etiā de clausula apposita in ipsis primis literis.¶In gl.procurator ibi nisi domin9 ratū habeat.†Aduerte quia dicit hic Inno.q vbi quis agit procuratorio nomine domini domino sciente z tacente z non contradicente videtur tacite ratum habere.z sic fit sibi preiudicium[a].arg.l.sepe.ff.de re iudi.z.l.ij.C.de filijsfamilias.lib.x.z istud dictum Innoc.sepe allegatur pro singulari per legistas z canonistas.Sed contra ipsum facit:quia in materia onerosa tacens non habetur pro consentiente vt notat Inno.in.c.in Genesi.j.de elec.z glo.in regula q̄ tacet.de reg.iur.in.vj.z probatur in.l.filiusfamilias.§.inuitus.ff.de procura.z.l.inuitus.C.de procur.domi.Car.Flor.hic dicit q contraria procedunt in extraiudicialibus.secus in iudicio.Et sic intelligit dictum Inno.facit licet ille non alleget quod notatur in.l.vltima C.si tutor vel curator interuenerit dominus Anto.de butr.allegat Inno.tenere contrarium eius quod hic dicit in.c.quis.j.de re iudi.z Bar.in.l.sepe preallег.z Cy.in.l.si pecuniam.C.de nego.gest.z illud dicit esse verius saluo nisi coniuncta persona fuerit sic agens.ar.l.si seruus.ff.de donatione inter virum.Nam in ea facilius presumitur consumitur consensus vt ibi patet.z facit quod notatur per glo.z Barto.in.l.que dotis.ff.solu.matrimo.

et hoc etiam videtur velle Cyn.in.d.l.inuitus.z hoc modo possit saluari dictū Inno.hic et hec vera qn̄ cōstat q nō habebat mandatum.nam in dubio presumeret̄ habuisse mādatū:put voluit Innocen.in.c.cum in iure.j.de offi.deleg.z hoc etiam modo potest saluari dictum Innocen.hic positum.Potes etiam addere q etiam potest saluari quando habuit al's mandatum sed fuit reuocatum argu.eorum que habentur in.l.semper qui non prohibet.ff.de regu.iur.vel etiam quando haberet mandatum:sed excederet fines mandati vt probatur in.c.cum olim.j.de offi.dele.domini tamen de rota in sua conclusione.ccccxliij.al's est.cccclij.z.liij.videntur transire cum dicto Innocen.hic p quod ibi dicunt q si aliquis me presente z tacente tanq procurator meus appellet valebit appellatio sicut si mandatū habuisset per dictum.Innocen.hic z sic suspendetur executio sententie dicunt tamen qd tutius est qd expresse ratificetur factum procuratoris intellige infra tempus datum ad appellandū q2 postea non posset ratificari.l.j.ff.de appella.recipiendis.Et plus etiam ibi dicūt q idē videtur dicendū in eo qui est effectus dominus litis per contestationem si eo sciente z patiente alius tanq substitutus ab eo prosequatur litem.do.tamen Anto.de butr.hic dicit q in actu appellationis domini de rota possunt verum dicere quia illa tendit ad vtilitatem domini cum al's sententia trāsiret in rem iudicatam.ideo tunc tacens censetur ratum habere argu.l.qui patitur.ff.mandati.al's videtur sentire q dictum dominorum de rota debeat limitari prout limitaui.s.dictum Innocē.Et tangit etiā hic incidenter an idem dicendum sit in amico habente magnā amicitiam cum alio quod dicitur in coniuncta persona.Et licet Cy.dixerit qd sic in.l.inuitus tñ ipse tz oppositum:q2 non reperitur hoc iure cautū:sed solum reperit̄ permissum in coniunctione carnali qd possit p alio agere.Pro declaratione predictorum dicit tñ aduertendum qd quādoq3 quis agit in iudicio nomine proprio qui potest rem deducere in iudicium ad sui z mei preiudicium z tunc in his proprie hz locū dictio an sciam vel ignorem ipsum agere z de talibus proprie loquitur qd habetur in.l.sepe.palle.z in.c.pe.j.de re iudi.Qnq3 vero aliquis agit nomine proprio z est talis qui non potest ius meum deducere in iudiciū ad mei preiudicium.z tunc qnq3 non solum interuenit scientia mea sed etiam presentia prebendo officium voluntariū in lite eius.z tunc mihi fit preiudicium.l.pen.ff.de inoffi.testa.z.j.de transl.ex literis cum ibi no.secus si officium foret necessariū vt.j.de fi.instr.inter dilectos cū ibi no.Itē secus[a] si solū me sciente vel psente ageret q2 mihi non fieret preiudiciuz ex quo noie pprio agit.C.res inter alios acta.per totum.qnq3 vero qs agit in iudicio me sciente z patiente noie meo tāq procurator z tūc hz locū qd dicit Inn.hic z qd superius dixi.¶In glo.in verbo suspicione ibi acquieuit interlocutioni.quasi velit[b] gl.qd nobilis non appellauit ab illa interlocutoria lata ptra reuocationē per ipsum allegatā.z ideo p̄iudicauit sibi quo ad commissionē factam iudicibus.Et ex hoc potest colligi vnus intellectus in decre.vt tanget̄ super gl.sequenti.¶In ea.gl.ibi secus si extra iudiciū quasi velit glo.qd impetratio secundarū literarū censeat̄ facta extra iudiciū sed prima impetratio z cōmissio in iudicio prout etiā sensit glo.sequens z clarius hic Hoff.Et ex hoc etiā pōt colligi alius intellectus in decre.de quo dicet̄ super glo.sequenti.¶In gl.dicebāt ibi si qd veri.So.vt ibi no.q2 regulariter verū est qd illud qd quis approbat pro se tenet̄ cōtra se approbare vt in iuribus prio loco allegatis fallit fauore fidei cuius fauore possum allegare dicta paganorum z infidelium pro ipsa fide lz non teneamur illa recipere ptra eā.¶In ea.glo.ibi standum vr̄.Ex hoc posset colligi vna lec.de q̄ inferius dicā.¶In[b] ea.gl.ibi anteq reuocatio[b] puenerit.z est rō fm Inno.q2 tunc litere non vident̄ habere aliqd vitium.ex quo procurator ignorauit reuocationē tpe impetrationis.secus si sciuisset:q2 tunc vitiosa fuisset impetratio vt.s.eo.nōnulli.Ideo non posset tunc dn̄s ratificare tales literas per id qd dictū fuit in.d.c.nōnulli.¶In ea.gl.in fi.quasi velit gl.qd scda impetratio dicat̄ facta esse extra iudiciū.sed prima in iudicio.z istud sequit̄ Hoff.Io.and.z dn̄s Car.floren.Et si dicat̄ quare magis dicit̄ secunda extra iudiciū q prima.Dic fm do.Ant.de butr.qd ideo quia prima fuit impetrata lite pendente corā papa secunda fuit impetrata post commissionem factā iudicibus ante litem corā eis inchoatam.Ideo prima dicitur iudicialis.secunda extraiudicialis Innocē.tñ vt hic refert domi.Anto.de but.in.c.prudentiā.j.de offi.delega.videtur indistincte dicere q cōmissio dicatur esse actus iudicialis.Sed potest dici fm eū q illud verz quo ad cōmittentē qui cōmittendo dicitur vti sua iurisdictiōe facit qd notatur p Io.an.post Host.j.de offi.dele.c.licet.Et ex predictis habes vnā lect.in decretali quā sequit̄ Io.an.Hoff.z dn̄s Cardi.floren.Sed domi.Ant.de but.non videt̄ placere hec lec.nā dicit q imo secūda impetratio videt̄ dicēda iudicialis.ex quo facta fuit lite pendente

[a] ¶Sibi preiudiciū.d h̄ vide h̄ p.d.Fel.i.ij.col.vsi.Subdit iuxta hoc.

[b] ¶Reuocatio.de reuocatiōe pcuratoris q̄liter fiat.vide h̄ p.d.Fely.col.iij.reuocatio pcuratoris.

licet lis cōmissa fuerit iudicibus: quia illi sunt loco pape corā quo causa fuit inchoata. Item quia secundum eum nō videtur esse bona differētia inter iudicialia et extraiudicialia ex eo quia vtrobique ad preiudicium aduersarii expedit reuocationē sibi fieri notam. vt. l. si mandassem. ff. mandati. et. j. de procur. c. mandato. et secundum eū gl. fecerūt differentiā inter predicta habito respectu ad cōiter accidentia: quia in iudicio cōiter certus est aduersarius cui pōt intimari reuocatio: sed non sic semper est in extraiudicialibus. et hoc modo dicit gl. potuisse habere bonū intellectū propter predicta tamē dicit secūdū fuisse intellectū i decretali quod ideo reuocatio nō nocuit quo ad primā cōmissionē: quia super illa fuit lata interlocutoria a qua nō fuit appellatū. sed super secunda impetratione nulla interlocutoria fuit lata. ideo in illa habuit nocere reuocatio. Et hec lec. colligitur ex gl. precedenti. in ver. et ille nobilis. hec tamē lec. non videtur multū conformari litere que non fundat se sup interlocutoria nisi dicat illam interuenisse. ideo tertia fuit lectura quod reuocatio non tenuit ad preiudicium aduersarii: sed bene tenuit ad preiudiciū reuocantis: et ideo nocet quo ad secundā impetrationem et non quo ad primā. et hanc lec. etiā secutus fuit Phil. que est in se bona. ¶ Sed contra facit: quia videtur quod capitulū nō potuerit improbare reuocationē quo ad primas et approbare quo ad secūdas: quia id videtur cōtra regulā ex eo. de reg. iur. in. vj. ¶ †Pro

13 huius declaratione an quis possit se fundare ex eo quod improbauit potes cōcludere secundum do. Ant. de bu. quod interdū quis se fundat ex facto dubio quod etiā vt dubium impugnabit. et tunc potest: vt. s. e. in decretali capitulū. et ibi dixi post compost. Interdū quis se fundat ex facto certo. et tunc si illud impugnauit quo ad vnā personam et vult se fundare ex eo quo ad aliam personā et tunc potest per id quod dixi in preallleg. decretali capitulū secundum aliam solutionem. Interdū quis ex eo quod impugnat vult se fundare cum eadem persona. et in eodē articulo seu ex eodem articulo et tunc aut impugnat ius et factū: et sic factum et iuris effectum. aut non impugnat ipsum factum: sed solū iuris effectū vel solennitatem facti. secundo casu tunc si effectus et solennitas quem et quā impugnāt non extendit se ad inualiditatem eius super quo se fundat seu vult fundare et tunc potest se ex tali facto fundare vt hic est casus. nam hic capitulū non impugnabat reuocationē licet dicebat eam non intimatā sibi vel iudici: et sic impugnabat illam quo ad iuris effectū. et istud sufficiebat ad concludēdū intentum capituli vt litere prime valerent: sed sola reuocatio super qua capitulum se fundat quo ad secundas etiā non intimata aduersario sufficiebat ad annullitatem secundarum literarum ad preiudiciū reuocantis dummodo reuocatio fuisset intimata procuratori: et sic effectus et solennitas quā ipugnabat quo ad primas literas non infert quo ad secūdas. Ideo potuit quo ad secundas allegari reuocatio. et sic factū reuocationis quod non fuit ipugnatum. facit quod dixi in notabilibus. secus si concluderet etiam annullitatem vel inualiditatē alterius actus per id quod dixi in notabilibus. Primo casu quando impugnat factū et solennitatem facti. tūc procedit contrariū: quia non potest quis se fundare ex eo quod quis impugnat. quod potest intelligi verū in vno et eodem articulo secus in diuersis totaliter separatis. et ita pōt etiā intelligi iste tex. Et per hec sit expedita hec tertia lectura. ¶ Quarta fuit lectura quod reuocatio noceat si probetur tamen quia non probatur nisi per confessionē nobilis talis confessio facit contra se sed non pro se per in quod legitur et notatur. j. de confes. c. fi. et ideo nocet confessio. et statur ei ad preiudiciū nobilis quo ad secundam cōmissionem. et ista fuit opinio Composto. quam sensit gl. s. in ver. cui confessioni standum videtur. Sed aduerte quia contra istam lec. facit. nam videtur quod confessionem quam recipit capitulum pro se quo ad literas debeat recipere etiam contra se argumento. l. in causis. ff. de procur. et. j. de censi. c. cū olim. propter quod do. Cardi. floren. hic non tenet istā lec. sed tamen primam. Sed do. Ant. de but. tenendo istā dicit quod contrariū procedit quā confessio respicit eundē articulū vel connexum. hic autem respiciebat diuersos articulos quia diuersas literas. Et hinc sumpta occasione tangit hic an quis possit confessionē aduersarii pro parte approbare et pro parte reprobare. et in effectu ponit dicta Barto. in. l. aurelius. §. idem quesiit. ff. de libera. lega. et de materia etiam per Cyn. in. l. ij. C. de dona. ante nup. et in. l. j. C. de confes. et per do. Cardi. floren. in. c. bone. el. ij. j. de postulā. Et subdit etiā do. Anto. de butr. quando est vnū factum. Et ex eo infertur ad plura vt erat hic quia confitebatur procuratorem reuocatum ipse nobi is: et tunc quo ad diuersa potuit capitulum approbare confessionē illā. et sic quo ad secundas literas impugnandas: et improbare quo ad primas vt etiā superius tetigi. Et propter predicta etiā tangit an excipiens dicatur fateri. nam videtur quod nō vt. j. de reg. iur. c. exceptionē. li. vj. et. j. de excep. c. cum venerabilis. et sic videtur quod hac de causa ista quarta lec. non procedat propter hoc vt dixi tractat hic an excipiens aliquo modo dicatur confiteri. de quo per Bart. in. l. non vtique. ff. de excep. cuius dicta do. Ant. de bu. hic ponit et nititur reprobare. sed ista materia proprie non cadit hic: sed potius in. d. c. cū venerabilis. ¶ Potes tū dicere vt hic dicit do. Ant. de but. quod quāque exceptio ex sono verborum habet tacite inclusam intentionē partis aduerse. et tunc procedit regula quod excipiens non fatetur. vnde si contra petentem a me. x. ex causa mutui excipio de pacto non petendi nō video me per hoc fateri mihi fuisse mutuatū. Interdū vero in exceptione ponitur expresse factū quod quis confitetur extrinsecus vt quia excipiēs dicit fateor quod mutuasti: sed fecisti pactum de non petendo et tūc potest dici quod excipiēs bene fatetur. facit quod habetur. j. de transac. in. c. preterea. vnde potest dici quo ad casum decretalis quod iste nobilis excipiebat nō debere procedit per primas literas: quia dicebat: et sic confitebatur primas fuisse impetratas per procuratorem reuocatum seu quam reuocauerunt. et ideo nimirum si hoc casu satis potest dici ipsum confiteri seu confessum fuisse re-

14 uocationem. ¶ †Item aduertendum: quia in iudicialibus verum est quod debet certificari aduersarius de reuocatione quando facta fuit sibi fides de mandato al's non est necesse vt est gl. valde notabilis in. c. ij. de procur. li. vj. que limitat in effectu illud quod communiter dicitur videlicet quod in iudicio semper debeat aduersarius certificari de reuocatione mādati procuratoris iuxta no. in. c. mandato. j. de procur. et per legistas in. l. vna. C. de satisdādo. Nā illud procedit quādo aduersarius fuit certificatus de mādato al's secus vt voluit gl. preallle. ¶ An aūt in extraiudicialibus sit necesse reuocationem deuenire ad notitiā aduersarii Inn. hic videtur velle quod non sit necesse specifice deuenire: tamen secundum eū sufficit et est necesse quod publice dicta reuocatio fiat per. l. sed si pupilli. §. proscribere. ff. de instito. sed certe potest dici quod illud est verum quando agitur de reuocatione procuratoris vniuersalis prout sunt institores. et sicut sunt isti factores qui deputantur per mercatores in certis locis. et de istis loquitur. §. proscribere. Si autem erat procurator specialis: tunc conclude quod aut habebat mandatum ad faciendum actum cum certa persona puta ad emendam rem aliquam a certa persona et tunc si fuit certificata talis persona de mandato debet similiter certificari de reuocatione al's nō nocebit sibi si postea contrahat. l. si mandassem. ff. mandati.

¶ Si autem non esset certificata de mandato tunc videtur quod nō sit necesse illam certificari de reuocatione per glo. in dicto. c. ij. de procur. in. vj. quia si in iudicialibus in dicto casu non est necesse multominus in extraiudicialibus. Et not. quod in iudicialibus eo casu quo aduersarius fuit certificatus de mandato videtur sufficere quod reuocatio perueniat ad eum vel ad iudicem. vt est casus in. d. l. vna. C. de satisdan. Sed in iudicio extraiudiciali debet venire ad ipsum aduersarium qui fuerat certificatus de mandato. Si autem mandatum fuit simplex puta ad emendum rē aliquā vel vendendum nec exprimitur persona cum qua ipse procurator habeat contrahere et tunc secundum Mar. fil. et per Cy. in. l. mādatum. C. mandati. et Jo. an. hic sufficit reuocationem intimari procuratori ex quo nō apparet certus aduersarius cui possit intimare et imputet sibi contrahens cum tali. i. si incaute contraxit. et nō inquisiuit an haberet mandatum. et si haberet an esset reuocatū nec fecerit sibi per cautionem aliquam prouideri. nā potuit cogitare hoc posse deuenire videlicet illum fore reuocatum. ar. l. si quis donum. §. j. ff. locati. habebit tamen remedium contra talem procuratorem seu asserentem se procuratorem cum non esset vel esset reuocatur secundum no. per ea que habentur in. l. ij. quod cum falso tuto. auto. et in. l. si procuratori falso. ff. de conditio. ob cau. et. l. si procurator. ff. de condi. indebi. Aduerte tamen quod videtur posse dici quod hoc casu deberet publice intimari reuocatio per id quod hic dicit Innoc. et per id quod habetur in dicto. §. proscribere. communiter tamen tenetur opinio precedens. et predicta procedunt quando queritur an reuocatio valeat quo ad preiudicium aduersarii. Quantum autem ad obligationem inter dominum et procuratorem ne dominus obligetur ex facto procuratoris sufficit quod reuocatio deueniat ad notitiam procuratoris per id quod habetur in. l. mandassem. ff. mandati. et insti. mandati. §. item. et in. d. l. mādatum. An autem aliquo casu reuocatio habeat effectum etiam si procurator ignorauerit reuocationem. dic quod regulariter non habet effectū per id quod hic dicitur. fallit in matrimonio: vt in. c. fin. de procur. in. vj. Item fallit quando est actus qui non potest sortiri effectum circa cōsensum domini sicut est trāslatio dominii. vt in. l. si potest. ff. de manumis. vin. et in. l. si quis prohibuerit. ff. de publiciana. et facit quod notat gl. institu. de actionibus. in. §. alie. et quod habetur per gl. in cle. vna. de renun. videtur tamen hoc fallere in casu dicte cle. per rationem ibi positā in tex. de quo dicendum vt ibi. vnde si procurator habet mandatū ad vendendum rem domini et tradendum et transferendū dominiū in emptorem tunc si dominus reuocat mandatū et non intimat procuratori reuocationem si procurator vendidit et tradidit non transferetur

transferetur dominiũ qđ sine consensu dñi non potest transferri tñ tenebit contractus venditionis ad preiudiciũ dñi: quia procurator poterat vendere nomine dñi etiã sine eius consensu.l.rem alienam.ff.de contrahẽ.emp.ideo ex quo habuit mandatũ licet fuerit reuocatũ ex quo ignorauit reuocationem tenuit venditio ad preiudiciũ domini vt.d.l.si quis prohibuerit.ꝛ ideo ille emptor cui facta fuit traditio poterit se tueri exceptione.ꝛ etiã si cadat a possessione habebit publicianã etiã contra dñm.hoc casu: vt est casus in.d.l.si quis prohibuerit.ꝛ not.glo.in dicto.§.alie

15 ¶ †Et per predicta patere potest ratio.c.fi.de procur.li.vj.vbi patet qđ non valet matrimoniũ contractũ per procuratorem si procurator fuit reuocatus anteꝙ̃ contraheret lꝫ ipse hoc ignorauerit.[a] qꝛ vel illud est ratio qꝛ in matrimonio contrahendo requiritur consensus vtriusqꝫ partis vt ibi sonat litera qui non interuenit in dicto casu vel illud contingit propter grauitatẽ preiudicij ꝛ de materia palle.cle.vna.de renuntia.ꝛ p Cy.in.d l.mandatum.C.manda.ꝛ p hoc sit expedita materia huius gl.ad quã sepe fit remissio.ꝛ quã clarius ꝛ latius habes ꝙ̃ hic posuerit.d.Ant.de but.Et etiã latius habes in gl.mandato.ibi contra receptionem literarũ.Sed certe prout dicit Jo.an.lꝫ cõstet ꝙ dederit mandatũ alicui ad impetrandũ ꝛ ꝙ receperat literas ab illo procuratore non sequitur necessario ꝙ pcurator illas impetrauerat: qꝛ possibile est qđ tertius impetrauit ꝛ dedit procuratori ꝛ postea procurator dedit dño.ꝛ potest etiã esse ꝙ tertius impetrasset ꝛ dedisset dño q illas dedisset pcuratori vt eas sibi postea daret.Saluando glos. potes dicere ꝙ hoc non est verisimile: ꝛ ꝙ cõmuniter hoc non contingit.imo potius oppositũ ideo sufficit ꝙ probatio concludat ſm cõmuniter accidẽtia per id qđ legitur ꝛ notatur in.l.neqꝫ natales.C.de procura.Et pro glo.facit qꝛ pbatis extremis media videnť presumenda.facit qđ no.glo.in.c.volumus.xvj.q.iij.ꝛ qđ notatur Bar.in.l.celsus.ff.de vsuca.ꝛ qđ notatur etiã in.c.cũ ad sedẽ.ĵ.de resti.spo.Poterit etiã ꝛ aliter fieri pbatio.vt.ĵ.tangit gl.in ver.tñ satis credo.Et aduerte quia glo.hic vult ꝙ dñs qui vtitur literis debet probare illas fuisse impetratas per habentẽ speciale mandatũ tam in cã principali ꝙ̃ in causa appellationis vt pꝫ ex glo.hic in ver.ꝛ hoc credo.Tu potes cõcludere ꝙ aut in rescripto dicitur significauit nobis talis ꝛ exprimitur ipse dñs.Et tunc cũ sint verba assertiua pape eis est standum ꝛ probant impetrationem factam per dominum per clemen.literis.de proba.Et de priuile.si papa in.vj. Aut dicitur in rescripto conquestus est talis procurator talis ꝛ tunc etiam videtur ꝙ satis per rescriptũ probetur impetrationẽ factã per procuratorem: quia sunt verba narratiua pape ex quibus fundatur eius intentio: quia alś verisimiliter non concessisset rescriptũ.vt.§.eo.nonnulli.Jdeo probant p dictã clemẽ.literis.Aut dicitur in rescripto supplicatũ est nobis pro parte talis.ꝛ isto casu vr̃ quod dñs qui vtiť literis debeat probare illas fuisse impetratas per procuratorẽ habentem speciale mandatũ.probauit ergo per modũ quem dicit glo.ꝛ hec videntur vera.de iure tamen de stilo curie non admittiť hec exceptio quãdo dñs vtiť literis iam impetratis vt hic dicit glo.circa finẽ.ꝛ.§.e.nõnulli.ꝛ ibi etiã fuit dictũ qui stilus pro iure est seruandus.ĵ.de cri.fal.c.ꝙ̃ graui.ꝛ pro hoc vr̃ ꝙ opi.Jnnocẽ.quã.ĵ.tangit glo.pe.vcꝫ ꝙ reus debeat probare ꝙ litere non sunt impetrate per procuratorem qđ probare posset probando per cõfessionẽ aduersarij.ĵ.de confes.c.j.in.vj.vel probãdo ꝙ procurator fuisset reuocatus non vr̃ bona per tex.in.d.c.nonnulli.vbi datur regula ꝙ non valent litere nisi sint impetrate per coniunctã personam.Jdeo cũ tale ius sit contra dominũ ipse est cui onus probandi incumbit contra exceptionẽ per id qđ notat glos.in cle.vlti.de rescriptis. Et quia quilibet dꝫ probare id qđ est causa sue intentionis.l.ij.ff.de proba.¶ Jn ea.glos.ibi satis credo ꝙ posset.ꝛ hoc tene qꝛ ex quo habet generale mandatũ cũ libera potest etiam attentare ea que requirunt speciale mandatũ vt probatur expresse in.c.qui generaliter.ad fi.de procura.lib.vj.quãuis do.Ant.de but.videtur tenere contrarium sed non bene per ea que habentur in d.c.qui generaliter.ꝛ p hoc etiã vr̃ ꝙ si in mandato sint specificati aliqui casus qui requirant speciale mandatũ cum clausula generali posita subiecta ꝙ tale mandatũ sufficiat etiã ad impetrandum lꝫ do.Ant.de but.hic aliter dixerit ꝛ.§.eo.nonnulli.ꝛ quãuis ibi transiuerint cum dicto do.Ant.de but.tñ verius esse vr̃ contrariũ per id qđ hic dixit glo.inquantũ dixit ꝙ sufficit ꝙ qs habeat mandatum generale cũ libera cum qua glo.cõmuniter transeunt doc.ꝛ sic eadẽ ratione sufficere debet quando datũ est mandatũ specificatis aliquibus requirentibus speciale mandatum cum clausula generali.

16 ¶ †Quid autẽ de illo qui hꝫ mandatũ generale cũ clausula ratihabitionis vel cũ clausula ꝙ possit facere idẽ quod dominus tangitur in.c.contingit interdũ.ĵ.de transac.ꝛ in.c.j.ĵ.de procura.ꝛ in.l.si procuratorẽ.ff.de procura.ꝛ in.l.j.ff.de procuratore cesaris.cũ ibi notatis per Bar.ꝛ in dictis locis videtur notari ꝙ per dictas formas nõ possit attentare: quia requiretur speciale mandatũ vt etiam aperte notauit Bar.in.d.l.j.ff.de officio pcura.cesaris.¶ Jn gl.de illis ibi cõtraria voluntas supple que satis dicit apparere si alicui sit specialiter mandatũ id pro quo vult agere cõiuncta persona.l.maritus.C.de procura.¶ Jn gl.pe.ibi debet hoc probare.nam illud est causa intentionis ipsius capituli: qꝛ alś non sufficit reuocationẽ procuratoris esse factã nisi fuerit intimata pcuratori vt hic & ideo capitulũ dꝫ hoc probare p id qđ dixi.§.sup gl.in ver. sine spãli.¶ Jn gl.fi.ibi: ad agẽdũ ꝛ sic ad lites.¶ Jn ea.gl.ibi ꝛ ad negotia.ꝛ sic ad negotiũ expediẽdũ extra iudicium.¶ Jn ea.gl.ibi: ꝛ consueuit dici adde ꝙ lꝫ non dicať in mãdato ad impetrandũ ꝙ habeat potestatẽ alium substituendi tñ substituere

17 poterit per id qđ.§.dixit gl.Et adde ꝙ †vbi quis habet mandatũ ad substituendũ tunc si substituit non poterit reuocare substitutũ qui susceperit mandatũ nisi fuisset sibi data potestas substituendi ꝛ etiã reuocandi substitutũ.ĵ.de procu.statutũ.in.vj.Et adde etiã ꝙ dari potest potestas substituendi aliũ etiam non ex

18 pressum.ĵ.de procu.c.j.ij.respõso.li.vj.Jtẽ adde ꝙ †licet procurator ad negotia possit aliũ substituere tamẽ pcurator datus ad agẽdũ regulariter nõ potest dare aliũ pcuratorẽ seu substituere. fallit si ad hoc haberet mandatũ a domino vel si esset datus pcurator ad rẽ suã vel si lis esset contestata.ĵ.de procur.c.fi.lib.vj.

1 ¶ Nominis identitas inducit ambiguitatem ideo rescriptum impetratum contra hominem alicuius diocesis non extenditur ad hominem eiusdem nominis alterius diocesis.

2 Appellari potest a pronuntiatione per quam iudex pronuntiat tacite vel expresse se esse iudicem.

3 Dictio ꝛc.quid importet quando scribitur abbreuiate.

4 Error si fuerit in alio ꝙ̃ in nomine diocesis: puta in nomine proprio rei seu conuenti: si tamen aliter constet de corpore valet rescriptum.

5 Scholares studentes parisius vocantur scholares parisienses.

Significante.v. Per rescriptũ impetratũ contra hominem certe dioce.homo etiã eiusdẽ nominis alterius dioce.conueniri non potest.h.d.ꝛ in prima appellantis narratio.Jn secũda appellationis cõmissio.scda ibi: ideoqꝫ.

1 ¶ †Nota ꝙ idẽtitas eiusdẽ nominis inducit ambiguitatem facit.l.duo sunt titij.ff.de testamẽ.tutela.¶ Nota ꝙ eoipso quod non admittitur legitima exceptio dicitur quis grauari.facit.ĵ.de appella.dilecta.¶ Nota ꝙ per processum ad vlteriora videtur iudex tacite reijcere exceptionem.facit.ĵ.de appella.c.ex par

2 te.ꝛ.¶ †Nota ꝙ a pronuntiatione per quã iudex pronuntiat tacite vel expresse se iudicem potest appellari.ꝛ hoc est clarum de iure canonico cum etiam idem videtur dicendũ de iure ciuili: vt est gl.que reputatur singularis in auť.habita.C.ne filius pro patre.facit quod not.Barto.in.l.ij.ꝛ fin.ff.de appella.recipiendis.

3 ¶ †No.de ista dictione ꝛc.que si scribitur abbreuiate cõprehendit virtualiter ea que sunt de natura subiecte materie.Et sic facit pro scripturis tabellionum abbreuiatis in quibus dicitur promittentes ꝛc.renuntiantes ꝛc.de quo per Bart.in.l.gallus.§.j.ff.de libe.ꝛ posth.¶ Quid autem comprehendatur hic sub ista dictione Hostiẽ.dixit ꝙ comprehenditur id quod habetur.ĵ.de iudi.in.c.exhibita.lꝫ certe vt hic dicit boatinus illud verũ quando cõmissio tenuit ꝛ qđ per illam poterit conueniri reus corã primis iudicibus si non grauassent.nam tunc reuocato in irritum a grauante pcedũt iudices appellationis in negotio principali.sed si iudices principalis cause non poterant de causa cognoscere: quia non valebat rescriptum vel quia non extendebatur contra illam personam contra quã agebatur: vel ad illã causam de qua agebatur.ꝛ propter hoc fuerat appellatũ tunc pronuntiato qđ fuerat bene appellatũ vlterius nõ procedeť.sic nec debent procedere iudices principalis cause.ꝛ sic vtroqꝫ casu faciet iudex appellationis qđ facere debebat iudex cause principalis.ꝛ ideo cũ hic iudex principalis cause non deberet procedere videť qđ hic post verbũ ꝛc.debet intelligi quicquid post appellationẽ fuerit attentatũ vel absoluatis ꝯuentũ ab instantia: ꝛ condẽnetis ei aduersariũ in expensis.ꝛ tene menti qꝛ codẽ mõ intelligi dꝫ decisa.c.sequentis.cũ eadẽ sit ratio in illa.¶ Jn glo.j.in fi.quasi velit dicere gl.hic.ꝛ.§.in ver.sed ista non prosunt qđ decretalis super literis tunc habet locũ quando opponitur non valere rescriptũ: sed hic non opponebatur rescriptum non valere sed excipiebatur se per illud non posse conueniri: quia non includebatur in rescripto.ꝛ ideo cautus esse dꝫ ipse cõuentus in forma excipiendi in casu huius.c.vt non excipiat rescriptum non valere sed se p illud non posse conueniri.¶ Sed aduerte qꝛ text.iste procedit qñ non constat de corpore ex circũstãtijs sicut erat hic qꝛ indeterminate facta erat mentio de Guilhelmo secus ſm Jnnocẽ.si constaret de corpore ex circunstantijs.vt qꝛ dictũ fuisset

[a] ¶ Matrimoniũ ꝯtũ p pcuratorẽ reuocatũ nõ tꝫ licet ipse pcurator reuocationem ignorauerit & hoc hic p Fel. co.iiij.ver.d.c. vbi ponit sex ampliationes valde notabiles.

contra Galielmū Martini decretorū doctoris dioce. remēn. ⁊ nullus esset talis in dioceſi remenſi. ſed in dioce. leodienſi. ⁊ ſi ex errore dictū fuiſſet de dioceſi remenſi: qꝛ tunc bene poſſet conueniri per reſcriptū. qꝛ talis error non noceret ex quo conſtaret de corpore ꝑ iura allegata in principio glo. ⁊ inſti. de lega. §. ſi quis in noīe. ⁊ bene facit qđ notat Jo. an. ī. de cenſi. venerabili. ad fi. in ver. intentionē ante gl. ⁊ hoc tenuit Inn. hic ſed alij tenuerūt contrariū vꝫ Pe. ⁊ Abb. ⁊ Vin. ſed Jo. an. dicit tenēdā opin. Inn. ſm iſta iura ſm que ponderabatur locus tractus ⁊ non locus cōmiſſionis vt dictū fuit. s. e. nonnulli. ⁊ c. ſequēti. ſed hodie conſideratur locus cōmiſſionis vt. ī. de reſcriptis ſtatutū. §. cum vero. ⁊ §. in nullo. li. vj. Et ſic videreꝛ tenenda ſcđa opi. quia hodie non tranſirent litere expreſſa falſa dioceſi: que tranſirent expreſſa vera. Sed certe etiā hodie pōt procedere dictū Inno. Nā aduertendū ꝙ ſi iudex datus eſt talis qui expreſſe dioceſi remēſi fuiſſet datus: ſed non fuiſſet datus expreſſe dioceſi leodienſi vt quia locus cōmiſſionis nō diſtaſſet a dioceſi remenſ. vltra duas dietas vel hodie vltra vnam: ſed a dioceſi leodiē. ſic tunc non valerent litere. ⁊ hoc caſu procedat ſecunda opi. ſecus ſi talis eēt iudex datus qui fuiſſet vtroqꝫ caſu datus puta quia forte equaliter diſtabat ab vtraqꝫ dioceſi. nam tunc etiā hodie procederet opi. Inno. ⁊ per predicta ēt patet ꝙ † ſi ſit error in alio ꝙ̄ in nomine dioce. forte in nomine proprio rei ſeu conuenti. ſi tamē aliter ex circunſtantijs conſtat de corpore tenebit reſcriptum. ⁊ hoc etiā tenent domini de rota in cōcluſione. cxix. al's eſt. cxxxij. ⁊ facit etiam quod notat Jo. an. in prealleg. c. venerabili. in verſ. intentionē. ī. de cenſi. ¶ Quid aūt ſi actor ignorat dioceſim. rei. dicunt quidā ꝙ ſufficit exprimere caſtrum vel villā vel domicilium ipſius rei. nam tunc valebit reſcriptum etiam pretermiſſa dioceſi allegant. lxiij. diſtin. noſce. ſed certe vt dicit Jo. and. hoc non videtur ſufficiens conſiliū per illam decretalem ſtatutum de reſcriptis. in. vj. vbi ponderatur dioceſis. ⁊ ideo videtur ꝙ ſit imputandū impetranti ſi diligenter non inueſtigauit de dioceſi. ⁊ ita tenuit hic Joan. and. do. tamen Anto. de butr. videtur velle ꝙ ſufficeret ſi aliter poſſet conſtare de dioceſi quod ſatis videꝛ procedere ſi ex circunſtantijs expreſſatis in reſcripto id poſſet apparere. ¶ Ultimo querit hic Joā. and. quid ſi papa mandat ꝓuideri in dioceſi bononienſi. ⁊ ille. b. ſit paduanus ſtudēs bononie an valeat reſcriptū. videtur ꝙ † ſic quia papa ſcholares ſtudentes Pariſius vocat ſcholares Pariſienſes. ī. de procur. quia in cauſis. Item qꝛ dictio Bononienſis quatenus reſpicit illud nomen. b. eſt falſa. ſed prout reſpicit illud nomē ſcholaris eſt vera. Ideo in dubio vr̄ ꝙ interpretatio fieri debeat, vt res potius valeat ꝙ̄ pereat. ī. de verb. ſig. abbate. contrariū tenuit hic Compoſt. ꝑ hanc decre. ⁊ qꝛ magis cōgruit de negotio qđ agitur vꝫ de iſto beneficiādo ꝙ papa voluerit per illud verbū bononiēſis potius nominari locū originis ꝙ̄ ſtudij. nā in beneficiando aliquē non quæriꝛ vbi ſtudet. ſed de quo loco ſit qꝛ ibi beneficiatur congruentius. lxj. di. in. c. nullus. ⁊ facit qđ notaꝛ ꝑ gl. ī. e. ſi proponente in vltima glo. ⁊ hanc opi. ſequitur Jo. an. quando non mandatur prouideri in dioceſi Bononienſi. ſecus ſi mandaretur prouideri extra dioce. Bononienſem. puta in Mediolanēſi. Nam tunc poſſunt procedere rationes primo loco facte ⁊ ceſſarent rationes ſecundo loco facte. ⁊ ſic tunc procederet prima ꝑs quod tene menti.

1 ☞ Dioceſis appellatione non venit ciuitas nec appellatione ciuitatenſis continetur dioceſanus.

2 Juriſdictio delegata poteſt prorogari de re ad rem: ſed non de perſona ad perſonam.

a ¶ Sup hoc. c. vide. d. Fel. oībus alijs pretermiſſis q hic multa ſcribit ad hoc. c. pertinentia vꝫ qd ſit ciuitas qd dioce. comitatus territoriū diſtrict⁹ ⁊ alia multa.

presentant electio est capituli eligere quē vult. Et dicit Jo.cald. ꝙ cū non sit intentio pape grauare ecclesiam pro duobus: altera illarum erat inualida ex quo in neutra gratia erat aliqua clausula: ⁊ sic cum non constaret que esset illa que esset inualida ꝑpter paritatem date propter ratione incertitudinis de mero iure debuisset vtraqꝫ vitiari. arg. l. duo sunt titij. ff. de testamen. tutela. Tamen ex equitate autor illius capi. elegit viam de qua ibi vt illa solum excludatur. de qua ibi dicitur. ¶ Et ex predictis potest inferri ad questionem quam tangit hic do. Anto. de bu. videlicet quid iuris si stante prima gratia pro vno facta in certa ecclesia demū fiet secūda proprio motu pape in eadē ecclesia per quā conferatur alteri beneficium in eadem ecclesia an valebit tunc secunda gratia. videtur qꝺ sic. quia non potest dici surreptitia ex quo facta est proprio motu pape. de preben. si motu proprio. lib. vj. In contrarium facit quod dicta gratia secūda videtur inualidari ratione grauaminis ex defectu intentionis pape cuius nō est intentio in dubio grauare ecclesiam de duobus vt hic patet. ⁊ licet motus proprius tollat surreptionem: non tamen tollit defectum intentionis. prout no. per Jo. an. in dicto. c. si motu proprio. Et hanc partem tenet hic finaliter Joā. cal. de iure licet dicat ꝙ forte curia non admitteret hunc articulum. tamē hec pars etiam placet do. Anto. de but. per rationem preallega. nec obst. si dicatur ꝙ isto casu teneret collatio ordinarij de beneficio collato per papam si illud non fuisset effectum: ⁊ sic fortius debet valere collatio pape. quia responderi potest quod si ordinarius conferat non fit preiudicium alteri. ideo tenet collatio: sed quando papa confert per eius collationem preiudicatur potestati ordinarij: ⁊ ideo cum in dubio non videatur esse intētionis pape grauare eundem collatorem vel eandem ecclesiam pro duobus. ideo videtur ꝙ dicta gratia secūda: licet sit facta motu proprio ꝑpter defectum intentionis non debet sortiri effectum. Et ad predicta facit qꝺ no. Archidia. in. c. postꝙ de preben. in. vj. ibi tamen proprie loquitur in alio casu videlicet quando quis expectabat preben. autoritate literarum pape. ⁊ postea proprio motu eam confert alteri non facta mentione de literis primi quo casu dicendū est vt ibi notatur per Joan. an. ¶ 8 †Ulterius queri potest quid si plures concurrunt ad vnam prebendam ⁊ petunt se admitti. Inno. finaliter dicit se non credere ꝙ locum habeat. c. cum contingat. s. eo. nisi quando vtriqꝫ executores mandant vel sunt parati mandare contraria. facit quod ibi dictum fuit. Joā. an. hic dicit ꝙ quando diuersi impetrantes petunt idem beneficiū prouisores facta sibi copia rescriptorū consulunt peritiores. ⁊ parent habenti ius. ⁊ si sit dubium quis eorum habeat ius permittunt eos ligare: nec se immiscent liti: sed parent mandatis vtrorūqꝫ cum protestationibꝰ. ¶ 9 †Item potest queri eo casu quo plures concurrunt an vnus possit excipere de iure tertij. Compost. hic tangit ⁊ finaliter cōcludit quod licitum est opponere de iure tertij quando per exceptionem infertur agenti nullum ius competere. ⁊ sic quando ex toto est exclusorium iuris agentis. alias secus. de quo per Cy. in. l. cum seruū. C. de seruis fugi. ⁊ aliquid secundi ibi per Bal. ⁊ plenius per Barto. in. l. ij. ff. de excep. rei iudica. ¶ Ultimo potest queri quem modum tenent impetrantes agentes ad prebendam. Inn. in. c. dudum. el. ij. ꝭ. de electio. dicit ꝙ hoc casu sufficiet porrigere rescriptum de quolibet libello. arg. c. preterea. de libel. obla. ⁊ quia nihil potest impetrans petere nisi id quod continetur in rescripto: nec ex alia causa. cōtradictio autem sufficiet pro responsione. Dicit tamen Inno. ibi quod securius est libellum dari. Roffre. in libel. iuris canonici in rubri. an plures prebende possint peti. dicit libellum esse necessarium. sed prima opinio est verior ſm domi. Cardi. flo. quia ſm eum rescriptum habetur loco libelli quod dicit esse diligenter notandum. Hodie tamen vt ipse dicit constat ꝙ libellus non est necessarius in causa beneficiali. vt patet in clemen. ij. de iudi. iuncta clemen. sepe. de verbo. signifi. ¶ Tu potes dicere ꝙ in causis ordinarijs non sufficiat porrigere rescriptum loco libelli si libellus petatur quia aliud est libellus aliud est rescriptum. vt patet ex diuersitate titulorū ⁊ rubricarū. facit quod habetur in. l. si idem. C. de testa. Et idem videtur dicendum si libellus non fuerit petitus. Quia tunc sufficiat qualis qualis petitio ſm ea que notantur per glo. in dicta clemen. sepe. In causis autē summarijs in quibus de necessitate non requiritur libellus. satis videtur ꝙ sufficiat porrigere rescriptū loco libelli seu petitionis. ⁊ sic intelligatꝛ. d. Inno. in d. c. dudū. Quedā aūt alia tetigit hic Cōpo. q̄ vt dicit. d. Ant. de bu. sunt studio camere relinquenda. ⁊ illa sequitꝛ Jo. an. post gl.

1 Litere monitorie si sub vno papa dentur ⁊ preceptorie siue executorie ab alio ecclesia censetur grauata.

Literis apostolicis. Ecclesia in qua primus papa dedit monitorias. secūdus preceptorias vel executorias per primū non per secūdum censetꝛ fore grauata. h. d. Et primo mādatū exequi iubet. scꝺo exceptionē tollit. tertio exprimit causam. scꝺa ibi nō obstāte. tertia ibi cū factum. ¶ No. primo ponderandū esse initiū. de quo in. c. dudū. el. ij. ꝭ. de elec. ¶ 1 †Nota ꝙ licet quis habuerit literas monitorias ab vno papa ⁊ executorias ab alio: nō dicitꝛ ecclesia grauata per dātem executorias: sed per dantē literas monitorias qui principiabat illam gratiam. Aduerte tamē qꝛ dicetur receptus autoritate dātis executorias: qꝛ illarū autoritate est receptus. vt no. Jo. an. in regu. qui prior. in mercu. in solu. questionis. ꝭ. de regu. iur. in. vj. ¶ In gl. j. in fi. dic ꝙ per literas predictas non queritꝛ ius in re: quia illud queritꝛ per collationē. ꝭ. de conces. preben. c. fi. lib. vj. et sic debet intelligi glo. sed bene queritꝛ ius ad rem qꝛ potest implorari officiū iudicis: vt beneficiū sibi conferatꝛ tanꝙ sibi debitū vt etiā satis voluit hic glo. ⁊ facit quod habetur in. d. c. fi. fateor tamen ꝙ non semper queritur ius ad rem affectiuum beneficij licet interdum tale ius acquiratur vt quando in literis est apposita clausula decreti vel interuenit aliud simile habens afficere beneficium: qꝺ quādo sit plene habetꝛ in tex. ⁊ glo. in. c. si soli. de conces. preben. in. vj. ¶ In glo. ij. ibi successor tenetur adimplere supple saltē de honestate. vt dicit Jo. and. in reg. qui prior. in solu. questionis. de regu. iur. Nam de necessitate non videtur ꝙ teneretur adimplere qꝛ expirauerat gratia re integra morte mādantis. vt ꝭ. de offi. deleg. si super gratia. lib. vj. ⁊ ſm hoc nota diligenter ꝙ etiā potest dici quis obligatus ratiōe honestatis. facit quod habetur in simili in. l. quintus mutius. ff. mādati. ⁊ in. l. pecunie fortem. ff. de alimē. lega. si autem res non fuisset integra vt quia citatio interuenisset: vel quia factū esset preceptū virtute literarum emanatarū a predecessore qui forte etiā dedisset executorias: sed nō fuissent executioni tradite ante mortem: tūc clarū esset ꝙ successor teneretꝛ mandatū predecessoris adimplere ⁊ sic non posset intelligi hic. Sed primū dictū magis litere cōformatꝛ. ¶ Aliqui tñ dixerunt ꝙ gratia re integra nō expirat ipso iure morte cōcedentis: sed ope exceptionis qꝺ nō videtꝛ verū per no. in. d. c. si super gratia. ⁊. ꝭ. de testi. cū venissent. ¶ In ea. glo. ibi si ad mandatū pape. male dixit glo. ſm Jo. an. nam debuit dicere si ad mandatum nostrū. Aliud est enī dicere si ad mandatū pape: aliud si ad mandatū nostrū quia primo casu videtur dignitas cōtemplata in secūda persona. ꝭ. de rescrip. si gratiose. in. vj. ideo in secūdo casu nō in primo ꝓcederet dictū glo. ¶ In ea. gl. ibi sit factum de speciali mandato. ⁊ ita patet hodie in. c. hi qui. ꝭ. de preben. in. vj. ¶ In ea. glo. ibi sed de generali. nam ex officio legationis generali si est legatus de latere potest conferre beneficia. ꝭ. de offic. legati. c. j. in. vj.

1 Tempus date an tempus presentationis qꝺ attēdi debeat.
2 Per rescriptum directum ad diocesanū an possit vel debeat conferri ecclesia spectans ad collationem abbatis.
3 Executor literarum apostolicarum an habeat potestatem super ecclesijs in quibus abbas habet ius patronatus.
4 Mandatum istud facias prouideri in aliqua ecclesiarū tue diocesis an includat monasteriū exemptum vel ecclesiam monasterij exempti.

Abbatem qui. Diocesanus cui scribitur vt i diocesi sua vbi pro alio rescriptū nō est prouideat vel faciat prouideri nō potest illud exequi circa beneficiū spectās ad collationē abbatis iam ꝑ alio grauati. h. d. Et nō recipit cōmodā diuisionē qꝛ vnico constructo clauditur. ¶ No. primo ꝙ intētionis pape nō est grauare eundem collatorem etiā pro diuersis beneficijs ad collationē eiusdē spectātibus: ⁊ sic idētitas grauaminis cōsideratꝛ respectu ꝑsone eiusdē collationis: nō aūt simplr respectu idētitatis eiusdē ecclesie vel būficiorū eiusdē ecclesie. ⁊ per hoc declaratꝛ. c. mādatū. s. eo. ¶ No. ꝙ interdū executor datꝛ ad ꝓuidēdū. interdū ad faciēdū ꝓuideri. ⁊ iste scꝺs dr executor compulsorius q nō habet potestatē ꝓuidendi etiā rōne negligētie vel cōtumacie: sꝫ solū cōpellendi nisi aliud fuerit dictū i rescripto. de quo in decretal: si capitulo. ij. c. si soli. de cōces. preben. in. vj. ⁊ aliquid etiā tangitꝛ hic in gl. penul. ¶ 1 †In gl. j. ibi mādatum representant: sed certe hoc nō est verū: qꝛ nō debet attendi tēpus presentationis sed tēpus date. vt probatur in. c. tibi qui. ꝭ. eo. in. vj. ⁊ dictum fuit in decretali. capitulū sancte. s. eo. si tamen secundus in data presentaret ⁊ fieret sibi prouisio per ordinariū collatorꝛ. qui ſm formā literarum poterat compelli: videtur ꝙ non teneat prouisio nisi in literis primi esset decretum vel nisi esset affectum beneficiū pro primo. vt in dicto. c. tibi qui. de quo plene in. c. si soli. de conces. preben. in. vj. ¶ In ea. glo. ibi videntur idem dicere. videlicet ꝙ nō est intentionis pape grauare eandē ecclesiam vel eundē pro duobus. ¶ In ea. glo. in fine supple quia in. c. mādatum. grauamen respiciebat beneficia eiusdem ecclesie. in. c. in literis: grauamen fuit originatum per vnum papam ⁊ completum per alium. sed in hoc. c. grauamen respiciebat diuersas ecclesias

Tempus date an spectetꝛ, vel tēpus presentationis.

z eundem collatorē. facit qd dixi in notabilibus. ¶ In gl. pe. ibi nisi hoc specialiter exprimatur: z similiter videtur q non veniat in literis beneficiū positū in ecclesia cathedrali. j. de prebē. quāuis. el. j. ij. responso. li. vj. ¶ In ea. gl. in fi. z de materia etiā in decre. si capitulo. z in decreta. si soli. de cōces. prebē. in. vj. ¶ † Extra gl. potest opponi q per rescriptū directū ad diocesanū potuerit z debuerit conferri ecclesia spectans ad collationem abbatis. Nā ex quo abbas habebat plures ecclesias sub se lz fuerit ad vnā grauatus videtur q in alia per mandatū generale factū episcopo in aliqua ecclesiarū sue diocesis faciat prouideri potuerit z debuerit prouideri in alia ecclesia spectāte ad collationē abbatis cum illa nō fuerit grauatus. vt. s. eo. mandatū. Sol. dic q ista fuit ratio dubitandi: sed ratio decidendi fuit qz nō est intētionis pape grauare eundem collatorem pro pluribus beneficijs etiā in diuersis ecclesijs. vt hic colligitur z dixi in notabilibus. Unde potes cōcludere q quādo plura beneficia sunt in eadē ecclesia spectantia ad collationē eiusdem. z hoc casu planū est quia secūdus impetrans in tali ecclesia excluditur per. c. mandatū. s. eo. Quādoqz vero plura beneficia sunt in diuersis ecclesijs: spectant tñ ad collationem eiusdem collatoris. z tunc isto casu si semel fuerit grauatus collator in vno beneficio litere postea impetrate sine clausula aliqua per quas grauaretur idem collator etiā in alio beneficio z in alia ecclesia nō debent sortiri effectū vt hic colligitur. z hoc dicit Jo. an. post Hosti. procedere siue beneficia spectent ad mensam abbatis siue ad eius collationē. z sic etiā residet do. Anto. de bu. Sed certe beneficia de mēsa nō pprie dicuntur vacare. vt voluit glo. in cle. frequens. in glo. no. Inno. de exces. prela. z ideo non videntur cadere sub literis. sed quatenus dicit de spectantibus ad collationem eiusdem bene dicit z facit quod habetur in c. presenti. de offi. leg. in. vj. ¶ Idem dicebat Hosti. si abbas habuisset plures ecclesias sub se z in aliquibus haberet ius conferēdi z in aliquibus ius patronatus seu presentandi: vel in omnibus ius presentandi. nam secundū eum si semel est grauatus in vna nō valebunt litere secunde per quas grauetur in alio per istum tex. z per id quod habetur in. c. dilectus. j. de offi. deleg. Compo. tamē hic tenuit contrariū quo ad ecclesias in quibus habet nudum ius patronatus qz nō dicitur fm eum quo ad illas grauari ex quo nō habet ius conferendi. ¶ † An aūt executor habeat potestatē super ecclesijs in quibus habet abbas ius patronatus dicit Compo. cōsiderandum esse formā literarū. Nam si dictum sit facias prouideri nō veniunt dicte ecclesie: qz per talem formā non potest compellere nisi illos qui ex suo iure possent conferre vel puidere. Sed si executor haberet formā vt prouideret in aliqua ecclesiarū talis diocesis: tunc bene poterit puideri in ecclesia in qua monasteriū habet nudum ius patronatus. z cū hoc dicto etiā transit do. Ant. de bu. ¶ † Ulterius queritur an in hoc mādato facias puideri in aliqua ecclesiarū tue diocesis includatur etiā monasteriū exemptū vel ecclesia monasterij exēpti. Uincen. dicit q nō per. c. graue. j. de offi. ordi. secus dicit si ecclesie nō essent exempte lz monasteriū esset exemptū. j. de priui. ex ore. Cōpo. hic tenuit cōtrariū dicēs q. c. graue. pcedit quādo papa scribit excitando officiū ordinarij. quia tūc non extendit mandatū vltra limites potestatis ordinarie. secus si scribat episcopo vt alteri collatori super prouisione facienda. qz tunc non videt quare nō comprehendantur ecclesie exempte. z hoc etiam sequitur hic Jo. an. z facit quod no. per glo. in cle. frequens. in versi. preterea. de exces. prela. z quod notatur etiam per Archid. in. c. si propter tua de rescriptis. in. vj. nam ibi etiā in effectu videtur idem velle Archid. videlicet q comprehendantur in mandato ecclesie exēpte quando mandatur prouideri in aliqua ecclesiarum talis diocesis: quia ecclesie lz sint exempte sunt tamen in dioceśi licet secūdum aliquos non sint de dioceśi. dicit tamē hic Abbas q secus esset si papa mandaret episcopo vt prouideret in aliqua ecclesiarum sibi subiectarum. vt voluit glo. in dicta cle. frequens. in verbo preterea. z tene menti istum dictū cum quo transit do. Anto. de bu. q beneficia seu beneficia exempta seu ecclesie exempte sunt de dioceśi licet non sint in dioceśi. Tamen dicta differentia non bene probatur de iure. vnde videtur q possit dici in dioceśi z de dioceśi. sed non de iurisditione diocesis. facit quod notauit gl. in dicta cle. frequens Joan. de lig. vt hic refert do. Cardi. flo. dicit Pau. de liaza. dixisse q si dicatur in aliqua ecclesiarū de Bononieñ. dioceśi non veniant ecclesie exempte. secus si dicatur in aliqua ecclesiarū Bononieñ. dioceśi. nihil allegat Pau. pro dicta differentia. sed forte vt dicit do. Cardi. florē. fuit motus quia ista verba meum z tuum videntur notare dominiū. l. ij. §. in locum. ff. de religio. z. j. de verb. signi. c. sicut. in. vj. hec tamen opinio nō est vera per dictum. c. graue. vbi illa verba in tua dioceśi verificātur de ecclesijs exemptis. z ideo opinio Pau. videtur esse contra illum textum. z sic non est bona fm do. Cardi. florenti. ¶ Ulterius potest queri an indifferenter iste Abbas debuerit excusari in casu decretalis. dic q non: sed demum si mandatum quod recipit ipse Abbas fuit executus: vel si non fuit executus nō facit resistentiam saltem perseuerando vsqz ad cōclusionem. al's secus quia tunc non defenderetur per id quod habetur in. c. cum olim j. de conces. preben. fm Pe. qui etiam dicit q si abbas redemisset literas per annuam pensionem illud excusaret Abbatem. per id quod habetur. s. eo. ad audientiam. el. ij. Et nota q litere impetrate per episcopum ideo dicuntur generales: quia respiciebāt totam diocesim. litere vero directe ad Abbatem solum respiciebāt ecclesias ad monasterium pertinentes. Non autem dicūtur litere directe ad episcopum generales eo quia haberet impetrās beneficium acceptandi. de quo in clemen. vna. de conces. prebend. ¶ Iuxta predicta potest queri qd si Abbas primo recepit mādatum episcopi factum autoritate literarum directarū ad episcopum: postea recipit mandatum pape quod dirigebatur ad ipsum mandatum quod erat prius in data quid erit tunc fiendum. dicit Hostien. q secūdo rescriptum receptum preiudicabit primo recepto cum illud sit generale z secūdum receptum sit speciale. per id quod habetur. s. c. j. z quod etiam hic dicit gl. ij. nec obstat. j. de officio delega. ex parte primo. quia ibi vtrūqz rescriptum respiciebat idem beneficiū. z ideo non potest ibi vtrūqz valere. hic aūt rescripta respiciebant diuersa beneficia: ideo vtrūqz rescriptum potest in suo casu habere vires. facit quod habetur. j. de ver. signi. olim. Quid aūt si abbas iam prouidisset ad mandatum epi anteqz reciperet mandatū pape sibi directū an mutabitur qd factum erit. videtur qd non per id quod habetur. j. de reg. iu. factum legitime. lib. vj. z de resti. spolia. audita. z de filijs presby. c. ex tue. Sed cōtra hoc facit. quia si papa sciuisset vel memor fuisset q pro alio scripsisset cum Abbatem ipsum excepisset in generali mandato dato episcopo. propter hoc dicit Hosti. papam cōsulendum qui mandabit primo vel secundo per episcopum prouidere: ne videatur frustratorie impetrasse. Sed domi. Anto. de bu. hic dicit q prouisio facta per Abbatem in casu predicto dicetur nulla quia nō includebatur in literis episcopi ipse Abbas prout patuit presentatis literis directis ad ipsum abbatē. z ideo videtur q talis prouisio fuerit nulla: z hec opinio videtur de iure vera tamen ad cautelam posset saluari dictum Hostien. vt consulatur papa.

In mandato facias puideri in aliqua ecclesia tue diocesis, an includatur monasterium exemptum.

1 ☞ Excōmunicatus potest impetrare rescriptum in causa excōmunicationis z etiam in causa appellationis.
2 Excommunicatio etiam iniusta ligat.
3 Clausula eadem regulata ad diuersos diuersimode intelligitur.
4 Corrigere se melius est q expectare ab alio corrigi.
5 Ignorantia in facto proprio nō est tolerabilis secus in alieno.
6 Sententia censure nō redditur nulla ipso iure ex defectu monitionis seu citationis vel solennitatis requisite a iure positiuo.
7 Absolutionem petens an videatur fateri se ligatum.
8 Sententia censure iniusta non transit in rem iudicatam.
9 Causa nō est cōmittenda per viam cognitionis ei qui semel grauauit potest tamen sibi cōmitti ad hoc vt reuocet grauamen si quod intulit. z nu. 11.
10 Surrogatū nō semp assumit naturā ei' in cuius locū surrogatur.
12 Excommunicatio quādo non est notorie iniusta de forma solēni absolutionis sit prestatio iuramenti.
13 Excōmunicator cui directū est rescriptum vt absoluat excōmunicatum si contra cōsilium eum excōmunicauit debet habere terminum infra quem absoluat.
14 Et an executores qui eo non parente dati sunt vt absoluant an possint absoluere ante terminum.
15 Absoluere an possit excommunicator post lapsum temporis.
16 Ignorantia an excuset z quando.
17 Absolui non debet excōicatus nisi petat absolutionem. Excommunicatus an possit absolui.
18 Inuito conferri non debet beneficium.
19 Sñia excōicationis etiā iniusta ligat z etiam quelibet sñia dūtamen non sit nulla licet sit lata contra ius litigatoris.
20 Sñia excōicationis qñqz redditur nulla ex defectu persone patientis puta quia est extra ecclesiam z est hereticus.
21 Heretici sunt capaces excōmunicationis z licet sint excommunicati a iure possunt tamen excommunicari ab homine.
22 Monitio an ad validitatē excōmunicationis precedere debeat: ita q sententia valeat si iudex dicat excommunico te monitione non premissa quia illa non requiritur.
23 Sententia lata expresso errore iuris in sñia est ipso iure nulla.
24 In sentētia qñ exprimitur vna causa tantum que reperitur falsa an possit iuuari sententia ex alia causa non expressa.
25 Sentētia in qua inseritur causa debet proferri cum dictione maxime vel q iudex nullam causam apponat.
26 Sententie censure non transeunt in rem iudicatam z quare.
27 Sñie que nō trāseunt in rē iudicatā qualiter possunt retractari.

Appellatio

28 Appellatio postq̄ est presentata superiori an possint partes appellationi renuntiare si ambe consentiant.

A B excōmunicato.

Per rescriptū directū excōicatori q̄d excōicatum absoluat: si cōtra conciliū excōmunicauit eundem non datur ei cognitio. hoc dicit. ꝛ non recipit cōmodā diuisionē. ¶ † No. primo ex isto tex. q̄ excōicatus potest impetrare rescriptum in causa excōmunicationis. similiter etiā potest impetrare in causa appellationis. a ṡ. eo. c. j. in. vj. Et procedit hoc siue dicat excōmunicationē iniustā siue nullam. quia vtroq; casu valet impetratio cū impetretur super excōicatione. facit. ṡ. de sen. excō. per tuas. An autem excommunicatus possit impetrare super nullitate alterius sententie fuerunt opi. de quibus per Jo. an. in. d. c. j. in nouel. ꝛ hic per domi. Car. flo. qui cōcludit q̄ non cum non reperiatur hoc in iure per missum. ¶ Et ex predictis no. q̄ in casibus in quibus excōmunicatus potest esse in iudicio in illis potest impetrare. facit quod habetur in dicto. c. j. ¶ † Not. q̄ excōmunicatio etiam iniusta ligat. vt hic patet quod dicit Jo. cal. verum siue sit iniusta ex ordine vel ex causa. vt quia lata cōtra conciliū generale. vt hic patet siue sit iniusta ex animo. xj. q. iij. c. j. §. si ergo. ꝛ facit quod habetur ṡ. de offi. dele. cū cōtingat. Nec obstat si dicatur q̄ excōicatio seu sententia excōmunicationis lata cōtra cōciliū dʒ dici nulla tanq̄ lata contra ius scriptum. vt. ṡ. de re iudi. c. j. quia responderi pōt vt hic tangit do. Car. flo. q̄ non per hoc dicitur lata contra ius scriptum quia concilium de quo in. c. sacro. ṡ. de sen. excō. non ponit formā substantialē. facit quod notatur per glo. ij. q. j. in summa. ꝛ xj. q. iij. in summa. ¶ Item ibi pcedit vltra imponēdo penam contrafacienti. ꝛ sic videtur innuere q̄ contra factum tenet scdm ea que notantur per Barto. in. l. non dubium. C. de iudi. ꝛ in. l. pretor. ff. de oper. no. nun. Et facit q̄d notatur per do. Cardi. flo. in. c. fina. ṡ. tit. ij. ¶ † Nota q̄ eadem clausula regulata ad diuersos diuersimode intelligitur. Nam clausula si est ita de qua in litera relata ad excōmunicatorem sonat monitionem. sed relata ad delegatos sonat cognitionem. facit quod notatur in. c. cū dilectus. in glo. que incipit hic sumitur. ꝛ de electio. cap. auditis. in glo. que incipit de facto. ꝛ contingit hoc pp̄ter disparitatē rationis. secus quando esset identitas rationis: quia tunc vniformiter intelligentur. l. nam hoc iure. ff. de vulga. ꝛ pupil. ¶ Nota argumentum q̄ executor cui cōmittitur examinatio promouendi non tenetur examinare sibi notū. facit quod habetur. ṡ. de appella. c. cōstitutis. el. ij. ¶ † Nota q̄ honor potius est se corrigere q̄ ab alio corrigi. facit q̄d habet̄. xxxv. q. xj. c. q̄d quis. ꝛ c. veniā. ꝛ. ṡ. de elec. nosti. ¶ Et ex hoc no. q̄ melius est se corrige q̄ expectare ab alio corrigi. facit quod habetur. ṡ. de accusatio. qualiter j. ꝛ in auf. de nuptijs. in prin. colla. iiij. ¶ Nota q̄ quādoq; quis excōicatur contra statuta concilij generalis. dicitur autem excōicatus contra statuta cōcilij generalis quādo est excōicatus monitione nō premissa vel sine causa. ṡ. de sen. excō. sacro. ¶ † Nota q̄ in facto pp̄rio nō est tolerabilis ignorantia: sed in alieno sic ꝛ ad hoc sepe allegatur. de quo in glo. ꝛ facit. l. fi. ff. pro suo. ꝛ quod habetur in. l. j. q̄. ff. ad velleianū. ¶ Nota q̄ deferri dicitur excōmunicatori quādo ad eum remittitur excōmunicatus quē male excōicauerit. ꝛ que sit ratio patet ex superius dictis. ¶ † Not. q̄ sententia censure non redditur nulla ipso iure ex defectu monitionis seu citationis vel solēnitatis requisite a iure positiuo. Nec ob. q̄d habet̄ in. c. statuimus. de sen. excō. in. vj. q2 ibi est speciale in casu illo: sic etiā in quibusdā alijs. de quibus per glo. in. c. presenti. de sen. excō. lib. vj. ꝛ in cle. j. de sen. excō. al's regulariter sententia censure nō redditur nulla ex defectu solēnitatum quāuis posset esse iniusta. xj. q. iij. c. j. ꝛ nota. ibi per glo. summe. ꝛ ij. q. j. in summa. ꝛ est ratio vt tangit hic do. Anto. de bu. quia tales sententie cēsure ꝛ vinculum earū plus subijciunt spiritui q̄ extrinsece ꝛ actuali solēnitati: ꝛ quia talia vincula inferuntur autoritate dei qui nō est iuri positiuo subiectus ꝛ ideo regulariter talis sententia censure ex defectu solēnitatis nō redditur nulla. fallit qn̄ lata esset post appellationem legitimā. vel quando in ea esset expressus error intollerabilis. ṡ. de sen. excō. per tuas. fallit etiam in casibus notatis in. d. c. presenti. ꝛ in. d. cle. j. Do. tamē Anto. de bu. hic multū prolixe prosequitur. an sententia censure aliquo casu reddatur nulla ex defectu persone proferētis sniam. ¶ Scdo an aliquo casu reddat̄ nulla ex defectu persone cōtra quā fert̄. ¶ Tertio an reddatur nulla aliquo casu ex defectu ordinis vel forme date a iure: ꝛ sic respectu defectu solēnitatis. ¶ Itē quarto an reddatur aliquo casu nulla ex defectu cause ipsius sententie ꝛ p̄dicta satis plixe psequit̄. sed pro modo sufficit conclusio q̄ regulariter nō reddat̄ nulla nisi in casibus de quibus superius dixi. ¶ † No. q̄ petens se absolui videt̄ fateri se ligatū. q̄d intelligere verū qn̄ simpliciter petit se absolui. secus si peteret se absolui ad cautelā: quia tunc non videtur fateri se ligatū. facit quod no. per glo. ꝛ doc. in. c. per venerabilē. ṡ. de elec. ꝛ. ṡ. de sen. excō. a nobis. ꝛ. c. exhibita. de homici. ¶ Nota duplicē speciem literarū ad lites quia quedā sunt que tribuūt iurisditionē. quedā simplicem notionē. de primis habetur per totū hunc titulum. de secūda specie habetur hic. ¶ † Not. q̄ sententia censure iniusta nō transit in rem iudicatā: ꝛ est relaxāda sine difficultate. Et ex hoc nota conclusionē libelli in causa reuocationis talis sentētie que debet peti vt sine difficultate relaxet̄. ¶ Not. q̄ quādoq; datur executor ordinario in defectū implementi iurisditionis: ꝛ sic patet q̄ sicut est dare executorē gratie cōtra ordinariū collatorem. Ita est dare executorē iustitie seu iurisditionis. ¶ Not. q̄ iudex delegatus appellatur executor. facit. ṡ. de fo. cōpe. si quis cōtra clericū. ꝛ q̄d no. glo. in. c. pastoralis. §. q2 vero. ṡ. de offi. deleg. ¶ † No. q̄ licet ei qui semel grauauit causa nō sit cōmittēda per viā cognitionis ṡ. de app. c. interposita. pōt tn̄ sibi cōmitti ad hoc vt reuocet grauamen. si q̄d intuli ꝛ taliter q̄ per hoc nulla sibi cognitio tribuatur. ¶ † No. q̄ surrogatus c nō semper assumit naturā eius in cuius locū surrogatur q̄d contingit quādo respectu eius de quo agit̄ non subest eadē ratio. al's esset secus. l. si eum. §. si qui iniuriarū. ff. si quis cautioni. ꝛ. ṡ. vt lite pen. in. c. ecclesia. ¶ In gl. ij. ibi suspectus etiā supple. ꝛ sic videtur q̄ non debeat se intromittere. iij. q. v. c. quia suspecti. ꝛ. ṡ. de offi. dele. suspicionis. ¶ † Sed potes dicere q̄ ad eū fit remissio nō vt cognoscat: sed vt grauamen reuocet quod facere potest. ṡ. de appel. cum cessante. ꝛ sic non obstat q̄d habet̄. ṡ. de appel. c. interposita. §. j. ¶ Item etiā nō pōt dici suspectus quo ad predictū effectum cum nihil habeat cognoscere: sed solum vt executor grauamen reuocaret. facit. ṡ. de app. nouit. ꝛ per hoc patet responsio ad contrarium glo. fm do. Anto. de but. glo. tamen etiā nititur respondere in versi. ad hoc dicas. sed non sic formaliter tollit contrariū. ¶ In eadem glo. ibi licet in hoc deferatur eidem: ꝛ hec est vera opinio: videlicet q̄ fit remissio ad excōmunicatorē vt deferatur ei in conseruando ipsius honorem: non autem in eius opprobrium. ꝛ hoc etiā voluit glo. ṡ. in ver. sed potius. ꝛ hoc procedit quādo remissio fit ex voluntate: sed si fiat de necessitate tunc nedum fit vt deferatur ipsi excōicatori. sed etiā fit propter defectū iurisditionis ꝛ ne turbetur alterius iurisditio. xj. q. j. c. peruenit. quādo autem fieri debeat remissio ex necessitate vel ex volūtate gl. inferius tangit in versi. ꝛ hoc in ordinario. secus in delegato. ¶ Sed tu potes concludere vt hic tangit do. Anto. de but. q̄ si superior qui aditur super reuocatione excōmunicationis est iudex competens super dicta reuocatione. tunc remissio fit ex voluntate: si vero nō esset iudex competens tunc remissio fieret ex necessitate. ¶ Quando autem dicatur esse iudex competens super dicta reuocatione. conclude q̄ aut aditur superior per viam appellationis. ꝛ tunc ille est iudex competens. vt. ṡ. de sen. excō. per tuas. ꝛ. ṡ. de offic. ordi. ad reprimendam. cum ibi nota. Aut aditur superior per viam querele: ꝛ tunc si est talis superior qui per simplicem querelam a quocūq; possit adiri vt est papa. ij. q. vj. c. ad romanam. vel etiam legatus infra suam legationem. ṡ. de offi. leg. c. j. tunc ille dicetur iudex cōpetens. Idem si adeatur episcopus per viam querele super excōmunicatione lata per inferiorem ordinarium sibi subiectum. fm not. ṡ. de offi. ordi. c. pastoralis. ꝛ. c. cum ab ecclesiarum. Si vero sit talis superior qui per viam querele non potest regulariter adiri vt est metropolitanus. ṡ. de offi. ordi. pastoralis. ꝛ tūc si suffraganeus excōmunicauit subditum suū procedens ex suo officio ꝛ subditus adit archiepiscopū seu metropolitanum: ꝛ cōqueritur se iniuste esse excōmunicatum a suo episcopo: ꝛ tunc q2 querela dicitur fieri contra ipsum episcopum suffraganeum ipse metropolitanus seu archiepiscopus est iudex. vt patet ex his q̄ notantur in. d. c. pastoralis. ꝛ probatur. ṡ. de sentē. excō. c. venerabilibus. lib. vj. ¶ Si vero episcopus excōicauit nō ex officio sed ad instantiā partis. ꝛ sic est questio inter subditos ipsius episcopi tūc quia regulariter archiepiscopus non est iudex per viam querele inter subditos suffraganei si fuerit aditus super reuocatione excommunicationis tenetur remittere excōmunicatum ad ipsum suffraganeum excōmunicatorem nisi forte excommunicatio esset notorie iniusta. per id quod habetur in. c. solicitudinem. ṡ. de appel. ꝛ facit quod notatur in. c. per tuas. ṡ. de sentē. excōmu. vel nisi esset negligens excommunicator in absoluendo petentem se absolui. nam isto casu ꝛ precedenti archiepiscopus posset absoluere: ꝛ sic esset iudex competens per ea que notantur in dicto. c. pastoralis. ꝛ que habētur in dicto. c. solicitudinem. ꝛ hec procedūt in ordinario excōmunicante. Si vero fuerit delegatus cōclude q̄ siue adeatur delegatus per viam querele siue per viam appellationis poterit absoluere ipse delegans. ꝛ sic necessario non tenetur remittere quia posset totam iurisditionem aduocare. ff. de iudicijs. l. iudicium soluitur. ergo multo fortius partem iurisditionis potest ad se aduocare. argu. ṡ. de regu. iuris. c. cui licet. lib. vj. ꝛ ideo si delegatus remittit ex volūtate dicitur remittere. Et

a ¶ In cā appellatiōis. ad de etiā non facta mentione de excōicatiōe abb. sic. in. c. significauerūt. vlti. col. de excep. ꝛ lʒ phi. in c. bone. versi. xj. de ap. ꝛ spe. de actore. ver. ꝛ q̄ est excōicatus ꝛ rescript. puta. §. v. ver. ad primum.

Excōicat9 remittit̄ ad excōicatorem vt absoluat̄ vbi facit lōgū tractatū de hoc.

b ¶ Snia cēsure an snia excōicatiōis reddat̄ nulla ex defectu monitionis seu citationis vide ēt hic per Abb. sic. i. j. col. vers. opp. ꝯtra tex.

c ¶ Qd surrogatū. vide. C. d rei vxor. act. vbi per scribētes.

idem dicas si adeatur delegās primus querela infusa cōtra suū delegatū delegati. quia potest absoluere et etiā voluntarie remittere ad delegatū vel subdelegatū. ¶ Quid aūt si cōmittat tertio vt cognoscat de excōicatione subdelegati. dic q si ex certa scientia hoc facit valebit cōmissio. secus si ignoranter: quia si sciuisset cōmisisset forte delegato: et ideo poterit excipi et appellari si talis tertius velit se intromittere. facit quod habetur. j. de offi. leg. super questionum. vnde si absoluat post absolutionē parte contra dicente nō valebit absolutio. Si autem absolueret partē nondū appellantē. tunc quia de mero iure tenet cōmissio. s. e. c. ceterum. tenebit et absolutio quāuis post illā appelletur fm Inno. quia absolutio a sententia censure nō suspenditur per appellationem sequentē sicut nec suspenditur excōicatio per appellationē illam sequentē. j. de appel. preterea. imo multo minus quia fauorabiliores sunt absolutiones q condēnationes. l. arriani. ff. de actio. et obli. et quia absolutio ab excōicatione debet esse eiusdē nature cuius est ipsa excōicatio fm Inno. qui etiā idem dicit. j. de senten. excō. sacro. circa fi. ¶ Et nota bene hoc dictū q absolutio ab excōmunicatione est eiusdem nature cuius est ipsa excōmunicatio et ideo non supēditur per appellationē sequentem sicut nec ipsa absolutio: et ideo de nouo nō poterit excōmunicari nisi premissa monitione canonica et interueniente noua cōtumacia. ij. q. j. c. nemo. et xi. q. iij. c. ceterum. ¶ In ea. glo. ibi remittitur ad excōmunicatorē supple de necessitate quod intellige fm ea que superius dixi. ¶ In ea. glo. ibi facere gratiā supple quā facere potest cum nō remittatur ad eundē iudicē a quo appellauit vt ipsum iudicet: sed vt reuocet grauamen: et sic restituet eū in pristinū statum. facit quod no. glo. ij. q. j. in. c. notum. ¶ In ea. glos. ibi: tunc non remittitur ad delegatū supple de necessitate sed volūtarie possit remitti. vt plene dixi superius. ¶ In ea. glo. ibi non appellauit. idem fm do. Anto. de bu. si appellat si non recusat ipsum iudicem et probat causam grauaminis. et nō sit connexum grauamē negotio principali. secus si esset connexum: quia tūc ex vi appellationis impediretur cognoscere. j. de appel. c. super eo. ¶ In e. glo. ibi vel excōicatus minori. secus si esset excommunicatus maiori excōicatione vel suspensus maiori suspensione quia tunc nō posset aliū absoluere. j. ti. j. c. cum dilectus. ¶ In ea. glo. ibi non absoluet illum supple si vult absolui sine difficultate sed si vellet absolui prestādo debitā cautionē bene deberet absolui per ea q habentur in. c. per tuas. j. de sen. excō. ¶ In gl. in ver. difficultate. in fi pe. vero dicebat q imo prestabitur iuramentum[a] quia illud est de forma substātiali excōicationis. j. de sen. excō. c. cū desideres. Sed certe ibi loquūtur quādo excōicatio non est notorie iniusta. hic vero quādo notorie iniusta quia lata contra statuta cōcilij generalis: ideo hoc casu indubitāter videtur tenendā esse glo. per hunc tex. licet tenentes oppositū dicant q hic loquitur de difficultate more vel exactionis alicuius temporalis. j. de simo. ad aures. ¶ †Et attende q licet quādo excōicatio nō est notorie iniusta de forma solēni absolutionis sit prestatio iuramenti. tamē videt q etiā si tunc fiat absolutio nō prestito iuramento teneat absolutio. et ista est cōmunis opinio modernorū. pro qua facit illud quod dixi. s. post Inn. et quod ipse etiā no. j. de sentē. excō. sacro. quia si excōmunicatio sine ordine iuris lata tenet multo fortius debet tenere absolutio que est fauorabilior. argu. l. arrianus. ff. de actio. et obliga. ¶ †In glo. in ver. exequātur ibi qui assignatū. potes intelligere per superiorē et tunc illū non possunt mutare delegati. Posses etiam intelligere q fuit assignatus per ipsos delegatos qui videntur potuisse ipsum terminū assignare. j. de offi. deleg. in. c. suspicionis. dicit tamen do. Cardi. floren. q tunc posset illū reuocare sicut possent aliam suā interlocutoriam reuocare. j. de appella. cum cessante. Dicit tamen q aliquem terminum debet habere excōmunicator infra quē habeat absoluere vt sic possit cōstare de ipsius negligentia. ¶ †In ea. glo. in fi. Dic fm Compo. q etiam ante terminū possunt absoluere si excōmunicator cōmittit eis vices suas vel dicit nolo absoluere. sed volo q vos absoluatis. Nam tunc etiam satis videtur cōmittere vices suas. per id quod habetur in. l. ij. ff. mandati. Si autem simpliciter consentiat q ipsi absoluant. tunc Inno. hic dicit q non potuerunt absoluere ante terminum etiam si interueniat cōsensus partium. facit quod habetur. j. de offi. deleg. significantibus. et quod notatur in. c. prudentiam. ver. ceterum. in gloss. que incipit: quia isti. et in. c. qui plures. in vlti. glo. de offic. deleg. in. vj. Sed Hostien. tenuit contrarium ex eo quia remissio et terminus fuerūt facta in fauorē excōicatoris. et ideo videt q possit tali termino renuntiare. cum licitū sit sui fauore renūtiare. vt. j. de re. in c. cū ad apostolicā. et. c. statuimus. Jo. cal. hic videtur tenere opi. Inn. ex eo quia secundum eum terminus videtur esse appositus in odium excōmunicatoris cum per eius lapsum priuetur potestate absoluendi. Sed certe vt hic dicit do. Anto. de but. licet lapsus termini sit in odium excommunicatoris tamen pendentia termini est in fauorē ipsius: vt sic donec pendeat terminus possit absoluere. et ideo videtur q tali pendentie possit renuntiari. et sic videtur q si consensit ante lapsum termini quod absoluatur q teneat absolutio predictorū delegatorū. prout voluit Hostiē. ¶ Quid autem si non consentiat: sed simpliciter dicit: nolo absoluere vel non absoluat: an poterunt tunc ante lapsum termini legatum absoluere. Inno. et Compos. referunt opi. Nam quidā dicunt q non poterunt absoluere ante lapsum termini quia totus terminus cedit excōmunicanti ad absoluendū nec executores ante lapsum ipsius videntur habere iurisditionem. Alij vero tenuerunt oppositum ex eo quia in incertis non certis locus est coniecturis. vt. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. et ideo ex eo quo dicit se non velle absoluere non videtur ratio quare expectatur finis termini. facit. l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adulterijs. et in. c. potuit. j. de loca. et in. c. cum ab eo. de appel. li. vj. Et in hac parte resident Inno. et Compost. do. Anto. de but. hic videtur concordare opinio. quia si dicit nolo absoluere nec vnquā absoluam. tunc procedat secūda opinio. de qua. s. secus si dicat nolo absoluere: quia tunc licet nolit poterit esse quod postea volet cum ambulatoria sit voluntas. l. iij. ad finem. ff. de alimen. leg. ¶ Sed aduerte quia ista opinio do. Anto. de but. non videtur bona. nam verbū nolo inducat repudiationem in totum per id quod not. legiste. et maxime Bar. in. l. sed si alio. ff. ad trebel. et in l. gerit. ff. de acqui. heredi. et sic dictū do. Anto. de bu. non est sine dubitatione. Et per hec habes an delegati ante terminū possint absoluere. †An vero econtra possit excōicator post lapsum temporis absoluere. Inno. q sic si vult absoluere re integra. facit de preben. si tibi. li. vj. ¶ Idem dicit si non sit integra si executores pronūtiauerunt excōicatum fuisse iuste excōicatum. Si vero pronuntiassent ipsum non fuisse iuste excōicatum: et tunc non poterit absoluere ex quo lapsus est terminus nisi partes ꝯsentiāt fm eum. quia tunc posset ex eo quia nō desijt oīno esse iudex q patet quia fienda erat promissio si pronūtiaretur eū iuste excōicatū et ideo potest eius iurisditio prorogari. do. Anto. de but. hic dicit hoc dictum posse procedere si dicatur q trāseat potestas in executores accumulatiue ac non surrogatiue per lapsum termini. secus si transiret surrogatiue. per id quod habetur in ca. licet. et in c. literas. j. de supplen. negli. prela. Et subdit q pro ista parte: scilicet q transeat per viam surrogationis. facit. c. si capitulo. de cōcess. preben. in. vj. Sed potes dicere q ibi non sperabatur aliquo casu remitti negotiū super re. de quo queritur ad ipsum ordinarium hic secus. et sic nō videtur facere contra dictum Inno. Satis tamen videtur posse dicere q si ante pronuntiationem executorum velit absoluere q possit saltem partibus consentientibus. vt dicit Inn. quia nō desijt omnino esse iudex vt est dictum: et sic videtur q possit eius iurisditio prorogari. ¶ Sed si executores pronuntiauerūt ipsum excōicatū fuisse iniuste excōicatum. et sic excommunicatorē male excōmunicasse videtur q desierit excōmunicator oīno esse iudex attento lapsu termini et attenta pnuntiatione predicta. faciat quod habetur de offi. deleg. iudex. li. vj. et ideo videtur q non possit absoluere etiam partibus consentiētibus. et hoc casu possit procedere opinio do. Anto. de bu. Tene tamen menti dictum Inno. qui hic indistincte videtur velle q partibus consentientibus possit absoluere. refert tamen aliquos tenere contrarium. et ideo videt posse distingui vt superius dixi. ¶ †In glo. penulti. ibi. §. notandum. pro declaratione eorū que tetigit glos. potes concludere quod aut queritur de ignorantia iuris. an illa excusat: et tunc dicendum prout habetur in regula. iuris ignorantia. de regu. iuris. in. vj. Aut queritur de ignorantia facti proprij: aut de ignorantia facti alieni. Si de ignorātia facti proprij tunc dicit quod si quis non habet probabilem causam ignorantie nō excusatur. l. nunq. ff. de vsucapio. ¶ Idem si agatur de damno cum alterius iniuria. l. q q. ff. ad velleianū. secus si agatur de damno vitando sine alterius iniuria. per id quod habetur in. l. sed et si me putem. cum ibi notatis. ff. de condictione indebi. Si vero quis habet causam probabilem ignorātie tunc excusaretur. vt hic dixit glo. et dicetur habere causam probabilem in casu. cpi. in lectu. allega. in glossa. ¶ Item si factum esset intricatum. l. penul. cum ibi notatis. ff. de confessio. et ibi per Barto. et eodem titu. in. l. ij. et facit etiam quod habetur in. l. summa cum ratione. ff. de peculio. Idem si est factum de longinquo l. peregre. ff. de acquiren. posses. saluo nisi esset factum valde notabile quod verisimiliter obliuioni tradi non debet. per id quod habetur. j. de senten. excommu. c. cum illorum. Item dicitur probabilis causa si habuit causam error seu ignorantia ad suasionem alterius. l. j. §. penultimo. ff. quando actio de peculio est annalis. et facit quod no. Barto. in. l. error. C. de iuris et facti ignoran. et in prealleg. l. ij. ff. de confessis. Si vero sit error in facto alieno tunc illa regula est probabilis. fallit quando esset circa factum publice factum vel notum in loco vbi quis moram trarit. vt. j. c.

Marginal notes: 12, 13, 14 (left column); 15, 16 (right column).

a ¶ Prestabit iuramentum. a de hoc vide hic Inno. in sua gl. super versi. difficultate.

q vnum z idem verbũ ad diuersa relatũ sumatur propie z im propie.vt probat in.l.ij.§.fi.ff.de offi.procon.z legati.¶ In ea dem glo.ibi propie tenetur:nam electio actiua erit penes mona chos Andreñ. electio passiua penes monachos carofonenses. a ¶ In glo.in ver.a suspensis.[a] hec glo.plura facit:nã primo con firmat text.Secundo tractat an suspensus posset beneficia con ferre.Tertio obijciendo reuocat illud in dubium interserendo etiã de potestate iudicandi z excõicandi.Quarto ponit opinio nem quorũdã que fuit Jo.z Lau.cõtra quã obijcit z non soluit. Tertio ponit aliã z secundã opin.quã dicit meliorẽ contra quaz allegat quandã rationem quã nititur soluere per aliã rationem z similia.Sexto transgrediendo materiã tollit quandã obiectio nem contra text.Septimo redit ad materiam z limitat superius dicta.Octauo videt accedere ad primã opi.prima facie sed effe ctualiter non accedit.Nono recitat opi.Jo.z Lau.que cõcordat cũ prima opi.posita in ver.dicunt quidã. Decimo z vltimo re probat opi.Jo.z respondet cuidã contrario:secunda ibi:nec be neficia.tertia ibi:sed nõne.quarta ibi.dicunt quidã. quinta ibi: alij dicunt.sexta ibi:preterea de hac suspensione.septima ibi.z hec que dicuntur.octaua ibi:satis posset.nona ibi. Jo.z Lau.deci ma ibi:ego aũt.¶ Et no.q lz do.Anto.de but.hic in recitatiõe huius glo.non sequat illius ordinẽ tñ quia planius intelligetur sequendo ordinẽ glo.illũ sequar fm diuisionẽ superius positam. ¶ In ea.gl.ibi dicunt quidam.ista fuit opi.Jo. z Lau.vt.j.tan git glo.circa fi.z tangitur etiam in.c.audiuimus.xxiiij.q.j.z in.c. 25 tanta.j.de exces.pla.Et pro ista opinione q† suspensus ab offi cio possit iudicare de causis excõmunicare z prebendas dare:be ne facit vt voluit hic gl.quia talia videntur esse iurisdictionis et non ordinis seu officij vnde competunt electo in epm confirma to:lz nondũ sit consecratus:z sic non receperit ordinẽ cõsecratio nis.j.de elec.transmissam.z.c.nosti.z sic videtur q lz eps suspen datur ab officio epali:tñ possit illa que sunt iurisdictionis z non ratiõe officij seu ordinis: pro ista parte etiã facit qd habetur in c.si celebrat.j.de cle.excom.mini.Item tertio pro hac opin.facit qd habetur in.c.ab excõmunicato.s.ti.j.iuncto.c.sacro.j.de sen. excom.vbi pz qd suspensus videtur posse absoluere vt colligitur ex.d.c.sacro.z.c.duobus.eo.ti.z sic eadẽ ratione videt q suspen sus possit aliũ ligare:quia par dz esse potestas ligandi z soluen di.de peni.dist.j.verbũ.Qualiter autem ad has rationes respon deri possit patebit inferius. ¶ In ea.glo.ibi nihil officij retinet 26 quasi velit glo.q† lz cononicus retineat beneficiũ si tñ sit suspẽ sus ab officio:non possit eligere cum hec potestas eligendi pen deat ab officio non a beneficio qd pz:quia lz quis sit suspensus a beneficio si non est suspensus ab officio potest eligere vt in.c. cum vintonieñ.iuncto.c.cũ in cunctis.j.de sen.ex.forte etiam sic dicit glo.quia canonicus non habet iurisdictionem sicut hz eps vel alius prelatus lz haberet potestatẽ eligendi:z ideo nimirum si non potest eligere si sit suspensus ab officio:z hunc intellectuz etiã videtur hic sensisse Inno.vt refert archid.in.c.audiuimus. xxiiij.q.j.z per hoc etiam dicunt hic doct.vt etiam tangit hic do. 27 Anto.de but.q† canonicus suspensus ab officio nõ erit vocan dus ad electionẽ:quia illi soli sunt vocandi qui possunt eligere j.de elec.quia propter.z ideo ex quo non pot eligere non erit vo candus:qd dicunt esse verum etiã si sit toleratus:vt etiã hic vo luit Inn.nec obstat quod habetur.viij.q.iiij.c.nonne.vbi vide tur q proficiat aliquem tolerari:quia illud verum fm Inno.in his que sunt publici officij.ff.de offi.preto.in.l.barbarius.sed fm eum dato q electio spectat ad capitulum ratiõe publici offi cij tñ ad canonicũ videtur spectare ex priuato officio.ideo tole rantia nihil operatur.Et idem etiã voluit Jo.an.in.c.cũ vinto nieñ.ad fin.z.c.nihil.j.de elec.z de dolo z contu.veritatis.z facit etiã quod no.j.de offi.or.in.c.irrefragabili.in glo.sup verbo vel p decanum:z quod notatur p archi.viij.q.j.c.c.z Sede.in opere suo in.c.centesimoquinto.Inno.j.de procur.c.fi.Recitat tamen Innocẽ.alios dicere tales vocandos propter quasi possessionẽ canonicatus in qua perdurãt que in talibus considerãtur.j.de elec.in genesi.z.c.querelã.z de causa pos.cum olim.z.c.cũ eccle sia.z de iurepatro.consultationibus.sed primum dictum cõmu niter tenetur quia quasi possessio nihil operatur supposita inca pacitate persone vt in cle.vt hi qui.de eta.z quali.z ideo oportet q non habeat officium ligatũ cum potestas eligendi surgat ex 28 quasi possessione z adminiculo offi.cij.¶ † Quid autem si tẽpo re fiende electionis se ingerant excõmunicati:dic si sunt occulti non sunt reijciendi al's fieret eis iniuria.ij.q.j.c.multi.z.vj.q.j. c.j.z.ij.nec imputabitur alijs habentibus eligere si non probant excõmunicationẽ illoz qui sunt excõmunicati:z qui volunt cum illis eligere:quia forte ibi non est superior corã quo possint pro bare nec capitulũ in hoc est iudex.¶ Item propter probationẽ possit electio differri tutius tamen est z de cautela q ibi qui non sunt excõmunicati protestentur q non intendunt coeligere cuz

a ¶ In glos.a suspẽsis.d.ad. scu.dicit hic gl. istã eẽ itricatã z ipse eã bene declarat h in xvj.col.prope finẽ.i ver.i gl. i vbo a suspen sis vide ibidẽ.

aliquibus qui reperiant esse excõmunicati: sed potius volũt ꝙ
eorũ vox nõ valeat si de iure valere non dz. facit. i. de elec. cuma
na. z c. illa quotidiana. ¶ In eadẽ glo. ibi audiuimus. gloss. nõ
soluit istud contrariũ: quia ꝑ istud. c. reprobatur precedens opi.
vt. i. tangit glo. circa fi. lz aliqui dicant ꝙ ibi loquitur de hereti-
co z sic excõmunicato z non de suspenso vel ꝙ loquit de suspen-
so ab officio z iurisdictione sed certe ista solutio diuinat z cõtra
istam opi. etiã facit. c. quia diuersitatẽ. de conces. prebẽ. vt. s. etiã
tetigit glo. lz isti nitantur respondere vt supra dixit glo. que so-
lutio videt diuinare z literam violare cũ videat loqui de suspẽ-
so simpliciter ab officio. ¶ Itẽ contra istã opi. facit. i. de excess. p-
la. c. vlti. lz gloss. ibi nitat rñdere violando literã illã z ad ipsam
diuinando. Itẽ contra istã opi. facit quod habet in. c. si celebrat.
ad fi. iuncta glo. referendo illũ tex. ad oĩa superiora: z ꝑpter hoc
glo. in ver. alij dicunt melius posuit secundã opi. quam dicit me-
liorem. ¶ In ea. glo. ibi quãuis hoc potuerit: aduerte diligenter
quia gloss. voluit hic tollere obiectionem quã tetigi in prima ra-
29 tione prime opi. nã posset dici qꝺ † ex quo electus in epm post cõ-
firmationẽ lz non sit adhuc consecratus possit tñ dare preben-
das z beneficia conferre z alia iurisdictionalia exercere. i. de elec.
c. transmissam. videtur ꝙ si postea est consecratus ꝑ consecratio-
nem nõ recipiat potestatem quo ad ea que sunt ordinis. vt. i. de
transla. prela. inter corporalia. z. d. c. transmissam. z ideo videt ꝙ
lz post consecrationẽ suspendat ab officio qꝺ recipit ratione cõ-
secrationis nõ tñ per hoc quidẽ ꝑdat potestatẽ quam habebat
post confirmationẽ ante cõsecrationẽ: ergo dz illa etiã posse vti
post consecrationem: lz sit suspensus ab officio. Sed ad hoc vo-
luit rñdere gl. ꝙ argumentũ nõ ꝑcedit ex eo qz plus aufert ipsi
epo suspẽsio ꝙ ꝯtulerit ꝯsecratio. ꝑ id qꝺ sequit in glo. qz plus
tollit negatio ꝙ ponit confirmatio. nõ põt dici suspensio z conse
quẽter quedã negatio. ¶ In ea. glo. ibi quã ponit affirmatio. po
ne exemplũ si dico titiũ esse scientificũ vel doctorẽ: hec indefinita
verificatur si est scientificus vel doctor in vna scientia. z tamen
si dico non est scientificus vel non est doctor negatur sciẽtificus
similiter z doctor in omni sciẽtia: ex quo indefinite z indistincte
dicit: qz negatio destruit quicquid post se inuenit vt dicũt logi
ci, z etiã grãmatici: z hoc qñ negatio non limitat. secus si limita-
retur vt si dico ꝙ titius nõ est doctor iuris ciuilis: nã sufficit qꝺ
nõ sit doctor iuris ciuilis lz sit doctor alterius facultatis. ¶ In
eadem glo. ibi non multũ addit supple quo ad ea que sunt iuris
dictionis. vt patet ex his que supra dixi. ¶ In eadem gl. ibi sed
ante potest. probatur. i. de conuersatione coniugatorum ex pu-
blico. ¶ In eadem glo. ibi sic z episcopus confirmatus. arguit
glo. de matrimonio spirituali ad carnale. facit quod habetur in
c. ij. i. de translatione prelatorũ. z. de spon. in. c. tue. ¶ Et aduer
te quia hodie habetur cõmuniter hec litera affirmatiua videli-
cet z sic episcopus confirmatus potest aliqua que tñ non potest
consecratus: z ista litera bene conuenit precedẽtibus. Tamẽ tũc
supple ad glo. dum dicit que tñ non potest consecratus supple z
suspensus: nam aľs male diceret quia illa que põt confirmatus
multofortius põt consecratus si non est suspensus: vel ꝺm Ant.
de but. dum dicit que non põt consecratus: potes supplere scz
vt confirmatus. sed bene potest vt consecratus sicut in simili sta
tim dicit glo. de electo in archiepiscopum: quia ꝺm eũ tunc pote-
stas iurisdictionalis que fuit creata ex ipa ꝯfirmatione attraha-
tur ad ordinem superuenientem adeo ꝙ ex confirmatione non
censeatur postea habere dictã potestatẽ: sed potius ex consecra-
tione quasi vires cõfirmationis ordinẽtur ad finem ordinis seu
consecrationis. Antiqua tamen glo. erat negatiua: nam dicebat
sic eps confirmatus non potest aliqua que potest consecrat⁹: z
ita erat plana litera quia confirmatus non põt illa que sunt or-
dinis que potest post consecrationẽ: tamen hec glo. ꝺm istam lite
ram non bene conueniret precedentibus: ideo melior est litera
moderna de qua superius dixi: hec tñ antiqua poterat adapta-
ri ad precedentia hoc modo si dicas sic. s. per contrariũ loquen-
do tñ non directe sic conueniret ꝑcedentibus: ideo melior vide-
30 tur litera moderna. ¶ † In ea. glo. ibi ratione ordinis: hoc non
videtur verum per. c. dilecta. i. de maiori. z obedien. vbi abbatis
se potest competere potestas conferendi beneficia: z tamen non
est capax ordinis. i. de peni. z remis. c. noua quedã. Item non vi
detur etiã ꝙ sit iurisdictionis: quia capitulũ sede vacante succe-
dit in potestate iurisdictionali. z tñ non succedit in potestate con
ferendi beneficia. i. de maio. z obe. in. c. his que. z. c. cũ olim. z pro
hoc etiã quia vt dicit Io. an. in. c. verũ. i. de fo. compe. z. i. de ele.
quãꝙ: lib. vj. ꝙ reperiuntur interdũ aliqui epi qui nullã habent
collationẽ beneficiorũ: z ideo dicit in. d. c. quãꝙ, ꝙ cõferre benefi
cia non est proprie ordinis nec iurisdictionis sed cuiusdã faculta
tis. do. Ant. de but. hic dicit ꝙ si cõsiderat potestas conferendi
in abstracto: tunc non est ordinis nec iurisdictionis vt dicit Io.
an. si aũt consideramus illam inquantũ competit electio confir-

mato censetur esse iurisdictionis: quia competit ei sicut alia iu-
risdictionalia. Inquantũ vero competit epo consecrato censetur
esse ordinis: quia ammodo ab illo dependet z sic intelligat hec
glo. refert tñ Io. cal. tenere, ꝙ conferre beneficia potius dicatur
iurisdictionis: z ideo dicit ꝙ collatio beneficij facta per excõica-
tum occultũ qui cõi opinione habebat pro non excõicato si fiat
ignoranti tenebit: facit qꝺ no. Io. cal. i. de re iudi. in. c. ad probã
dum. z Io. an. in. c. si vero. i. de sen. ex. do. Ant. de but. hic videt
aliqualiter variare. Nam primo videt dicere ꝙ lz sit actus iuris-
dictionis: tamen cũ de se sit actus spiritualis non poterit fieri per
suspensum ab officio ꝑ ea que superius sunt dicta. Tamen fina-
liter videtur hoc dicere verũ in suspenso publice: z sic non tolera
to. z secus in occulto: posses dicere ꝙ si spectat collatio ad prela-
tum procedat opi. vt distinguatur inter toleratum z non tolera
tum. Si vero collatio beneficij spectaret ad canonicum: tũc indi
stincte videt ꝙ non tenebit collatio quia in dicto casu non vide
tur distinguendũ inter toleratum z non toleratũ ꝑ id quod di-
xi. s. post Inn. videt tamen etiã hic dicere do. Ant. de bu. ꝙ vz
sñia excõicationis lata per occultũ excõicatum ex eo quia non
dicit ipse facere sed potius dignitas allegat. viij. q. iiij. nõne. Et
ad. c. j. z. ij. xxiiij. q. j. respondet ꝙ loquuntur de excõicato non to
lerato: sed certe cõiter tenetur contrariũ vt patet ex his que not.
ꝑ gloss. z archi. xxiiij. q. ij. in summa. c. j. z. c. audiuimus. z pro hoc
facit quia excõmunicatus: lz occultus vere est extra ecclesiã non
31 videt posse eijcere: facit qꝺ habet in. c. multis. ij. q. j. ¶ † In ead.
glo. ibi cui interdicitur vnũ not. bene glo. que vult ꝙ suspensus
ab officio intelligatur in consequentiã suspensus a beneficio qꝺ
est verũ nisi dispẽsetur in beneficio: vt in. c. presbyterũ. xxviij. dis.
econtra aũt suspensus a beneficio non intelligitur suspẽsus ab
officio: vt probatur in. c. vintonieñ. i. de ele. iuncto. c. cum in cun-
ctis. eo. ti. Et sic glos. dũ dixit ꝙ cui interdicit vnum intelligitur
interdictũ z reliquũ. non bene dicit qñ quis est suspensus a bene
ficio: sed bene procedat illud quãdo est quis suspẽsus ab officio
vt intelligitur suspẽsus a beneficio cũ beneficiũ detur ꝑpter offi-
cium. q. iij. si quis obiecerit. de hoc tñ an indistincte suspensus ab
officio intelligatur suspensus a beneficio: recurre ad gloss. melio
rem de corpore iuris in cle. cupientes. in glo. nõ nouã ad fi. de pe-
nis. vbi gloss. finaliter videtur concludere ꝙ suspensus ab officio
si sit in mora petendi absolutionem intelligatur etiam suspẽsus
a beneficio. Si vero non sit in mora tunc sit suspensus pro gra-
ui causa siue pro peccato mortali: tunc intelligat siue pro pecca-
to seu crimine. Si pro mortali tunc idẽ secus si pro leui causa pu
ta si fuerit suspensus ꝑpter scandalũ euitandũ: vel propter cri-
men de quo dubitetur an sit mortale de quo ibi etiã plene dixi
Pau. tñ de liaza. in. d. cle. cupientes. z in cle. j. de priuile. vbi etiã
tangit quã videt hic sequi. d. Gaspar de cal. aliter dixit conside-
rando tres casus principales: nam aut qs est suspensus perpe-
tuo ab officio: aut ad tp̃s aut simplr. Primo casu dicit ꝙ illa sus-
pẽsio est quasi ꝑpetua z haberet vim priuatiõis: facit qꝺ no. per
Inn. in. c. cũ bone. i. de eta. z qual. z. i. de coha. cle. z mulie. in. c. si
quisꝙ. z. c. sicut. z. c. si aũt. z facit qꝺ no. ipse Pau. in cle. j. de reb.
eccle. non alie. Ideo tũc bene censet etiã suspensus ꝑpetuo z sic
priuatus a beneficio cũ beneficiũ detur propter officiũ. ¶ Scꝺo
casu dicit ꝙ si q̃rimus de beneficio qꝺ ꝯsueuit dari interessenti-
bus in diuinis tunc intelligit ille priuatus ex quo nõ põt inter-
esse in diuinis propter suspensionẽ ab officio: facit qꝺ habetur
in. c. vnico. de cle. non resi. lib. vj. Alio autem beneficio nõ cense-
bitur priuat⁹: ex quo hoc nõ est expressum z solũ ad tp̃s fuit pri-
uatus: z ꝑ hoc allegat. c. pe. i. de simo. z. c. vel nõ est. i. de tẽp. or.
Tertio casu qñ simpliciter priuat ab officio: tũc ꝯcludit ꝙ si pro
graui causa fuerit suspensus ab officio intelligeret etiã suspen-
sus a beneficio: secus si pro leui nisi cõtẽnat suspensionẽ vel sit in
mora petendi absolutionẽ: z cũ hac opi. cõsueui transire in dicta
clemẽ. cupientes. tñ si velles tenere opi. glo. in dicta cle. cupiẽtes.
posset dici ꝙ qñ qs suspendit ab officio ad tẽpus deberet etiã di
stingui an pro graui crimine an vero pro leui fuerit suspensus
cũ videatur esse eadem ratio que est qñ simpliciter suspendit ab
officio: z sic videret idẽ ius. vt. s. de consti. trãslato. sed pro Pau.
potest rñderi ꝙ in. d. c. pen. de simo. fuit suspensus ab officio ad
tp̃s propter simoniã z sic pro graui causa: z similiter in. d. c. vel
non est. qz ibi suspenditur ab officio ad tp̃s quia recipit ordinem
diaconatus in etate. xiij. annorũ. contra dispositionem canonũ:
z tamen ibi non est suspensus a beneficio: z sic opi. Pau. videre-
tur melior. ¶ In ea. gl. ibi. c. eos qui. hic posset iungere versicu-
lum qui. i. ponitur in ver. z hec que dicunt: quia ille versiculus
prosequitur materiã quam. s. tetigit glo. z successiue potes prose
qui gloss. vsqz ad fi. omisso versi. preterea qui sequitur z qui non
prosequitur materiã de qua. s. dixit glo. vnde sup ver. eos qui.
posses facere. A. z super ver. z hec que potes facere. B. z sup ver.
preterea. potes facere. C. tamen prosequor glo. ꝺm ordinem suum.

In ea.

¶ In ea.glos.ibi pterea glo.hic voluit apponere q papa non debuerit pronuntiare sup ista suspensione:qz nihil videtur fuisse
32 obiectū de illa nec petitū vt patere videtur ex litera z snia† dz esse cōformis petitioni.j.de simo.c.lz heli.Et de elec.innotuit.ad fi. Gl.hic voluit soluere dupliciter.Primo q de ea suspensiōe fuit obiectū z lz hoc non pateat hic ex litera:pz tñ ex antiqua et sub decisa ibi.z.j.vt etiā tetigi.Secunda solutio colligit in ver.z lz. q lz nihil fuerit obiectū a partibus tamen qz ille qui habet con firmare electionē ex officio suo dz inquirere de omnibus concer nentibus ad electionē.vt patet in.c.nihil est.de elec.z in aliis al le.in gl.ideo merito potuit papa de hoc inquirere z pronuntia
33 re.vel tertio pōt dici fm Hoff.q† quando iudici constat in iudi cio de causa vel ratione per quam iustitia partis est clara:pōt iu dex etiā si pars illi non innitatur de eo opponere z fm illā pro nuntiare lz pars non crederet p illam iuuari:facit quod legitur z notatur in.c.ex parte.j.de conces.pben.z in.c.cū causam.de elec. z quod etiā notatur in.c.cū bertoldus.de re iudi.z plus etiā vi detur dicere Inn.in.c.cū olim.de censi.quod etiā si pars nō pos sit opponere:iudex tñ videns iustitiam non debet iniuste iudi care quod videt procedere in tangentibus publicā vtilitatē per no.per glo.in.c.lz causam.j.de proba.Et predicta vera quando ratio est deducta in iudiciū.facit.c.iudicet.iij.q.vij.Idem fm.d. Anto.de bu.si non est in iudiciū deductū si est ratio iuris vel fa cti noti iudici vt iudici p.l.offidius.ff.de leg.iij.Et per no.in.l.j. C.vt que desunt aduo.partium.cū ibi notatis p gl.Cy.z Bar.z
34 j.ti.j.c.bone.¶ Et pdicta faciunt fm.d.An.de bu.q† si produ ctus fuerit testis qui erat consanguineus ptis z hoc cōstabat ex actis:sed nihil fuit appositū contra eum an iudex posset ipsum repellere.Nam videret dicendū q sic:quia quanta sit fides adhi benda est in consideratione iudicis.l.iij.§.j.ff.de testi.z sic videt q ex quo constat sibi illū esse consanguineum possit illum,repelle re absqz eo q apponatur:z sic videt hic prima facie tenere:tamē finaliter si bene considerentur dicta eius videtur tenere opposi tum.nam dicit q quando testis esset simpliciter inhabilis tunc bene posset ex officio repellere.facit.l.quos prohibet.ff.de po stulan.z poterit etiam fm Inno.in.c.inquisitionis.j.de accu.iu dex ex officio summarie se informare de inhabilitate.facit quod notatur in.l.iij.in prin.ff.de testi.Si autem testis nō sit omnino inhabilis z possit p partem approbari vel reprobari:puta quia forte contra ipsum testē esset suspicio ex aliqua causa:tunc vide tur tenere Io.an.in addi.Spec.in tit.de teste.§.j.super ver.sed quid si iudici.qd sit necesse qd opponatur contra ipsum p partē: facit quod habetur in.c.ij.vt lit.non contest.vbi pz q non excu sat notorietas ab onere illā allegandi lz excusat ab onere probā di:vt etiā notauit glo.in cle.appellanti.de appel.z sic videretur qd in casu predicto ex quo nihil opponitur contra testē qest con sanguineus producentis qd iudex debeat stare illius dicto.nā z posset ille contra quem producitur ipsum approbare expresse si vellet.z eadē ratione poterit etiam tacite prout videtur continge re fm Io.and.ex quo contra quē producit nihil opponit.¶ In ea.gl ibi.sed eligi scienter supple maxime qz etiā ignoranter non posset eligi per ea que habentur in.c.si celebrat.de cle.excō.mi ni.z per rationē ibi positam.¶ Et no.q glo.ista in ver.Ioan.z Lau.vsqz ad finē non fuit multum necessaria z quodāmodo vr fuisse superflua qz videtur repetere illa que superius dicta erant. ¶ In ea.glo.in fi.Pro declaratione glo.z materie potes cōclu
35 dere q†aut querit an suspensus priuetur potestate consecran di sacramenta vel suscipiendi:aut queritur an priuet seu sit pri uatus potestate eligendi actiue.Aut querit tertio an priuet seu sit priuatus potestate eligendi passiue.Aut queritur quarto an suspensus possit excōicare vel suspendere vel iurisdictionem exer cere.Aut querit z quinto an suspensus possit beneficia cōferre. ¶ Circa primum conclude q si est suspensus maiori suspensione clarum est q sic p id qd habet i.c.fi.j.de exces.pla.z dictū fuit.s. eo.quanto.Et probat etiā per.c.si celebrat.ad finē cōiuncta gl. j.de cleri.ex.mini.Aut querit de suspenso minori excōicatiōe pu ta propter pticipationē cum excōicatis.z iste non est suspensus a potestate cōferendi sacramenta.d.c.si celebrat.lz bene quo ad ipsum censetur priuatus potestate suscipiendi sacramenta.vt pz in.d.c.si celebrat.z facit qd notatur in simili in.c.fi.j.de vi.z ho. cle.z qd dixi de suspenso suspensione maiori dic procedere siue fuerit suspensus ab hoie siue a canone per id qd habetur in.c.j. j.de re iudi.lib.vj.z in.c.j.de sen.ex.eo.li.Secundo casu qñ que ritur an sit priuatus ptāte eligendi actiue:dic qd nō si est suspen sus minori suspensione qz non priuat exercitio etiā spiritualium ad cōmodū alienū.d.c.si celebrat.Secus si esset suspensus maio ri suspensione per quā esset suspensus ab officio:siue esset suspen sio iuris siue hois:quia in hoc non est differentia p ea que supra dixi.Et ratio est quia non pōt eligere z sic non competit sibi po testas eligendi actiue:quia illa competit ratione officij:z ideo ex

quo est suspēsus ab officio non poterit eligere:cū talis potestas competat ratione officij z nōn ratione beneficij vt hic etiā vide tur sensisse glo.circa prin.z pro hoc etiā facit fm Pet.qz suspen sus a beneficio vt contingit in eligentes scienter indignū nam tunc suspensus est p trienniū a beneficio.j.de elec.cū in cunctis.si infra illud tēpus occurrat alia electio poterit eligere lz sit suspen sus a beneficio ex quo non est suspensus ab officio:vt probatur in.c.cū vintonien.j.de elec.z istud tene lz Io.fm aliquos videa tur notasse contrariū z nō bene in.c.presbytero.xxviij.dist.nisi re stringatur dictū ipsius ad notoriū fornicatorē:qui fm aliquos non est suspensus ab officio lz alij possunt a suis officiis abstine re de quo notatur p Inno.z Ioā.an.in.c.si celebrat prealleg.z etiā dixi in.c.at si clerici.j.de iudi.Tertio casu qñ querit an suspē sus possit eligi z istud est clarū qd non siue sit suspensus maiori suspensione siue minori p ea que habent in.d.c.si celebrat.z ibi etiā ponitur ratio in tex.Quarto casu qñ queritur an suspensus possit excōicare vel suspendere aut iurisdictionē exercere.Gloss. hic posuit opiniōes:z aliqualiter inuolute processit vt patet ex ipsius tenore z ex diuisione glo.quā feci in prin.Potes cōclude re q aut est suspensus minori suspensione:z hec non tollit pote statē exercendi iurisdictionalia nec consequenter excōicandi vel suspendēdi p ea que habent in.d.c.si celebrat.¶ Aut est suspēs ab ingressu ecclesie.z hic idem p ea que habent.j.de sen.ex.sacro iuncto.c.ab excōicato.de rescrip.z facit etiā qd habet in.c.is cui. de sen.ex.in.vj.Idē si quis fuerit suspensus a pontificalibus qz talis non priuat potestate iurisdictionali:sz solū potestate vten di pontificalibus qz pene sunt restringēde.de peni.dist.j.§.pene. z de reg.iur.In penis.lib.vj.Idē si quis fuerit suspensus a be neficio tantū quia potestas iurisdictionalis non dependet a be neficio sed ab officio per ea que superius sunt dicta:secus si quis esset suspensus a iurisdictione:quia tunc non posset excommuni care vel suspendere vel alia iurisdictionalia exercere.j.de exces. pla.c.tanta.Idem dicas si qs esse suspensus ab officio z benefi cio vel ab officio tantū per ea que habentur in.d.c.tanta.z.d.c.si celebrat.ad finē.Idem videtur si quis fuerit simpliciter suspēsus quia vt tangit do.Ant.de but.post Ioā.an.in dubio intellige tur suspensus ab officio per ea que habent in.c.quisqz.de sen.ex. z sic non poterit suspendere vel excōicare nec alia iurisdictiona lia exercere.An aūt poterit aliquo casu actū non spiritualē exer cere:notatur in.d.c.tanta.z.j.de dolo z contu.c.veritatis.Et pre dicta inquantū dixi q suspensus ab officio non potest exercere iurisdictionalia procedūt qñ vellet illa exercere ex ordinaria iu risdictione:secus si est delegata quia illa nō priuatur p suspensio nem officij vt voluit notabiliter archid.in.c.audiuimus.xxiiij.q. j.Et ratio est fm eum quia delegatam non habet ex officio nec fundat sup ordinaria:sed illam hz ex delegatione accidētaliter z sic non annectitur ordini vel officio:qd intellige verum fm eū nisi suspensio causaretur ab excōicatione:z qz tunc pendente ex cōicatione non poterit exercere iurisdictionem etiam delegatam sed demū cū fuerit absolutus ab excōicatione.Si autem quis eēt suspensus a iurisdictione tantū posset exercere illa que sunt ordi nis vt voluit gloss.in.d.c.audiuimus.z hec est vera conclusio z vera opinio.Et ad rationem Io.qui tenuit suspēsum ab officio posse exercere iurisdictionē:z sic suspēdere z excōicare cuius con trariū supra dixi de qua ratione feci mentionē circa prin.huius gloss.potes respondere vt voluit glo.in versi.quamuis.ibi plene declaraui:z dicit do.Anto.de but.intentionē glo.fuisse in dicto ver.quāuis.q potestas iurisdictionalis inquantū non hz secum concursum ordinis non hz connexitatem cū ordine:qd pz quia confirmatus lz non sit consecratus illā exercet z sic sine ordinis seu officio.j.de elect.transmissam.sed inquantū detur concursus ordinis cū iurisdictione propter superuenientē consecrationem: tunc illud ius consecratiōis tanq maius attrahit ad se tanquā minus iurisdictionē:z sic attrahitur tūc iurisdictio ad naturam consecrationis z ordinis:z ab illa incipit pendere in tantum q si postea suspendatur quis ab ordine intelligitur etiā suspensus ab ipsa iurisdictione.Ad.c.ab excōicato.z.c.si celebrat.alle.per Io.satis patere potest rñsio ex his que dicta sunt per glo.z etiā
36 superius.¶† Ultimo casu qñ querit an suspensus possit bene ficia conferre.Concludit q sic si est suspēsus minori per.d.c.si ce lebrat.secus si sit suspensus maiori.per.c.si celebrat.ad fi.iuncta glo.superius alleg.lz Io.aliter dixerit vt hic etiā tetigit gloss.Et an conferre beneficia sit ordinis vel iurisdictionis tetigit glo.s. in ver.preterea beneficiū cōcedere:z ibi plene declaraui:et ideo hic non repeto.Et per hoc habes expeditam materiam huius glo.¶ In glo.penul.ibi vbi enim aliquid pro recitatione huius versi.potest opponi q non sit recedendū a verbis statuti vel pri uilegij.j.de priui.porro.z de decimis ad audientiā.z sic videtur q non debeat esse locus interpretationi.glo.in effectu voluit rñ dere q contrarium procedit quādo verba essent clara secus qñ

essent dubia: quia tunc reducenda sunt ad ius cõe si fieri põt vt voluit gl. ¶ In ea. glo. in fi. de hac interpretatione remittit do. Car. flor. recolende memorie ad no. in. c. ad cãm. s. tit. j. z fm hoc dicit interpretatio. i. expositio. nã † 37 interpres qui est medius inter partes ad interpretandũ intentionẽ vnius partis alteri: facit qd habetur lz non alleget in. l. j. ad finem. ff. de verb. ob. z fit fm eũ multis modis interpretatio. s. ad literã z ad sensum: z in illa que fit ad sensum ponderat̃ mens dispositionis seu legis. Nam fm eum lex nõ est aliud q̃ mẽs seu intentio legis. ff. de legi. in. l. scire leges. z. j. de priui. quanto. z. j. de verbo. sig. in his. z facit qd no. in regula. vti. de regu. iur. in. vj. Tu potes dicere melius vt tetigit Barto. in. l. omnes populi in. vj. q. ff. de iusti. z iur. Nam interdum interpretatio sumitur pro correctione. l. j. §. fin. ff. de verbo. obligatio. quandoqz sumitur pro additione seu extensiõe vt etiã ipse ibi tangit: vnde consueuit dubitari an z quando statuta recipient interpretationem correctiuã iure. Item an recipiant artatiuam. seu restrictiuam a iure. Item an recipiant interpretationem declaratiuam a iure communi. Item an recipiant interpretationem extensiuam: de quibus omnibus plene prosequitur barto. in dicta. vj. q. cuius verba etiam posuit hic Joan. de ligna. sed non est necesse instare quia plene habetur p Bart. in dicta. vj. q. principali.

a ¶ Capl'm Sic ẽt summat b c. do. And. sicu. Ad materiã hui9 tex. vide not. bal. i. l. j. i. j. op. de bo. pos. Ita. z qd not. in. c. ij. de accu. i. vj. par chi. z oẽs doc. z vid q̃ deducta fuere p do. and. bar. s. de constit. ¹.

b ¶ Consensus qñ requirit̃ i aliquo actu an sufficiat si post actũ interueniat. Et vid h. d. And. barba. in. vij. colum.

1. Consuetudo z vsus longeuus quomodo differant.
2. Statuta facere nõ potest episcopus sine capitulo.
3. Constitutio z consuetudo procedunt a pari.
4. Capitulum nõ potest sine consensu epĩ facere statutum sup iuribus spectantibus ad epm z capitulum vel super respicientibus statum ecclesie puta super residentia vel similibus.
5. Consensus quando requiritur in aliquo actu an possit ex postfacto interuenire.
6. Et quomodo poterit cognosci an requiratur consensus p modum solennitatis an per modum autoritatis.

Cum consuetudinis. Capitulu3 a sine episcopo consuetudines vel cõstitutiones ecclesie immutare nõ potest. h. d. Et primo ponit̃ duplex determinandi ratio. secũdo ibi autoritate: ponitur determinatio que primo prouidet circa futura: secundo circa preterita: secũdũ ibi: si quas. ¶ Nota primo q̃ non est vilis autoritas cõsuetudinis. de quo. j. eo. in. c. fin. ¶ † 1 Nota q̃ videtur esse differentia inter consuetudinem z vsum longeuum. que autem sit illa dicit Innocẽ. q̃ consuetudo proprie est omnium de loco: sed vsus est singularum personarũ: sed tu dicere potes q̃ consuetudo est ius resultans ex vsu longeuo: z sic differunt vt causa z causatum z tanq̃ materia z subiectum de qua. j. eod. c. fi. per Joan. and. in primo membro summe materie consuetudinis: z sic patet q̃ consuetudo sonat in ius vsus vero in factum: vnde posset hec litera exponi cum dicit vsusqz longeui. i. consuetudinis inducte per vsum longeuum. ¶ Nota q̃ nouitates vt plurimum pariunt discordias: z ideo euidẽs z notabilis debeat esse causam in ipsis inducendis. ff. de consti. princi. l. penulti. ¶ † 2 Nota q̃ episcopus sine capitulo non potest facere statuta. de quo per glo. in. c. ij. de verbo. significa. in. vj. z per Innocen. s. de consti. in. c. cum omnes. z aliquid etiam hic per eum. z facit etiam quod no. glo. in. §. porro. iij. distin. z. j. de maio. z obedien. in. c. ij. z. xviij. distin. in summa. vbi glo. videntur dicere hoc precipue procedere in magnis z arduis negotijs: de quo aliquid tangetur inferius. ¶ Itẽ potes etiam notare q̃ vinculum consuetudinis surgit ab autoritate fundantis sicut z vinculum leg. s. de constitutio. que in ecclesiarum. z. c. ecclesia sancte. ¶ † 3 Ultimo nota q̃ sicut capitulum non potest facere nouam constitutionem in ecclesia absqz autoritate episcopi ita nec nouam inducere cõsuetudinem. Et ex hoc collige q̃ potestas statuendi z consuetudinis inducende procedit a pari vt sic qui possit constitutiones facere seu statuta possit inducere consuetudines z econuerso. ¶ † 4 In gloss. ij. ibi facere non possunt: sed contra hoc facit questio que habetur. s. de constitu. cum omnes. z in. c. ij. de verborum significatio. in. vj. Glo. de materia tetigit in. d. c. ij. z in effectu ibi concludit q̃ super iuribus spectantibus ad episcopum z capitulum vel super respicientibus statum ecclesie puta super residentia vel similibus non potest capitulum sine consensu episcopi facere statutum: z ita intelligatur hec glo. z plus videretur posse dubitari an tunc non possint facere statutum cum consensu episcopi: quia videretur q̃ non cum episcopus debeat esse principalis in statuendo: tamen si consentit z sic fit cum eius consensu satis videtur sufficere: quia satis videtur approbare tale statutum. Aut capitulum vult statuere super spectãtibus ad capitulum tantum: puta quo modo congregari debeat capitulũ vel quomodo debeant administrari bona ad capitulum spectantia in quibus est diuisa administratio: tunc dicendum q̃ capitulum potest super talibus facere statutum z inducere consuetudinem etiam sine consensu episcopi: z ita intelligant̃ contraria: z hoc intellige nisi essent ardua illa que vellet facere capitulum: quia tunc omnino requireretur consensus epi per ea que dixi. s. de rescript. edoceri. vnde concludit etiã hic. d. Ant. de but. q̃ in minimis põt capitulum facere statutũ sine epo: secus si in magnis quia tũc requiritur qd faciat cũ consensu capituli: z similiter econtra eps cũ consensu capituli facit qd dixi in. d. c. edoceri. In arduis aũt dicit sub dubio forte q̃ non poterit eps etiam cũ capitulo facere statutũ: alle. not. p gl. j. de ma. z obe. in. c. si qs. z. iij. dist. in. §. j. z. xviij. dist. in summa sed certe si bene ponderent̃ ille glo. loquuntur qñ eps cu3 capitulo vellet statuere circa reseruata pape: quo casu clarum est quod non põt z hec procedunt in ecclesijs cathedralibus. In collegiatis p̃o inferioribus a cathedrali si p̃latus talis ecclesie cum capitulo aliquid statuat an exiget̃ consensus epi. Innocẽ. de testa. requisisti. videt̃ innuere q̃ sic: q̃ putat do. Anto. de bu. procedere qñ negotiũ esset arduũ vel non leue al's in minimis non requireretur consensus episcopi. ¶ An aũt vacante sede capitulum possit facere statutũ: dic q̃ sic cũ succedat in potestate iurisdictionali epi. j. de ma. z obe. his que. z in. c. cũ olim. z an tũc duret statutũ creato postea epo. Federi. tenuit q̃ sic in opere suo. c. ij. quod bñ tene menti. An † 5 aũt qñ exigitur consensus in aliquo actu possit ex post facto interuenire tangit hic Inno. z dicã post gl. ¶ Extra glo. tangit hic Innocen. an quando exigitur consensus alicuius in aliquo actu sufficiat ex postfacto ex interuallo consensum interuenire: z in effectu concludit q̃ quandoqz exigit̃ consensus in actu per modũ consensus: z tunc si superueniat etiam ex interuallo post ipsum actum sufficit: dũmodo actus reperiatur habere aliquam subsistentiam. vt. j. de elect. quod sicut. Secus si actus esset omnino nullus: quia tunc consensus superueniens nihil operaretur. j. de elect. c. auditis. nec obstat huic vltimo dicto. l. per fundũ. ff. de serui. rusti. predio. vbi videtur sufficere consensum ex postfacto superuenire in actu qui erat inualidus: quia respõdet q̃ licet ibi quo ad transferendã seruitutẽ forẽt cõcessiones inualide valide tñ erant quo ad illos p̃sonaliter obligandos: qui consenserant z sic actus habuit aliquã subsistentiã secus vbi fuisset nullus omnino vt sic facta esset alienatio rei ecclesiastice a minori p̃te capituli: qz tunc non prodesset si ex postfacto alij consentirent: cũ alinatio ipso iure fuisset nulla. x. q. ij. c. hoc ius. z dicit hic do. Anto. de but. q̃ non sufficerent ɔsensus singulariter z nõ capitulariter p̃stiti: etiã si singulariter maior pars vel oẽs consensissent: quia in his que gerunt̃ a capitulo vt capitulo cõsensus d3 in forma capituli p̃stari. j. de elec. in gene si. z pro hoc reprobat gl. in. c. j. de reb. ecc. non alie. in. vj. inquantum dicit q̃ post ɔmunem tractatũ factũ consensus singulares p̃stiti in alienatione proficerent: z de rigore iuris satis videtur q̃ illa glo. non p̃cedat tñ satis videtur habere equitatem si in cõmuni tractatu capitulariter p̃stiterunt consensus. Interdum vero consensus exigitur per modũ autoritatis z tunc non sufficiat autoritatẽ superuenire ex postfacto. Sed d3 interuenire in ipso actu vel statim post. l. obligari. §. tuto. ff. de auto. tuto. de materia per gloss. in. c. nullus. ix. q. j. z in. c. fi. xvj. q. j. z per Innoc. in c. prudentiam. j. de offi. deleg. z in. c. j. de eo qui dux. in ma. quam pol. per adul. z in. c. j. de reb. eccle. non alie. in. vj. ¶ Sed aduerte inquantum Innocẽ. voluit q̃ vbi in actu requiritur consensus b alius b potest etiam expostfacto interuenire dummodo actus sit aliquis saltem aliquo respectu: secus si sit omino nullus: quia tunc non sufficiet ex postfacto interuenire. Nam hoc vltimũ limita procedere quando lex seu canon requirit consensum certo z determinato tempore. l. quid ergo. in prin. ff. de his qui notantur infa. z. s. ti. j. c. nõnulli. z Jo. an. in addi. Spec. in tit. de actione. §. j. super ver. sed pone q̃ lis est contestata. Idem si lex requirit consensum indeterminate z actus est nullus propter defectũ solennitatis que non potest ratificari per habentem p̃stare ɔsensum: vt satis probatur in. c. auditis. j. de elec. z facit quod not. gl. in regula non firmatur. de regu. iur. in. vj. z in. l. ij. C. de iure fisci. lib. x. z in. d. c. nullus primas. secus si possit ratificari p habentem p̃stare cõsensum p id quod habetur in. §. z si quis. insti. de mili. testa. in. c. ij. z. iij. j. de his que fi. a pla. z not. Innoc. in. c. j. s. de reb. eccle. non alie. in. vj. faciat. l. filio preterito. ff. de inin. testamẽ. z qd not. Bar. in. l. j. in prin. ff. de leg. ij. E qd habetur. j. de ele. cum in iure. z quod no. idem Inn. in. c. prudentiam. j. de offi. deleg. z predicta intellige quãdo requiritur cõsensus per modum consensus: secus si requiritur per modum iussus: quia tunc requiritur quod procedat. l. si quis mihi bona. §. iussum. z ibi de materia per Bart. ff. de acqui. here. z aliquid per Cy. in. l. fi. C. ad macedonianum. Idem si exigit̃ per modum mãdati: z tũc quo ad validandũ actum dic idem quod dictum est quando requirit̃ p viam consensus: sed quo ad speciem actionis mãdati producendam oportet quod precedat. l. si vero non remunerandi. §. si post creditam

creditam.ff.mādati.z facit qd not.in.l.semp.ff.de regu.iur.z per Dy.in regula rati.de regu.iur.in.vj.z qd no.etiaz in.l.si pecuniā C.de nego.gest.Si autē exigitur consensus p moduz autorita-
6 tis non sufficit prestari ex interuallo vt dixi superius.¶†Quo modo autē perpēdi vel cognosci possit an requiratur consensus per modū cōsensus an vero per modū autoritatis.Cōcludit hic do.Ant.de butri.quod si in actu fiendo p superiorē requirat cō sensus inferioris videtur in dubio requiri per viam ɔsensus z nō per viā autoritatis:q2 nō est equuz inferiorem autorari superio-ri.argu.j.de ma.z obe.cum inferior.z facit quod not.Jo.and.in addi.spe.in tit.de his que fi.a prela.z ideo vbicūqz exigitur per moduz cōsensus.facit qd habet.j.de his que fi.a prela.in rubro z nigro.z precipue in.c.cū nos.Jdem dicas si exigitur cōsensus patris:q2 ex quo nō est superior non videtur tunc exigi p modū autoritatis.Jnterdum vero in actu expediēdi per inferiorem re quiritur cōsensus superioris.z tūc si in illo actu superior habeat cōmunionē iuris cū ipso inferiore intelliget requiri tūc cōsensus superioris per viā cōsensus:etiā si fiat mentio de autoritate per tex.in.c.cura.j.de iure patro.z hoc procedit siue exercitiū actus tangat eū cuius exigitur cōsensus eque principaliter sicut alium vt ptz ex his que no.s.de rescrip.edoceri quantū dicit quod quā do administratio spectat ad prelatum z capitulū:tunc in facien dis per capitulū exigit cōsensus prelati vt prelat⁹.z ideo ex post facto pōt interuenire z ratificare gesta p capitulum.Jdem si tā-geret eū cuius principal'r exigit cōsensus.z aliū in consequētiam sicut est videre in°d.c.cura.Jdē dicas qñ exigitur consensus su-perioris rōne preiudicij quod sibi infert vt qñ exigitur cōsensus episcopi in renunciatione beneficij quā facit clericus q vult tran sire ad aliā diocesim:q2 pīudicaret sibi in iurisditione quā habe-bat cōtra clericū.facit.j.de renū.c.admonet.Si vero superior nō habebat cōionē aliquā iuris in actu q expeditur per inferiorem vt qñ prelat⁹ inferioris ecclesie a cathedrali cū capitulo alienat rem aliquā ecclesie.nam debet facere de cōsensu epi.xvij.q.iiij.c. in venditionibus.tunc reqritur cōsensus per viam autoritatis.z sic prestari dz in ipso actu non ex interuallo.per ea que notā.per glo.in.c.j.de reb.eccle.nō alie.in.vj.¶Quādo aūt exigat cōsen-sus p modū solēnitatis concludit do.Anto.de but.quod si ius hoc exprimit planum:si aūt nō exprimit z sic sumus in dubio di cit q si ius exigit cōsensum certo z determinato tempore z scdm tēpus ipsius actus tunc intelligitur exigi per modum solennita-tis.j.de elec.auditis.¶Si aūt nō exigitur certo z determinato tēpore:sed simpliciter indeterminato:tunc si exigitur per modū autoritatis licentia vel iussus videtur ex solēnitate exigi per id qd dixi.s.Si vero exigitur p modum consensus simpliciter dic q si res nō spectat aliquo modo ad eum cuius exigitur cōsensus q tunc videt in dubio exigi per moduz solennitatis.facit qd di-xi.s.quādo in actu inferioris requirit consensus superioris qui nullā habet cōmūitatem.Et per hoc dicit q si ex forma statuti in alienatione rei minoris requiratur consensus duoꝝ proximo rum ɔsanguineoꝝ videtur q tūc exigatur per modum solēnita tis.z sic non sufficiat ex post facto superuenire.secus dicit quādo ad ipsum cuius reqritur cōsensus aliqd ius cōmodū spectabat: q2 tunc intelliget qd exigatur consensus per viam simplicis con sensus.facit qd no per Joā.an.in addi.Spec.super dicto versi-culo sed pone.vbi autem consensus exigitur post actū nec requi ritur statim.nam tunc videtur exigi solēnitas per tex.cum glos. in.l.vniuersa.C.de preci.impera.offeren.z facit qd no.glo.in cle. causam.de elect.in ver.deuoluta:z tene menti superius dicta:q2 sepe fit remissio ad ea que superius tetigi.

1 ☞Consuetudo loci ligat terrigenas z etiam extraneos.
2 Extraneus an z quando ligetur consuetudine vel statuto loci.
3 Bonorum appellatione comprehenduntur mobilia z immobi lia z comprehenduntur etiam iura z actiones.
4 Verba ista facias pro libito voluntatis quid important.
5 Dissipanti bona sua subueniri non debet.
6 Juramentum super alienatione rei dotalis prestitum an confir met contractum.

EX parte vestra. Non valet cōsuetu do p quā qs iducit ad peccādū vel bona propria dissipandū.h.d.Et pri mo narrat duas consuetudines irrationabiles. Se-cūdo illas improbat.scda ibi tenore.¶No.j.q nō dz dari occa-sio dissipādi bona vel illa negligendi.facit qd habet insti.q sunt sui iuris.in.§.fi.¶No.qd nō dz dari occasio mulieri cōmittendi
1 adulteriū.facit.l.cōuenire.ff.de pac.dota.¶†No.qd cōsuetudo loci ligat nō solū terrigenas sed etiā extraneos.de quo in.c.que cōtra mores.viij.di.z per Jnno.s.eo.in rub.vbi etiam notabili-ter dicit q si quo casu extraneus probabiliter ignorans consue-tudinem loci ledatur saltē debebit iuuari per restitutionē in in-tegrū ex clausula generali.l.j.in fi.ff.ex qui.cau.maiores.de quo
2 dicendum vt ibi dixi.z † quod dixi extraneum ligari cōsuetudi-ne loci vel statuto videtur satis procedere si ibi habet habitatio nem seu domicilium.Si autem nō haberet tunc videt quod nō ligetur statuto loci.per id quod habet in.c.ij.de cōstit.in.vj.z.j. de senten.excō.c.a nobis.j.cum ibi notatis.de quo dicendum vt
3 dictum fuit in.c.ij.s.de cōsti. ¶† No.q appellatione bonorum cōprehenduntur mobilia z immobilia:cōprehēduntur etiam iu ra z actiones.l.a diuo pio.§.in venditione.ff.de re iudi.z in.l.bo-norū.ff.de verbo.signi.¶Aduerte tamen qd iura ꝓprie z stri-cte loquendo sunt tertia species distincta a bonis mobilibus et immobilib⁹.vt ptz ex his q̄ habent in.d.§.ex vēditiōe.z no.etiā per Bar.in.l.pōt.ff.de auto.tu.z i Spec.de fru.z itéresse lit.§.j. in.j.col.z per hoc dixit Barto.q si qs legat alicui bona mobilia z immobilia non poterit petere iura z actiones:quia in tali lega to nō veniūt qd bñ tene mēti:late tñ qñqz iura z actiōes cōphē duntur sub appellatione immobilium in aut.de non alie.aut permu.§.j.coniuncta glos.colla.ij.z facit quod no.per gl.in.l.mo uentium.ff.de verb.signifi.¶No.qd imprudēter z verecūde pe tēs debet repelli.secus si rōnabiliter petat.l.cū rōnib⁹ C.q accu. non possunt. ¶Not.quod consuetudo per quam delinquens premiat tanq̄ irrationabilis non valet.¶No.papā posse decla rare etiam inter puros laicos consuetudines irrationabiles z fo uentes peccatū fore nullas.facit in aut.vt clerici apud proprios episcopos.§.si vero ecclesiasticum.colla.vj. ¶No.quod statutū z consuetudo per que quis culpabiliter suo consumpto habet re gressum ad aliena non valet.nam non valet statutum per quod
4 delinquens premiatur.¶†Ultimo not.de significato istorū ver boꝝ facias pro tuo libito voluntatis:q2 videtur intelligi etiam de volūtate irrationabili.facit quod no.per Bar.in.l.si sic.ff.de leg.j.¶Jn glo.ij.ibi mētitur.nā dicimus quādoqz iste est vnus largus homo qñ omnia bona sua dissipat:largitas eñ est virt⁹, vt.j.patet.¶Jn ea.gl.ibi medium tenet.hoc aūt mediuz attin-
5 gere est dissimile vt dicit philosophus. ¶†Jn ea.glo.ibi.sz non videtur glo.in hoc ver.ponit rationem quare non debeat subue niri illi qui ex vitio prodigalitatis dissipat:sequēs autē glos.po-nit rationem quādo ex negligētia quis amittit bona sua quare nō debeat ei subueniri.¶Jn glo.in verbo alienat ibi in casu pri mipilari.dicitur autez primipilarius quasi primus z principalis administrans:vel dicit etiā quasi ferens primū pilum in bello.z de vtroqz pōt intelligi.vt dicit glo.C.de offic.primi.in rub.li.xij. ad finem libri in vltima char.z ibi etiā dicit filios etiā non here-des teneri pro hoc debito.ideo aūt illud fuit statutū.vt dicit Jo. an.post Martinū sille.q2 sepe ad gemitum mulieris z liberorum viri faciunt malas expensas vt docet experientia precipue in ve stibus sumptuosis.z facit ille tex.iuncta.l.fi.eo.titu.q valeat sta tutum obligans bona mulieris z etiam filiorū pro debito merca toris fallētis:nec est hoc sine causa.nā sepe vt dixi viri faciūt ma
6 las expēsas ad gemitū mulieris z liberoꝝ.¶†Jn ea.glo.ibi te-net venditio.no.bene glo.q p iuramentum prestitū sup aliena-tione rei dotalis cōfirmatur cōtractus de quo est dubium inter doc.q2 aliqui tenent cōtrarium vcz q nō firmetur cōtract⁹ licet debeat seruari iuramētum.Sed gl.cōmuniter tenetur de quo.j. de iureiuran.cum contingat.z ibi plene dixi.z per Bart.in.l.si quis pro eo.ff.de fideius.

1 ☞Consuetudo nō derogat iuri diuino cuius transgressio pec-catum inducit nec positiuo nisi sit prescripta.z nu.3.
2 Circunstantie aggrauant peccatum.
4 Consuetudo inquantū simpliciter consideratur nō est vilis auto ritatis.et nu.11.
5 Derogare z abrogare quid significent.
6 Jus diuinum quādoqz appellatur naturale.
7 Precepta moralia nō sunt sublata per aduentū Christi z sic per nouam legem Euangelicam secus in cerimonialibus.
8 Precepta iudicialia veteris legis tendentia ad decisionem cau-sarū vel imponētia certā penā p delicto an obligēt in lege noua.
9 Homicidium an possit statuto permitti puta q bānitus pro pe cunia possit occidi impune.
10 Jura naturalia sunt immutabilia z nō possunt tolli per ius ci-uile limitatur tamen aliquando.
12 Consuetudo que obuiat canonibus est irrationabilis licet aliter non improbetur a iure.
13 Consuetudo quando dicatur esse rationabilis.
14 Consuetudo nō rōnabilis an possit aliquo casu valere.z nu.20.
15 Consuetudo ad hoc vt iuri ɔmuni preiudicet debet esse legitime prescripta z quāto tempore prescribatur.
16 Tempus decem annorum dicitur longum tempus.
17 Consuetudine reprobata an intelligatur reprobata preterita et futura vel preterita tantum vel futura tantum.
18 Consuetudo si est contra ius prescribitur spatio.xl.annorum.et numero.15.

19 Consuetudo si est mala requirit tantũ tempus cuius initij non extat memoria.
21 Consuetudo per errorẽ inducta an valeat.
22 Consuetudo inducitur ex actibus extraiudicalibus dummodo transiuerint in notitiã populi vel maioris partis.
23 Consuetudinẽ esse in cõtradictorio iudicio allegare an sufficiat.
24 Consuetudo quid sit.
25 Ad consuetudinem inducendam que requirantur ⁊ an sufficiãt duo actus vel an sufficiat vnicus actus qui transiuerit in notitiam populi.
26 Consuetudo an interrumpatur per actum contrarium.
27 Consuetudo an recipiat extensionem.
28 Consuetudo an requirat prescriptionem si fiat cõtra ius.
29 Consuetudo quomodo differat a prescriptione.
30 Titulus ⁊ bona fides an semper requiratur in prescriptione.
31 Ad cõsuetudinem introducendam an requiratur qđ sit obtenta in contradictorio iudicio.
32 Consuetudo quanto tempore prescribatur.
33 Consuetudo litigantium qñ est diuersa a cõsuetudine loci vel si alia sit consuetudo actoris alia rei que attendatur.
34 Consuetudo contra ius naturale ⁊ diuinum an valeat.
35 Precepta sacramẽtalia vel cerimonialia fuerũt mutata per aduentum Christi.
36 Repudiũ libelli apud iudeos an excusetur cõsuetudine.
37 Consuetudo an ⁊ quando excuset.
38 Consuetudo simpliciter habet preiudicare iuri positiuo.
39 Consuetudine vel pacto an possit aliquid fieri quod non possit fieri per pactum.
40 Per cõsuetudinẽ vel statutũ an possit detrahi patrimonio vniꝰ tantum vel singulorum.
41 Consuetudo tunc derogat legi generali seu iuri cõmuni quãdo est prescripta.
42 An requiratur cõsensus principis ad cõsuetudinem inducẽdã.
43 Consuetudo an possit preiudicare iuri positiuo. et nu. 45.
44 Consuetudo iuri contraria põt esse rationabilis aliquo casu.
46 Consuetudo inducitur ex permissione pape ⁊ principis.
47 De materia consuetudinis remissiue.

vel fm intellectū doct. breuiter. h. d. Qui vocant ad electionem canonicā nō vocandū illud expectare nō tenentur. Et sunt due partes. nam primo ponit supplicatione capituli quā iustificat. secundo causam reddens illā admittit ꝛ circa duo capitulū instruit. secūda ibi: quia vero. ❡ † Nota primo ꝙ nominatio interdum ponitur pro electione. vt hic patet. ꝛ. ʃ. de appel. cōstitutis. ꝛ. c. constitutus. Interdum vero ponitur pro representatione. ʃ. eo. querelam. Interdum pro soleni nominatione. s. titu. proxi. bone. ʃ. ad finem. facit. ʃ. eo. quod sicut. in princ. ❡ † Nota ꝙ presentes possunt prefigere terminū absentibus ad redeundū. nam hoc est in eorum potestate. ꝛ per hoc cessat contrariū cap. ex insinuatione. ʃ. de appella. ❡ † Nota. ar. ꝙ nuntio nō credatur sine literis. facit. ʃ. de offi. deleg. corā. ❡ † Nota ꝙ existentes in loco valde remoto nō sunt vocandi ad electionē ꝛ presertim quando sciuerunt casum vocationis prius ꝙ presentes. de quo in glo. ʃ. eo. corā. ꝛ. c. qd sicut. ❡ Nota ꝙ mora longa in electionibus est valde suspecta ꝛ interdū damnosa. Et sic nota ꝙ mora est vitāda. facit quod no. ʃ. de peni. ꝛ remis. c. fi. in. ʃ. glo. ❡ No. ꝙ electio est fienda inuocata prius spiritussancti gratia. de quo. s. eo. cum terrā. ❡ No. ꝙ post factā electionē potest peti a rege vel alio qui vices eius gerit vt consentiat. vt in dicto. c. cū terra. ❡ Nota ꝙ interdum papa nō consentit electioni vt papa. sed vt vicerex ꝛ etiam illā confirmat vt papa. Et sic duplex consensus pape tūc requiritur de quo in glo. fi. ❡ † Et ex hoc nota ꝙ vbi duplex potestas concurrit in vnum quo ad actū expediendū censetur loco diuersorum. facit. l. tutorē. ff. de his qui. vt indig. ❡ Not. ꝙ etiā si papa faciat id quod iuris est dicitur facere gratiam. vt patet hic. in fi. iuncto. c. postꝙ. s. eo. ꝛ sic facit ad nota. in. c. sedes. s. de rescrip. ❡ In glo. super verbo dierū. ibi pro dieta cōputatis. intellige post terminū duodecim dierum postꝙ debēt iter arripere vel ante terminū duodecim dierū nō est tractandum de dietis. ꝛ sic gl. habuit bonum intellectū. licet per aliquos reprehendatur: quia nō refert se gl. ad terminū duodecim dierū. ❡ Et no. ꝙ gl. vult dietas esse legales. sed in cōtrariū tenet gl. in. c. nonnulli. s. de rescrip. ꝛ illa videtur verior: vt ibi dictum fuit per cap. presenti. §. loca. de preben. in. vj. in gl. tam remoti. in fi. ❡ † Nota ex gl. duo. Primum est de quo remoto loco vocādi sunt absentes. Secundum est ꝙ regulariter absentes non sunt vocādi. fallit in electione. Tertium etiā potest colligi videlicet qd sufficit duas partes esse presentes vel etiā maiorem partem. ❡ Circa primū concludе qd si consuetudo determinat aliquid super hoc illi est standum. vt dicit gl. Sed vbi cessat consuetudo dic qd ita demū absens est vocādus si est in loco in quo cōmode sine periculo possit vocari alias non est vocādus. ʃ. eodē. qd sicut. ꝛ. c. quia propter. ❡ Circa secundū cōclude qd regulariter absentes nō sunt vocādi. fallit in tribus casibus: scilicet in electionibus ꝛ receptionibus canonicorū. ꝛ in cessationibus a diuinis. vt est gl. sing. que semper allegetur in. c. presentiū. in gloss. ibi residentiū. de testi. lib. vj. ❡ Inno. aliter loquitur in. c. ij. ʃ. de no. oper. nuntia. de quo etiā tetigi in. c. cum oēs. s. de consti. ❡ † Circa tertiū cōclude ꝙ due partes vocandorū debent adesse: non autē est expediens qd sint due partes omniū qui sunt de capitulo. facit qd no. Jo. an. in. c. ʃ. ʃ. de his que fiunt a ma. par. ca. tamē qd faciat maior pars illarum duarū partium tenebit. facit. l. plane. cū ibi notatis. ff. quod cuiuscꝫ vniuer. no. lꝫ Fede. de senis. vt dicit do. Cardi. flo. ʃ. c. pxi. in opere suo. ca. lxiij. dicat spirituale esse in electionibus vt sufficiat maiorē partem adesse. sed certe hoc non reperitur bene iure cautū fm eum: ideo idē debemus dicere quo ad hoc in electionibus. facit qd no. in. c. proxi. ꝛ qd dicetur. ʃ. eo. c. qꝛ ꝓpter. ❡ In gl. cognouerunt. in fi. Et pro hoc faciat qꝛ licet sciant vacationē nesciunt tñ diē electionis fiende. Itē qꝛ requisitio nō simpliciter fit ad certiorandū de vacatione: sed ad incitandū vt veniant ad tractandū de electione: ideo non excusat sciētia. per id qd no. in simili. in. l. emptor. C. de euic. ꝛ. l. denuntiasse. ff. de adul. ꝑ Bart. in quibus patet qd lꝫ vēditor sciuerit litē motam: † tñ sibi debet fieri denuntiatio: qꝛ illa non solū fit ad certiorandū: sed etiā ad incitandū vt veniat ad defendendū lꝫ Dy. aliter dixerit. sed nō bene per Bar. in loco preall. ꝛ sequitur etiā Joan. an. in addi. Spec. de emp. ꝛ ven. §. fi. ❡ In gl. reuersi. in fi. Solue qd hic loquitur in casu dubij: sed contrariū loquitur in casu certi qñ constat alterū ex litigatoribus nō posse adesse in die assignata vel in loco assignato licet alter possit adesse. ❡ In gl. pe. in fi. Inno. et alij cōiter tenent opi. Jo. etiā si nō interuenit mandatū pape. in ver. nec periculū more. qꝛ ex quo de gratia isti sunt vocati. ꝛ gratia habet actū successiuū potest reuocari. facit qd no. in. c. bone. ij. s. ti. proxi. fatenē tñ qd tenenē si reuocent ad interesse istis vocatis si forte fecissent expēsas in veniēdo ꝓpter assignationē. ar. l. si precedente. in princ. ff. mandati. ꝛ insti. mandati. §. recte. ꝛ. §. itē adhuc. nec ob. ʃ. eo. cū vintonien. qꝛ ibi gratia habuerat effectum suū. hic secus. ❡ Itē nō ob. l. per fundū. qꝛ ibi vnus ex dñis fundi cōis concedēs seruitutē licet nō possit cōstituere ius seruitutis: potest tñ se obligare ad nō impediendum: ideo nō potest postea contrauenire. ❡ Itē non ob. c. cū super. qꝛ ibi in sententiando delegati associant sibi non delegatum: sed hic in actu electionis non associant isti istos non vocandos: imo processerunt sine eis licet prius eos vocassent ꝛ sic non obstat.

1 ☞ Appellatio ꝙ nō fiat electio nisi canonica an valeat. ꝛ nu. 7.
2 Appellatione pendente nil debet innouari.
3 Attentata post ꝛ cōtra appellationem legitimā sunt inualida.
4 Electio in quo loco sit facienda.
5 Scientia mediocris toleratur in promouendo ad prelaturam.
6 Negatiua probari potest per actum inquisitionis ꝛ inuestigationis de affirmatiua opposita.
Nuntiatio noui operis habet terminū trium mensium pro eius expeditione.
8 Appellatio iudicialis ꝛ extraiudicialis quomodo differant.
9 Attentata post ꝛ contra appellationem extraiudicialem regulariter non sunt nulla.
10 Par in parem non habet imperium.
11 Maior pars capituli an possit restringere terminum a iure prefixum capitulo ad eligendum.
12 Electio an debeat fieri in mane diei quo vocantur absentes an vero in sero.

a **Cum nobis.** [a] ❡ Tria dicit. Primo dicit ꝙ nō inspicimus an post appellationē sed an ꝯtra ipsam fuit electio celebrata. Scdo ꝙ penes vocantes ius remanet eligendi si vocati ad electionē venire contēnunt. tertiū ad officiū confirmatorium pertinet inquirere de ꝑsona electa etiā nemine opponēte. et hoc fit loco summe. Et quatuor sunt partes. Nam primo ponitur allegatio ꝯtra electū. scdo allegatio ꝓ electo. tertio electionis examinatio. quarto ꝓcurationis cōmissio. scda ibi. sed cōtra. tertia ibi: is igitur. quarta ibi: nos eccl'e. ꝛ loquit̄ in hac decretali de eadē vacatiōe. de qua. s. pxi. decretalis. ❡ † No. ꝙ si appellatur ne fiat electio nisi canonica valere videt̄ talis appellatio. de quo hic per Inno. ꝛ per gl. s. eo. cōsiderauimus. in. ʃ. glos. do. tamē Ant. de bu. dicebat ꝙ fm hec tēpora valebat hodie tenēdum erit qd notat̄ ꝑ gl. in. d. c. cōsiderauimus. ❡ † No. regulam vulgatā ꝙ appellatione pendēte nil dꝫ innouari. de quo plene in tit. non solū. de appel. in. vj. ❡ † No. ꝙ attentata post ꝛ cōtra appellationē legitimā sunt inualida. secus si sint attentata post appellationem: sed nō ꝯ. vt est tex. hic magistralis. ❡ † No. arg. ꝙ in choro faciēda sit electio alibi vr̄ ꝙ in caplo. ʃ. eo. in causis. de quo dicendū. vt. s. e. cū terra. in gl. ꝛ super ea. ❡ No. ꝙ vbi est discordia de loco standuꝫ est maiori parti nisi minor pars aliqd rōnabile ꝓtendat. vt. ʃ. e. bone. ʃ. §. de his q̄ fi. a ma. par. capi. c. ʃ. ❡ No. ꝙ maior pars pōt vocare minorē ad electionē fiendā fm formā mādati apostolici. secus si minor vocet maiorē ꝯ formam mādati. s. ti. ʃ. bone. el. ij. §. verū. ❡ No. ꝙ diligēter examinanda est ꝑsona electi per superiorē qui illū habet cōfirmare. ❡ Not. ꝙ in cā electionis superior pōt de facto supplere ex officio. de quo s. ti. ʃ. bone. el. ʃ. ❡ No. ꝙ nemini cito dꝫ manus imponi. i. nō statim dꝫ cōfirmari in platū. lxxviij. di. quid est cito. ❡ No. casum in quo superior inquirit nulla ꝓcedēte infamia ꝯ electū. de quo ꝑ Inn. s. ti. ʃ. c. ʃ. ❡ † No. ꝙ lꝫ eminēs sciētia reqrat̄ in ꝓmouendo. tñ cōueniēs etiā tolerat̄. de quo per Inn. s. eo. cū in cunctis. ❡ No. ꝙ eccl'e ꝛ ꝑsone est ꝓuidendū si fieri pōt. ❡ No. ꝙ potius dꝫ attendi necessitas ꝛ vtilitas eccl'e ꝙ ꝑsone. ❡ No. ꝙ vbi electus nō est legitime etatis nō cōfirmat̄. tñ suadēte vtilitate eccl'e dari pōt ꝓcurator cum plena ꝛ libera ptāte administrādi. ꝛ tūc pōt oīa ꝓcurator q̄ potest electus cōfirmatus excep. alienatione immobiliū. ʃ. e. is cui. li. vj. ❡ No. ꝙ petēti cōfirmationē incumbit ꝓbare se esse idoneū. ꝛ sic legitime etatis. alias nō obtinebit. de quo per Jo. an. in regu. infamibus. de reg. iur. in. vj. ❡ † No. modū ꝓbādi negatiuā. s. ꝑ actū inqsitionis ꝛ inuestigatiōis de affirmatiua opposita. nā ea nō inuēta cōcludet̄ negatiua. d quo per Bar. in. l. hoc iure. ꝛ. l. in illa. ff. de ver. obl. ꝛ ꝑ Jo. an. ʃ. e. bone. ❡ In gl. ʃ. ibi q̄ illegitime fiūt. nā secus si legitime vt qꝛ possessor ꝯtinuaret suā possessionē. ʃ. vt lit. pē. c. ʃ. ꝛ. ij. Et facit qd no. in. c. nō solū. de ap. in. vj. ❡ In ea. gl. ibi secus est in denūtiatione ꝛ q̄ sit rō diuersitatis tāgit̄ ꝑ Jo. an. nā denūtiatio hꝫ terminum triū mensiū ꝓ eius expeditione: sed appellatio valde magis vt in. c. ex rōne. ʃ. de ap. ideo magis est imputandū faciēti cōtra denūtiationē illa nō expedita ꝙ ꝯtra appellationē. ❡ † Sed aduerte qꝛ ista appellatio ne fiat electio nisi canonica nō vr̄ valere seu habere effectū. qꝛ si sequat̄ postea electio canonica certū est ꝙ valebit: qꝛ tunc non fit ꝯ appellationē. vt hic etiā dr̄. Aut erit minus canonica ꝛ tūc etiā sine appellatione esset inualida. ꝛ sic appellatio nil videt̄ operari. Inn. videt̄ fateri cōtrariū nisi dicatur ꝙ operet̄ ꝙ vbi electio al's esset aliq̄ lꝫ veniret cassanda vt in

[a] ❡ Cū nobis. vt hoc. c. cōprehendas vna dist. Si queratur qñ et vsqꝫ ad qd tempus illi qui sunt ꝑsentes de electoribus absentis expectare teneantur et vtrum presentes absentibus aliquibus qui possunt venire sine periculo possint eligere in termino assignato. distingue vt hic per domi. Henri. boych.

casu.c.qꝺ sicut.j̃.eo.modo ꝑpter appellationē reddatur nulla.⁊
istud videtur sequi Hosti.vt refert do.Car.flo.do.Anto.de bu,
nō bene declarat istū articulū hic.do.Car.flo.tenet cōtra Hosti,
ꝙ tunc non reddetur nulla ꝑpter appellationē.de quo dicā in
c.auditis.j̃.eo.vnde ipse dicit ꝙ appellatio extraiudicialis est ꝓ
uocatio ad cām.j̃.de appel.cū sit romana.⁊ operabitur qꝺ indu
cit lit.pendentiā sicut ⁊ ipsa citatio.vt in cle.ij.vt li.pendē.tñ ex
quo est extraiudicialis attentata interim nō reuocabuntur per
viā attentati.vt no.glo.in.c.nō solū.de appel.in.vj.demū retra-
ctabūtur si obtineatur in causa appellationis.sed in appellatio
ne iudiciali interim attentata reuocanť per viā attentati.vt no
tatur in.d.c.nō solū.⁊ per hoc ſm eum apparet effectus appella
tionis extraiudicialis.operatur etiā ſm ipsum si fiat appellatio
ne in certo loco vel tempoꝛe fiat electio in quo verisimiliter time
tur impꝛessio ꝙ si postea fiat licet nulla fuerit impꝛessio tñ reuo-
cabitur.Nam satis est ꝙ ex verisimili causa fuit tūc appellatū.j̃.
8 de appel.bone.¶ †Est eñ differētia inter appellationē iudicia
lem ⁊ extraiudicialē.ſm Inno.hic.quia in extraiudiciali solum
id qꝺ fit post ⁊ contra appellationē reuocať.⁊ ideo si alia etiam
fiāt que tñ nō fuerint cōtra appellationē nō reuocabūtur:sed so
lum illud qꝺ est contra.secus dicit in appellatione iudiciali.sed
do.Anto.de bu.⁊ idē etiā videtur velle dicere do.Car.flo.nō vi
detur hanc differentiā appꝛobare.vnde dicit ꝙ etiā in iudiciali
solum reuocatur illud qꝺ est in appellatione vel illi cōnexum vt
legitur ⁊ not.j̃.de appel.super eo.⁊.c.ad hec.⁊ ideo dicit ꝙ si ap-
pelletur a iudice ne recipiat in testē titium excōicatum:ꝙ si reci-
piat titiū ⁊ alios tenebit receptio alioꝛum qꝛ illa est separata ab
illa titij.sed foꝛte verius est dictū Inn.cū quo transit Jo.an.qꝛ
in appellatione iudiciali si appareat bene fuisse appellatū appa
ret iurisditionē iudicis fuisse suspensam.facit.j̃.de iureiuran.ve-
nientes.⁊ per consequēs nō potuisse pꝛocedere.⁊ ideo quicquid
est secutū in dicta causa videť tūc in irritū reuocandū.⁊ ad hoc
facit generalitas iuriū dicentium ꝙ si appellatio est legitima re
uocari debet in irritū quicquid post appellationē fuit attentatū
vt.s̃.de rescrip.rodulphus.⁊.c.significauit.⁊ de multis differen
tijs inter appellationē extraiudicialē ⁊ iudicialē posuit Innoc.
in.c.dilecti.j̃.de ma.⁊ obe.⁊ ibi posuit aliquid Jo.an.⁊ in.c.bo-
ne.j̃.de ap.⁊ aliquid etiā per eūdem in.d.c.dilecti.de ma.⁊ obe.
⁊ aliquid etiā tetigit Inno.de appel.iudicialibus.in.c.j.de his
que fiunt a ma.par.ca.¶ Itē aduerte quia Inn.hic videť quo
dammodo sibi cōtradicere circa receptionē testium.Nā in vna
parte videť velle ꝙ si appelletur ab eo dicať appellatio extraiu-
dicialis.in alia parte videť velle ꝙ dicatur iudicialis.¶ Potes
cōcoꝛdare per ea que habētur in cle.j.de offi.dele.⁊ in.c.sup que-
stionū.§.j.j̃.de offi.deleg.qꝛ si erat purus ⁊ merus receptoꝛ nul-
lam habens iurisditionē super exceptionibus cōtra testes infra
terminū ꝓcedat pꝛimū dictū al's ꝓcedat scꝺm.¶ Et adde etiā
9 pꝛedictis qꝛ do.Car.flo.dicit † ꝙ factū post ⁊ cōtra appellationē
extraiudicialē regulariter nō eit nullū:fallit in sentētia censure:
hoc est excōmunicationis.vt.j̃.de sen.excō.per tuas.de offic.de-
a leg.cum cōtingat.¶ In gl.reuocare[a] ibi:sepe eñ sunt vocandi.
sed certe imo sufficit vna vocatio in ipsis extraiudicialibus nisi
expꝛesse reperiatur oppositum.per id quod notatur per gl.xviij.
dis.si eps.⁊ in.c.cū causa.j̃.de offi.dele.⁊ per legistas in.l.qui ro-
me.§.coheredes.ff.de ver.obli.⁊ hoc etiā voluit hic Innocē.nec
ob.c.plebs.alleg.in gl.qꝛ illud fuit de grā vel ad cautelā.¶ In
10 ea.gl.ibi statuto eius termino.nec ob.† ꝙ par in parē nō habet
imperiū.vt.j̃.c.pꝛoxi.qꝛ respondeť ſm Inn.ꝙ nō pꝛopꝛie citēt
sed monent ⁊ denūtient.s.ꝙ tali die fiet electio.facit qꝺ notatur
in.c.cū causam.j̃.de offi.dele.¶ In ea.glo.in fi.Host.dicit verā
11 opi.glo.† quādo due partes canonicoꝛū sunt pꝛesentes ex causa
artant terminū iuris.alias si deficiat alterum pꝛedictoꝛū pꝛoce
dat opi.Jo.and.in regu.indultum.de regu.iur.in.vj.Tu potes
cōcludere tres casus.¶ Pꝛimus est quando cōuocantur cano-
nici per illum ad quē spectat de cōsuetudine vel de iure ⁊ quis
sit ille notatur per Inno.j̃.in.c.j.de ma.⁊ obed.quia ille qui ma
ioꝛ est dignitate ⁊ illo deficiēte ille qui maioꝛ est oꝛdine.⁊ illo de
ficiente ille qui antiquioꝛ est tempoꝛe.¶ Secūdus casus quan-
do non est aliquis pꝛedictoꝛū.¶ Tertius casus est qñ capitulū
fuit legitime cōgregatum:⁊ statuit etiā diem ante terminū iuris
an si postea in die illa nō veniant omnes poterit pꝛocedi.pꝛimo
casu cōclude ꝙ si ad vacationē factam per pꝛedictum qui habet
potestatem conuocandi capitulū compareant due partes pote
rit pꝛocedi ad electionē ⁊ tenebit qꝺ facit maioꝛ ⁊ superioꝛ pars
illarū duarū partium.j̃.eod.quia pꝛopter.⁊ hoc etiam tenet do.
Cardi.flo.⁊ idem do.Ant.de bu.⁊ voluit Inno.in.c.ij.de noui
ope.nuntia.⁊ sic non est necesse ꝙ alia causa subsit artādi termi
num:quia possunt pꝛocedere etiā infra terminū iuris ad pꝛoui-
dendum ecclesie.j̃.eo.c.quia pꝛopter.⁊.c.ne pꝛo defectu.Si autē
nō compareant due partes tunc ex quo non instat terminus iu

a ¶ In glo.re-
uocare.hec gl.
est ad hoc cuꝫ
quériť an ma-
ioꝛ pars capi-
tuli possit re-
stringere ter-
minum a iure
pꝛefixum capi
tulo ad eligen
dum ⁊ mone-
re minoꝛē par
tem vt in ter-
mino assigna-
to ⁊ restricto
debeat inter-
esse ad electio-
nem faciendā.
vide hic plene
per Ab.in.v.
col.ver.in glo.
in ver.reuoca-
re.⁊ per Hen-
ri.boyc.in pꝛn.
vbi ponit di-
stinctionē pul
chꝛam.

ris nō poterit pꝛocedi ad electionem:quia virtus capitularis re
pꝛesentatur in duabus partibus facit qꝺ dictum fuit.s̃.c.pꝛoxi.
Si autē instaret terminus iuris tunc possunt pꝛesentes pꝛocede-
re ad electionem ⁊ teneret electio.etiam si facta sit a minoꝛi par-
te.etiam si ab vno:quia in illo videtur residere ius capituli.s̃.ti.
j.gratum.quod intellige alijs absentibus nō eligentibus.sed si
alij qui essent dupla pars congregarent se ⁊ pꝛocederent ad ele-
ctionem videtur qꝺ teneret electio quia nō est de substātia dum
modo sit in loco congruo ⁊ honesto ⁊ deputato pꝛo clericis.s̃.
eo.cū terra.tamē esset cassanda si esset facta nō vocato etiā vno
solo residēte in ecclesia.⁊ idē videť etiā si eo vocato:qꝛ electio fa-
cienda est in ecclesia si cōmode fieri potest.dicto.c.cū terra.ideo
non tenebatur ire sed potius ecōtra:qꝛ illi debebāt ire ad eccle-
siam.¶ Circa secūdū conclude qꝺ due partes capituli poterūt
se cōgregare ⁊ alios vocare:⁊ si veniāt ad diē statutam poterūt
pꝛocedere ad electionem.si vero nō veniant nihilominus si due
partes compareāt in termino indubitanter poterit pꝛocedi.Si
vero non cōpareant due partes:sed solū maioꝛ pars adhuc idē
ex quo determinatio fuit facta per capitulū.facit qꝺ no.Jo.an.
post Inno.⁊ Hosti.in.c.ecclesia.lo.ij.j̃.eo.Si autem minoꝛ pars
compareat est magis dubiū.Inno.videť velle qꝺ nō possit pꝛo
cedi qꝛ sicut capitulū expꝛesse posset reuocare diē ita ⁊ tacite vide
tur velle reuocare ex quo minoꝛ pars solū comparuit.Sed Ho-
sti.videtur velle oppositū qꝛ ex quo dies est statuta cōiter per ca
pitulum nō possunt singuli vt singuli reuocare factū capituli.s̃.
tit.j.bone.el.ij.⁊ istud tenet do.Ant.de but.nisi absentes se con-
gregarent ⁊ reuocarent diē:qꝛ tunc posset pꝛocedere opinio In
no.de materia in pꝛealle.c.ecclesia.j̃.⁊ in.d.c.ij.de oper.noui nun
12 tia.¶ †An autē in die ad quā vocantur absentes debeat fieri
electio de mane:an vero in sero.dic vt hic per Jo.an.¶ In gl.
penul.ibi Innoc.papa hec fuit additio ⁊ cōiter tenetur.¶ In
ea.glo.ibi acsi esset simpl'r postulatus.Aduerte tñ qꝛ si esset po-
stulatus ⁊ admitteretur postulatio intelligereť dispensatum.et
esset verus pꝛelatus:qꝛ admissio postulationis operatur id qꝺ
cōfirmatio electionis vt dictū fuit in.c.j.de postula.pꝛelatoꝛum.

1 ☞ Eligi non debet in episcopū illegitimus alias electio est nul-
la postulari tamen potest.
2 Confessionem secretam factam superioꝛi an licitum sit reuelare.
3 Confessio etiam secreta pꝛeiudicat confitenti quando fit in foꝛo
misto inter penitentiale ⁊ contentiosum.
4 Defectū manifestare tenetur elect⁹ cōfirmatoꝛi suo si quē patiť.
5 Confirmationem petere possunt eligētes sine confirmatoꝛe suo.
6 Par in parem non habet imperium.
7 Pꝛedecessoꝛ non potest imponere legem successoꝛi.
8 Illegitimus non debet eligi sed postulari.
9 Eligentes scienter indignum sunt eligendi iure pꝛiuati ⁊ in du-
bio pꝛesumitur ꝙ fuerint scientes.
10 Postulari potest is cuius electio cassatur.
11 Subscribere se debent eligentes in decreto electionis an talis
scriptura pꝛobet.
12 Decretum siue litera testimonialis electionis an sit de substan-
tia electionis.
13 Legitime natus dicitur siue ex legitimo matrimonio qui nasci-
tur ex cōcubina si postea cū ea fuerit cōtractum matrimonium.
14 Mandatum habens ad eligēdum si postulet videtur facere id
quod est vicinum mandato.
15 Episcopo in curia deposito non debent canonici sine literis pa
pe quibus depositus restituitur eligere.
16 Dispensare potest solus papa cum pꝛomouendo ad episcopa-
tum qui defectum etatis vel natalium patitur.

1 **Innotuit nobis.** †Illegitime na-
tus postulari po
test in epm sed non eligi:⁊ si eligitur electio est nulla.
Et tres sunt partes.Nā in pꝛima narrat factū.in se-
cunda allegat.In tertia diffinit ⁊ pꝛouidit.secūda ibi ꝗuis.ter-
tia ibi habito.¶ No.ꝙ aliqñ ecclesia cathedralis est regularis
⁊ non secularis sicut erat hic ecclesia Uingoꝛieñ.sic etiā dicitur
esse ecclesia Cantuariē.Cōiter tñ consueuit esse secularis seu secu
lariū clericoꝛū ⁊ nō religiosoꝛū.¶ No.ꝙ religiosi nedum dicun
tur habere cōuentū sꝫ etiā capitulū lꝫ aliqui dicāt seculares cleri
cos habere capl'm ⁊ religiosos habere cōuētū.⁊ sic cōiter vulga
riter cōsueuit dici.de quo etiā in.c.ij.j̃.de pꝛebē.¶ No.ꝙ licet di
spensetur cū aliquo in dignitate:nō tñ vr̃ dispensatū in epatu.fa
cit.j̃.de fil.pꝛesby.c.j.in.vj.hic eñ iste electus in epm erat archi-
diaconus qꝺ esse nō poterat sine dispensatione pape.j̃.de fi.pꝛe-
sby.c.fi.⁊ tñ nō potuit eligi ad epatū.facit qꝺ no.in.c.nos cōsue
2 tudinē.xij.di.¶ †No.ꝙ licitū est reuelare cōfessionē secretam fa
ctā superioꝛi qꝺ est verū qñ est facta supoꝛi vt iudici nō vt sacer
doti.vel qñ de volūtate cōfitētis manifestať.al's sec⁹.j̃.de adul.
3 significasti.⁊ de peni.oīs.¶ †No.ꝙ cōfessio ēt secreta pꝛiudicat
confitenti

confitenti qñ fit in foro misto inter penitentiale ⁊ contẽtiosum. ⁊ vbi fit tantũ ad finẽ repellendi a dignitate ⁊ nõ ad finẽ puniẽdi. facit qđ no. de eta. ⁊ quali. queris. ⁊ qđ no. Hostiẽ. in summa de scrutinio. §. fi. Et ibi appellatur forũ mistũ quãdo agit̃ de electione fienda. ¶ 4 † No. ꝙ electus tenetur suo cõfirmatori manifestare defectũ si quẽ patitur. Et sic no. ꝑmouendũ debere manifestare suã irregularitatẽ occultã. ¶ No. ꝙ negligẽte metropolitano potest peti cõfirmatio a papa. ¶ 5 † Et no. ꝙ eligẽtes possunt petere cõfirmationẽ sine electo. facit. s. e. post ꝗ. ¶ Nota ꝙ in electione debet interuenire decretũ subscriptionibus singulorũ eligentium roboratũ. an autẽ tale decretũ sit de substãtia. tãgitur hic in gl. ⁊ per glo. in. c. episcopus. lxj. dist. ⁊ de forma huius decre. plene in Spec. eo. titu. §. j. circa medium. ⁊ §. ij. in. ij. col. ⁊ per Guil. madagottis in parte. ij. c. xv. in libello suo de ele. ¶ No. ꝙ virginitas flori comparat̃ ⁊ flos appellat̃. ¶ Nota ꝙ ex ꝓhibitione actus nõ sequitur ꝓhibitio potestatis dispẽsandi. ¶ No. ꝙ intentio ꝓhibẽtis limitat̃ ad limites potestatis ipsius ꝓhibẽtis. ¶ 6 † No. illud vulgatũ qđ par in parẽ non habet imperiũ. et 7 multominus in maiorẽ. facit de ma. ⁊ obe. cũ inferior. ¶ † Not. ꝙ predecessor nõ põt imponere legem successori. potest tamen ei suã voluntatẽ indicare de rescriptis. c. fi. lib. vj. ⁊ sic intelligit̃. xij. q. ij. nõ liceat pape. ¶ Nota multa que habent inducere dispensationẽ ⁊ ad illam suadere ⁊ sunt in effectu. x. que patẽt ex litera. ¶ Nota ꝙ mitius agit̃ cũ sponte cõfesso ꝗ cũ conuicto. de quo l. di. presbyterũ. ⁊. j. de simo. i. c. de hoc. in. iij. gl. ¶ No. ꝙ illegiti- 8 mus nõ debet eligi † sed postulari. de quo plene. s. tit. proxi. c. fi. ¶ Nota ꝙ petendo postulationẽ admitti in effectu etiã peti vi- 9 detur dispẽsatio sup defectu. ¶ † Nota ꝙ vbi eligitur indign⁹ electio est ipso iure nulla. ⁊ eligẽtes sunt ipso iure priuati. Et no. ꝙ in dubio presumit̃ ꝙ fuerint scientes nisi aliud ꝓbetur ⁊ que sit ratio tangitur in gl. ex qua no. ꝙ circa factũ qđ quis tenetur indagare lʒ sit factũ alienum in dubio presumitur sciẽtia. secus si non teneatur indagare. l. fi. ff. pro socio. ⁊. j. de reg. iur. presumitur. in. vj. ¶ Nota iudicem ex officio repellere eum qui nõ habet mandatum vel excedit illud ⁊ sic videtur per gl. in. c. j. in ver. absentia. de ele. lib. vj. ¶ Posset tamẽ dici qđ hic loquitur in beneficialibus in quibus exuberat officiũ iudicis. vt in. c. cum nobis olim. s. eo. ⁊ sic in alijs forte de rigore nõ bene probatur de iure ⁊ maxime cũ iudiciũ agitatur cum procuratore falso. licet sit nullum quo ad preiudiciũ dñi nõ est tamen nullum quo ad preiudicium ꝓcuratoris. vt notatur in. l. licet. C. de procur. de quo dixi in. l. inter quos. §. alieno. ff. de dã. infec. ⁊ in. l. iiij. hoc autẽ. e. titu. ¶ Nota. arg. ꝙ siquis deponatur in curia capitulũ nõ debet eligere priusꝗ literas pape recipiat. qđ est hodie expeditũ ex quo vacat in curia. j. de preben. c. ij. lib. vj. ¶ No. ꝙ habẽs mandatũ ad petendũ ea que sunt de iure cõi non potest petere ea que sunt 10 de iure speciali. ¶ † No. ꝙ ille cuius electio est cassata potest postulari. Et ex hoc no. ꝙ vno ꝓhibito nõ tamen videtur prohibitum id per quod deuenitur ad illud. de quo. j. de regu. iur. cũ qđ vna via. lib. vj. ¶ In gl. ij. ibi ⁊ formã electionis supple. ⁊ etiam modum vacationis. j. de renun. post translationẽ. cum ibi notatis. Et sic apparet ꝙ decretũ de quo hic loquit̃ ⁊ scriptura que debet continere illa que tangit gl. ⁊ dicitur decretum a decerno quod idẽ est quod ordino vel dispono: ⁊ sic decretum electionis scriptura continens dispositionem seu ordinationẽ electionis.
11 ¶ † In eadem glo. ibi sigillum capituli supple vel aliud autenticum. An tamen ista scriptura probet fuerunt opi. nam Inn. voluit ꝙ nõ quia est litera testimonialis ⁊ in facto ꝓprio ipsius capituli. Ideo quo ad alios nõ debet probare per regulã res inter alios acta. sed Hosti. dixit ꝙ prima facie facit fidem ⁊ ei stari debet nisi pars aduersa neget illa que continentur in illa. arg. c. j. de procura. ⁊. j. eo. scriptum. Sed do. Anto. de but. dicit ꝙ si scriptura esset manu tabellionis qui singulis actibus interfuisset ⁊ de eis attestaretur quod tunc faceret fidem. per id quod no- 12 tatur in. c. quoniam cõtra falsam. j. de proba. ¶ † In ea. glo. ibi non est de substantia. hec opin. cõmuniter tenetur ⁊ notatur. lxj. dist. in. c. episcopus. ⁊ licet aliqui distinguant inter decretũ electionis ⁊ decretum postulationis vt primũ non sit de substãtia scđm sic. tamen cõmuniter tenetur qđ neutro casu est de substantia per not. in dicto. c. episcopus. ⁊ per ea que habentur in. §. sed aliud. lxj. dist. ¶ In ea. gl. ibi ita est de substantia. inepte loquitur gl. quia licet forma sit de substãtia ⁊ illud quod sequitur nõ tamen per hoc sequitur qđ decretũ electionis seu litera testimonialis ipsius electionis debeat dici de substantia. ¶ In gl. coniugata ibi quid si contraxisset postea cũ ea. referas gl. ad text. nõ autem ad proximã partem glo. ¶ In eadẽ glo. in fi. cum gl. tamen cõmuniter transeunt doct. excepto Raymundo. Sed tene glo. per. c. tanta. alleg. in glo. Et intellige glo. procedere quando matrimonium erat iam subsecutum anteꝗ eligeretur. nam si ante fuisset electus electio fuisset nulla a principio. ideo nõ firmaretur postea tractu tp̃is. j. e. auditis. ⁊. j. de reg. iur. nõ firmat̃. li. vj.
13 ¶ † Et no. ex hac gl. iũcto. c. cũ in cunctis. s. eo. qđ satis dicit̃ legitimo matrimonio natus qui nascitur ex cõcubina si postea cũ illa fuit contractũ matrimoniũ. ⁊ sic facit fm Ant. de but. qđ statutũ loquens de legitime nato etiã in tali vendicat sibi locũ. Et similiter si alicui sit facta substitutio si decesserit sine filijs legitime natis deficiat sibi substitutio per subsistentiã talis legitimati per subsequens matrimoniũ. de quo etiã per eũ. j. qui fi. sint le. per venerabilem. ⁊ qđ nota. per Ioã. an. in. d. c. tanta. j. qui fi. sint legi. ¶ In gl. sup verbo: innuit nullã esse. ibi quo ad vtrũqʒ est canon late sentẽtie. Et pro hoc. j. e. si cõpromissarius. §. porro. in. vj. vbi videt̃ hec opi. approbari. Et de materia. j. eo. cumana. ¶ In gl. in scholis. in fi. adde quod not. gl. in. c. prophetauit. j. q. j. ¶ In gl. ignorantiã. in fi. ⁊ sic videtur velle glo. qđ dupliciter possit ꝓbari hec ignorantia. Primo si probant se diligentiã adhibuisse inquirendo. facit qđ habetur in tex. ⁊ gl. in. c. ad falsariorum. j. de crimi. fal. itẽ per iuramentũ. Itẽ probatur tertio si cõiter reputabatur legitimus. facit. l. j. C. de testa. Et qđ no. glo. in. c. siquis a simoniacis. j. q. j. dicit tñ hic do. Cardi. flo. qđ si cõmuniter habitus fuisset pro illegitimo nõ sufficeret ꝓbatio p iuramentũ ꝓpter magnã presumptionẽ que esset tũc cõtra allegãtem ignorantiã. ⁊ hoc fuit de mente gl. in. c. ꝓposuisti. lxxxij. dis. ⁊ sic glo. procedit quãdo cõiter habebat̃ pro legitimo vel saltem
14 quãdo nõ habeoat̃ cõiter pro illegitimo. ¶ † In ea. gl. sed petendã. in fi. ratio est qꝛ habens mandatũ ad eligendum si postulet videtur facere id qđ est vicinũ mandato: qꝛ postulãs eligit ꝑsonam in effectu que ꝑfici debeat ecclesie. ideo põt postulare. ar. l. iij. §. j. ff. iudi. sol. ⁊ in. l. iam tñ. §. in hac. eo. tit. sed in casu isto habebat mandatũ ad petendũ confirmationẽ: ideo si nõ potest cõfirmari electio nõ potest petere dispensationẽ: qꝛ talis petitio nõ cõformatur electioni: nec etiã postulationi qꝛ nõdum postulatio
15 facta est. ¶ † In gl. pe. in fi. Cõclude qđ si restitutio facta est ad iecta clausula decreti tunc recuperat restitutus episcopatũ non obstante electione interim facta que ꝓpter decretũ reddit̃ nulla. sed si nõ est appositum decretũ tũc si est electio facta ante restitutionẽ non recuperabit restitutus episcopatũ: qꝛ restitutio in dubio intelligitur sine preiudicio iuris tertij. de rescrip. Quis. in. vj. secus si est facta electio post restitutionẽ: quia illa censetur nulla tanꝗ facta de dignitate nõ vacãte ex quo precedit restitutio. j. de conces. preben. c. j. ⁊ hec vera qñ episcopatus nõ vacauit in curia. nã si vacaret in curia tunc nõ posset se intromittere capitulũ sine licẽtia pape. vt. j. de prebẽ. in. vj. in. c. ij. nisi diceres illã decretalem nõ habere locũ in episcopatibus. de quo notat̃ ibi per gl. Hodie tñ papa reseruat sibi oẽs dignitates episcopales ⁊ superiores ⁊ etiã regulares prelaturas. vt patet per regulas cãcellarie. In gl. vlti. ibi. ar. j. aliqui habẽt argumentũ cõtra. Sed tunc
16 solue qđ ibi illud † de speciali mandato pape fuerit factum. Et conclude qđ cũ promouendo ad episcopatũ si patitur defectum natalium vel etatis solus papa dispensat. Et idẽ videtur si quẽcunqʒ aliũ defectum patiatur per ea que notat Inno. in. c. fi. s. titu. j. saluo nisi sit defectus ordinis: quia in illo est dicendum prout hic ⁊ in. c. a multis. j. de etate ⁊ quali. vbi per glos.

a ¶ Cum inter. in hoc. c. solet queri an elect⁹ semel repulsus possit iterum eligi. vide hic di. do. Henri. bo. in princi. c.

1 Notarius an requiratur in electione.
2 Electio in quo loco sit facienda vel in choro vel in capitulo.
3 Morbum epilenticum patiens nõ est aptus ad eligendum seu ad beneficium ecclesiasticum.
4 Electio fieri debet de gremio ecclesie si ibi reperiatur idoneus.
5 Electio fieri potest etiam per compromissarium de clerico alterius ecclesie.
6 Scriptura de electione fieri debet in qua subscribere se debent eligentes.
7 Semel repulsus tanꝗ inhabilis propter morbum non presumitur hodie inhabilis nisi probetur. ⁊ nu. 11.
8 Appellari potest ante electionem contra certam personam ne eligat vel eligatur.
9 Capitulum representatur in maiori parte.
10 Expensas quas facit capitulum in electione an recuperabit de bonis prelature.
12 Liberat⁹ a morbo presumitur qui illũ nõ fuit passus per annũ.
13 Plura iura si in eadẽ persona ex personis diuersorum concurrunt talis persona fungitur vice duarũ vel pluriũ personarum.
14 Dictio quasi qñqʒ est nota veritatis quãdoqʒ improprietatis.
15 Variare non licet in electione publicato scrutinio.
16 Excipiens si offert se incontinenti paratum probare exceptionem si non admittitur exceptio et appelletur attentata veniunt reuocanda.

a **Cum[a] inter canonicos.** Electus a maiori parte capli si sit idone⁹ ⁊ cõsenserit electiõi vł continuare velit refutari nõ potest. h. d. Et primo ponit factum

et partium allegationes.secũdo illud diffiniendũ cõmittit.scđa ibi discretioni.¶In tex.ibi sauonẽsi.ꝛ.ĩ.deciditur quomodo ipse Stephanus subdiaconus ne fieret cõtra obiecta ꝑ eũ appellauit ad Mediolaneñ.archiepm̃.postea partes corã eo cõparuerunt non obstante appellatione ꝓcessum fuit ad electionem:ꝛ postea tractu temporis archipresbyter ꝛ subdiaconus fuerũt corã archiepiscopo ꝛ compromiserũt in eum vt sequitur.¶In tex.ibi confirmauit.ꝛ.ĩ.deciditur ꝙ ab isto processu archiepi archipresbyter appellauit ad papã ꝛ propter hoc partes erãt in curia.vt patet ex prin.¶No.ꝙ in electione interdũ interuenit cõsensus singularis ꝛ etiam cõmunis.nam singularis respicit cõsensum qui prestatur in scrutinio.ĩ.eo.quia ꝓpter.sed cõmunis respicit actum electionis.ĩ.eo.in genesi.¶No.quẽ appellari ꝓcuratorẽ capituli:licet aliqui cõtradicãt dũmodo maior pars consenserit de quo aliquid in glo.¶Not.ꝙ requiri videt̃ ꝙ electio fiat per

1 notariũ per text.†dũ dicit in scriptũ publicũ qđ habet sigillum capituli.de quo.ĩ.eo.qꝛ propter.ꝛ aliquid dictum fuit.s̃.c.pxi.

2 ¶†No.ꝙ in capitulo faciẽda est electio.alibi vero dicitur qđ in choro.s̃.eo.cũ nobis olim.Dic qđ attendit̃ cõsuetudo ecclesie.

3 vt notat̃.s̃.eo.cũ terra.¶†No.ꝙ patiẽs morbũ epilẽtie seu morbum nõ est habilis ad eligendũ seu ad beneficiũ ecclesiasticum.

4 de quo.xxxiij.di.in.c.cõmuniter.ꝛ.vij.q.ij.in summa.¶†Nota electionem fiendã de gremio ecclesie si reperiatur in eo aliqs idoneus.de quo.xxiij.di.in nomine.ꝛ etiã hic per glo.¶Nota ꝙ interdũ quis eligit vt cõpromissarius ꝛ cõfirmat vt alius facit.s̃.eo.cũ inter vniuersas.¶Nota ꝙ cõpromitti potest in ordinariũ etiã de causa spũali.de quo.ĩ.de arbi.cũ tpe.ꝛ.c.cõtingit.¶No

5 ta†ꝙ electio potest fieri etiã per cõpromissariũ de clerico alteriꝰ ecclesie.facit.ĩ.eo.de renun.post translationẽ conuenientius tamen est qđ fiat de gremio ecclesie si est ibi quis idoneus.vt p̃dixi sed per hoc nõ irritabitur electio.¶Nota ꝙ electus a saniori et maiori parte capituli debet obtinere.de quo plene.ĩ.eo.qꝛ pro

6 pter.¶†Not.ꝙ de electione fieri debet scriptura que etiã debet subscribi per eligẽtes.de quo.s̃.c.proxi.¶No.ꝙ per cõsensum eligentiũ ꝛ electi cõtrahitur matrimoniũ seu vinculũ matrimoniale.Nam sicut per mutuũ consensum cõtrahitur matrimoniũ carnale sic ꝛ spũale quasi ad ipsius exemplũ.facit qđ habetur in

7 c.qm̃ frequẽter.§.si vero.ĩ.vt lit.cõtesta.¶†No.ar.pro ꝛ cõtra.qđ semel repulsus tanꝗ inhabilis ꝓpter morbũ nõ presumat̃ hodie inhabilis nisi ꝓbetur.vt hic videt̃ ꝓbari in ver.nisi sufficienter.lꝫ contrariũ videatur posse colligi in principio decreta

8 lis ꝛ etiã ex fine.de quo tanget̃ cũ gl.¶†Nota ꝙ appellari põt etiã ante electionẽ.ꝛ talis appellans cõtra certã personã ne eligat vel eligatur seruare debet formã decretalis vt circa.ꝛ.c.qui cõtra.ĩ.eo.in.vj.¶No.ꝙ nõ sufficit appellatũ esse ex aliqua causa nisi probet̃ veritas cause.qđ ꝓcedit fm Inn.in appellatione extraiudiciali etiã si oblata fuerit ꝓbatio ꝑ excipientẽ ꝛ appellantem:lꝫ secus sit in appellatione iudiciali per.c.interposita.ĩ.de appel.¶In gl.j.ibi si singulorũ nomina ꝛc.An tñ nomina illorũ qui cõsenserũt ꝛ sunt maior pars debeãt exprimi in ꝓcuratorio.An vero sufficiat qđ in instrumẽto dicat̃ qđ capl'm cõstituit talẽ procuratorẽ dicetur in.c.fi.ĩ.de ꝓcu.ꝛ notat̃ ꝑ Bar.

9 in.l.j.ff.de albo scriben.¶†Et ꝓ dicto gl.qđ capitulũ representetur in maiori parte.bene facit qđ habet̃ in.c.j.ĩ.de his q̃ fiũt a ma.par.ca.ꝛ in.l.cũ maior.ff.ad municipa.¶In ea.glo.ibi habebit expensas de capl'o.ꝛ hoc clarũ ex quo agit de mandato ca

10 pituli.facit.l.j.ꝛ.ij.ꝛ qđ ibi notatur.C.mãdati.¶†An aũt capitulũ possit recuperare expensas de bonis prelature ad quã facta est electio.recurre ad ea que notãtur in gl.in.c.cupiẽtes.ꝛ in glo.fi.ĩ.eo.in.vj.ꝛ.ĩ.eo.c.preterite.super quo instabant hic aliqui et

11 precipue Hosti.¶†In gl.recusatus ibi qꝛ nõ cõstabat illũ ꝛc.Et sic vult gl.ꝙ sufficiat apparere illũ aliter fuisse repulsum propter morbũ:lꝫ non ꝓbatur aliter qđ patiat̃ morbũ de p̃senti.sed Inno.ꝛ Hosti.tenent contrariũ per text.in ver.nisi sufficienter.vbi litera nõ dixit nisi sufficiẽter sit ostẽsum eũ morbo epilẽtico laborare.ꝛ sic nõ retulit se ad allegationẽ partis superius factã nec obstãt alleg.in gl.qꝛ loquuntur quãdo quis aliter fuit repulsus ꝓpter crimen quo casu grauata est eiꝰ opi.rõne criminis.ĩ.de testi.testimoniũ.ideo nõ debet ꝓmoueri.ĩ.de accu.in.c.omnipotens.que ratio cessat qñ repulsus est propter morbũ.sed Joã.an.tenet cũ gl.per tex.in fi.dũ dicit:dũmõ a morbo sit immunis obiecto.ꝛ sic innuit sufficere aliter eũ repulsum propter morbũ nisi ꝓbet se immunẽ.ꝛ hãc opi.etiã sequit̃ do.Ant.de but.ꝛ fm hoc qđ dicit̃ in ver.nisi sufficiẽter sit ostensum.debet intelligi vere vel presumptiue:vt qꝛ cõstet eũ aliter repulsum cum p̃sumptio trãsferat onus ꝓbãdi in aliũ vt notatur.ĩ.de eccle.benefi.vt nostrum.ꝛ.C.de ꝓba.i.l.siue possidetis.Sed do.Car.flo.tꝫ opi.Inno.per istũ tex.in ver.nisi.qꝛ presumit̃ a morbo liberatus saltẽ ꝑ lapsum anni.per id qđ dr̃ in.c.cõiter.xxiij.di.nisi esset talis morbus qui de facili nõ cõsueuit recedere.per id qđ no.per glo.in.c.fi.ĩ.de succes.ab intesta.Et cõcordat alia gl.licet nõ alleget in.c.indicas.iij.q.ix.sed tutius est tenere cũ gl.per text.in ver.dũmodo.ꝛ qꝛ nõ cõstabat hic lapsum esse annũ.preterea in.c.cõiter.cõstabat eũ tũc nõ pati.Sed dubitabat̃ an perfecte esset liberatus.

12 Nam†presumitur si ꝑ annũ continuũ appareat ipsum non esse passum morbũ.sed hic ista nõ apparebãt.ꝛ ideo nõ habet obstare dictũ.c.cõiter.¶In gl.nec ad aliã ecclesiã.ibi Tãcre.dicit.et hec opi.cõiter tenetur per istũ tex.ꝛ per ea q̃.ĩ.dicit gl.ꝛ etiã confirmauit ibi.ꝛ tanꝗ archieps̃ cõfirmauit:ꝛ sic diuerso iure:quasi secus si eodem iure haberet p̃dicta facere.forte ex priuilegio.ꝛ

13 sic loquit̃.c.in synodo.alleg.in gl.¶†In ea.gl.in fi.ꝛ ꝓ hoc facit qꝛ qñ plura iura ex ꝑsona diuersorũ cõcurrunt in eadẽ ꝑsona ille talis in quẽ cõcurrunt fungit̃ vice duarũ personarum.l.tutorem.ff.de his quibus.vt indig.ꝛ.d.c.cum inter vniuersas.ad fi.s̃.eo.ꝛ.ĩ.de ap.c.pe.lib.vj.¶In gl.super ver.subscriptã.ibi:sed non est verũ.Nec ob.iste text.qꝛ nõ debet sumi argumentũ a cõtrario sensu:quia resultaret iuri contrarius intellectus.vt patet in.c.publicato.ĩ.eo.ꝛ no.glo.in.c.vno.de eta.ꝛ quali.in.vj.ꝛ qđ hic dicit̃ de subscriptione ad maiorẽ euidentiã dixit.quia tunc multominus possunt dissentire.ꝛ eodẽ modo respõdet ad.c.quãto.Ad.c.olim dic qđ ibi loquitur in prescriptione que debet esse cõtinua nõ interrupta.ĩ.de prescrip.illud.ꝛ.c.ex transmissa.hic ex electione statim est ius quesitũ electo.Ad.c.saluberrimũ.dic qđ ibi requiritur scriptura vt melius possit ꝓbari:nõ qđ sine ea

14 actus nõ valeat.facit.l.cõtrahitur.ff.de pigno.¶†In gl.quasi in fi.vel dic ꝙ dictio quasi hic est nota veritatis.vt notat̃ ĩ simili.in.c.parrochianos.ĩ.de deci.licet quãdoqꝫ sit nota improprietatis.facit qđ notatur per legistas in.l.si ante nuptias.ff.soluto matrimonio.vel dic vt dixi in notabilibus.¶In gl.ex alijs.in fi.dic ꝙ quo ad tex.idem in postulatione ꝛ electione.sed quo ad

15 alium est differẽtia†quia publicato scrutinio in electione nõ est licitũ variare.ĩ.e.publicato.secꝰ in postulatiõe si nõ sit superiori

16 presentatus.vt in.c.bone.ij.s̃.ti.j.ꝛ ibi dictũ fuit.¶†Extra gl.diligenter no.dictũ Inn.qui hic limitat.c.interposita.ĩ.de appel.inquantũ ibi dicit̃ qđ si excipiẽs offert se incõtinenti paratũ probare exceptionẽ si nõ admittitur exceptio ꝛ appelletur qđ eo ipso iustificata est appellatio vt interim attẽtata etiã si sit appellatum a grauamine ꝛ nõ a diffinitiua veniãt reuocanda ꝛc.alio nõ deducto in causa appellationis.nã illud verũ in appellatione iudiciali.secus in extraiudiciali in qua oblatio ꝓbationis nihil operatur:qꝛ ꝓbatio fienda est iudici ꝛ in iudicio facit.l.legata.ff.de ꝓba.ꝛ ideo extra iudiciũ talis oblatio nõ operabitur.et per hoc infert̃ qđ si corã capl'o hec opposita fuit exceptio.ꝛ etiã facta oblatio nil operabitur si capl'm noluit recipere et fuit appellatũ qꝛ capl'm est pars:ꝛ sic nõ tenebatur recipere ꝓbationẽ si nõ volebat.secus dicit si coram cõfirmatore opponit̃ exceptio ꝛ fiat oblatio cũ ille habeat vt iudex ꝓcedere.vt.ĩ.eo.c.fi.in.vj.et ĩ.c.proxi.¶Itẽ secus fm Inno.si corã executore vel prouisore intellige si vt iudex volebat ꝓcedere qđ poterat per no.in.c.fi.ĩ.de presum.per Inno.alias secus.Et per predicta etiã patet qđ si eps̃ paratus sit cõferre titio beneficiũ ꝛ aliquis corã eo proponat qđ titius est periurus:ꝛ per hoc nõ debet sibi cõferri.ꝛ offert se statim paratũ probare:an si eps̃ non recipit probationẽ sed cõfert ipsi titio ꝛ ꝓpter hoc appellatur an teneat collatio.¶Nam decidit ꝙ sic:qꝛ licet episcopus sit ordinarius in actu collationis procedit extraiudicialiter.ꝛ vt quilibet alius habens potestatẽ conferendi:ideo nõ irritabitur collatio nisi probetur veritas exceptionis corã superiore in causa appellationis.de quo hic plenius per eum ꝛ.ĩ.de appel.constitutis.ij.ꝛ tene bene mẽti istam differentiam inter appellationem iudicialem ꝛ extraiudicialem.aliam habuistis.s̃.e.cum nobis olim.

1 ☞Canonicatus non est dignitas equiparatur tamen habenti dignitatem quo ad potestatem recipiẽdi commissionem a sede apostolica.

2 Eligi ad dignitatem an possit existens in minoribus ordinibꝰ tantum.et nu.4.

3 Minor an agere possit in spiritualibus ꝛ an contra minorẽ absentem procedi possit.

4 Dignitatem vel beneficium curatum obtinere an possit constitutus in minoribus ordinibus tantum.

5 Initium in contractibus inspici debet.

a **Oudũ ad audientiã.** Electus a maiori parte capituli si sit de p̃nti ꝛ tpe electionis ẽt erat idoneꝰ cõfirmat̃.Si vero tpe electiõis erat ĩdignꝰ ꝛ fuit sciẽter electꝰ tũc electio a maiori parte cõfirmabit̃ si sit ĩdignꝰ.h.d.Et q̃tuor sunt ꝑtes p̃ncipales.Nã p̃mo ponit decise cõmissionẽ priꝰ factã.scđo ponit ꝓcessum iudiciũ ꝛ remissionẽ.tertio ponit vnius partis cõparitionẽ ꝛ alterius cõtumaciã.quarto examinat ꝓcessũ nõ plene remissũ quẽ iõ sub certa forma diffiniẽdũ cõmittit.

a ¶Dudũ.Super hoc.c.solet queri nũquid episcopi possint dispẽsare super etate ꝓmouendorũ.distingue fm Henri.boych.hic prope p̃n.

committit.scda ibi ipse vero.tertia ibi cumqz quarta ibi gestis. ¶No.qd quãqz nominatur ecclesia sub nomine ciuitatis:z nõ sub nomine cei[?] sancti.z tũc intelligit de cathedrali vt no.glo.in.c. quis.j.de prebẽ.in.vj. ¶No.plura q̃ incũbunt iudici z potissime in causa cõfirmationis electionis.facit.j.de proba.qm̃ ɔtra. ¶No.q interdũ fit cõmissio iudici vt causaz terminet si de partium fuerit voluntate.al's causam remittat instructã. ¶Et no. q si tũc vna partiũ asserit se nolle stare sententie debet causa remitti. ¶Et no.etiam q tũc põt remittẽs terminũ statuere partibus vt se p̃sentent corã superiore.qd p̃cedit etiã si litere in quibus mandat fieri remissio,hoc non cõtineant expresse vt notat Jo.an.post Inn.j.de accu.c.si. ¶No.q iudex debet diligẽter oia acta inspicere anteq̃ p̃nuntiet.facit.xxx.q.v.iudicantem. z C.de edẽ.in.l.is apud quẽ. ¶No.q interdũ persona accipit p̃ habẽte personatum.alibi ponit pro habente rectoriã vt in.c.ex

1 parte.s.de rescrip. ¶†No.q canonicus ex hoc solo qd fit canonicus non dicit esse in dignitate equiparatur tamẽ habenti dignitatẽ quo ad ptãte recipiẽdi cõmissionẽ a sede apostolica vt in.c.statutũ.de rescrip.in.vj. ¶No.q lz papa presumat habere notitiã allegationũ que cõsistunt in iure.ar.c.j.de cõsti.in.vj.tñ secus est in allegationibus partiũ que ɔsistũt in facto. ¶No.q vbi causa nõ est sufficienter instructa non debet procedi ad sententiã etiam contra contumacẽ. ¶No.q vbi est in causa conclusum ferri debet snĩa ex actitatis nõ aũt ex actitãdis qz nihil debet post illam actitari.j.de procura.auditis.de fi.instru.cum di-

2 lectus. ¶†Not.q electo ad dignitatem obstare habet defectus ordinũ etatis vel scientie.z sic videt hic casus qd existens in minoribus ordinibus nõ possit eligi ad dignitatem. facit qd not. s.ti.j.c.fi.de quo in.c.cum ex eo.e.ti.lib.vj.z de eta.z qua.c.vno.

3 eo.li.z de prebẽ.si p̃ clericis.eo.li.vj. ¶†No.q etiam cõtra minorẽ absentẽ procedi potest in sp̃ualibus.nam minor in eis videt habere potestatem agendi iuxta id quod no.per gl.in.c.ex parte.M.de resti.spo.z.l.ait pretor.in prin.ff.de iudi.z facit qd habetur in tex.in.c.fi.de iudi.in.vj. ¶Not.q ibi adest impedimentũ presumit malus zelus in eligentibus nisi probet ignorantia facit.s.eo.innotuit. ¶No.q vt cassetur electio non videtur sufficere qd cõstet nõ idoneum esse electũ:sed de hoc dic plene.vt.no.per Jo.an.super regula infamibus.in mercuria.in.vj. Nam quo ad petentẽ cassationẽ fieri non videt hoc sufficere: qz non per hoc apparet probatam eius intentionẽ.ideo debet p̃bare defectum.al's succũbet per regulã.l.qui accusare.C.de edẽdo.qz actore non probante zc.sed si electus vult cõfirmari debebit p̃bare se idoneum:nec sibi sufficiet qd non constet de opposito.facit q habet.s.c.proxi.z.c.cum nobis olim.in fi. ¶No.q licet numerus multum excedat tamen plene debet fieri triplex collatio.de qua in.c.in genesi.j.eo.z in isto excessu qñ multũ dicatur excedere nõ est ad superioris arbitriũ recurrendũ cum sit hodie determinatum.j.e.si quãdo.lib.vj.de quo in .c.ecclesia.ij.

4 j.eo.licet Inn.hic tangat. ¶†Ante gl.hic tangit Jo.an.An constitutus in minoribus tantũ possit eligi ad dignitatẽ vel ad beneficiũ curatum z finaliter remittit ad no.in.c.vno.in vlt.gl. de eta.z quali.lib.vj.z eo.lib.de elec.cum ex eo.vbi videt concludere qd non per istũ tex.qui nõ reperit correctus in electione. lz sit secus qñ prouidet per viam collationis vt in.c.cum ex eo.eo. tit.lib.vj.vel per viam presentationis z institutionis. vt in.c.j.z ij.de instit.in.vj.vel per viam rescripti apostolici vt in.d.c.si pro clericis.z istud sequitur hic do.Ant.de bu.sed Jo.cal.dicit oppositũ concludens istũ textũ hodie esse correctũ per iura proxime allegata.Et qz si non vitiat rescriptũ apostolicũ qd est ambitiosum z restringendum.c.quis.j.de preben.in.vj.multominus dz vitiari electio que est via ordinaria iuris cõmunis.z hanc opi.tenet etiam do.Car.flo.dicens eam esse cõmunem modernorũ: lz certe de iure verior videt opi.glo.z Jo.an.qz in materia correctoria nõ est licitũ facere extensionẽ etiam per idẽtitatẽ rationis per ea que no.glo.in.c.constitutionẽ.de regula.in.vj.z de regu. iu.que a iure.eo.li.z per Jo.an.in regula odia.z per id qd habetur in cle.auditor.de rescri.z qd plene dixi in.l.si vero.§.de viro. ff.solu.matri.z per id qd no.legiste in auf.quas actiones.C.de sacrosan.eccle.tenet quod placet. ¶In glo.procedendũ.in fin. vel dic quod si fuisset causa appellationis non fuisset processum ex quo causa non erat sufficienter instructa:quia tunc eadem est ratio.z per consequens idẽ ius.s.de consti.translato. ¶In gl. electionis tempore.ibi z sic loquunt cõtraria.Et adde quod ha-

5 bet in tex.z gl.j.de reg.iu.nõ firmat.in.vj. ¶†In ea.gl.ibi sol. verũ est.aduerte qz theorica gl.nõ bene instruit.vnde melius potes dicere quod quo ad valorẽ actus inspicimus initiũ:qz id qd a principio nõ valet tractu temporis nõ firmat vt in dicta regula non firmat:sed quo ad alia interdum inspicimus principiuz interdum mediũ interdũ finem prout suadet ratio subiecte materie.facit qd no.in simili in.l.qui autem.ff.de his que in fraudẽ

creditor. ¶In ea.glo.ibi sequitur condẽnatio:hoc verũ si causa non fuit expressa vt in.c.abbate.de re iudi.in.vj.secus si causa fuisset expressa vt ibi nisi salues glo.scdm terminos legum inferius allegatarũ.facit quod no.in.l.non potest.ff.de iudi. ¶In gl.penul.ibi qui appellauit.preterea potest dici qd hic erat prope finem anni.facit qd habetur in auf.item si appellatiõe.C.de tempo.appel. ¶In ea.glo.ibi citato legitime.Idem si interueniat aliquid loco citationis vt hic erat statutio termini facta per iudicem remittentem causam.facit.j.de appella.intimasti. cum ibi notatis.z in.c.sepe.

1 Postulandus est episcopus sed non eligendus.
2 Postulatus si administrat in temporalibus z spiritualibus gerendo se pro prelato anteq̃ postulatio sit admissa vel confirmata postulatio ipso iure redditur nulla.
3 Absentes si timẽt de violentia non tenentur comparere in ecclesia in qua violẽtia timet:sed locus oibus tutus assignandus erit.
4 Appellatio ne ad electionem p̃cedatur comprehẽdit etiam postulationem que postea fieret.
5 Inquisitio quãdo fit ad alicuius instantiam recipi debẽt testes quos ipse nominat.
6 Citatio non requiritur in notorijs.
7 Negatiua non coartata probari non potest.
8 Testes singulares nõ p̃bant.Et qñ dicantur singulares.
9 Capitulũ qñ est citandum sufficit quemlibet de capitulo citari.
10 Eligentes si oẽs priuant ptãte eligendi propter delictũ:deuoluitur potestas ad papam.Secus si per negligentiam.
11 Electio que fit post appellationem legitimã nõ est ipso iure nulla cassanda tamen est.
12 Matrimonium spirituale per metum factum nullum redditur sicut carnale.
13 Factum si est notorium recipi possunt testes etiam parte absente z non citata etiam non iurati.
14 Negatiua facti indeterminati:qz p̃bari non potest transfertur onus probandi in aduersarium.
15 Probatio quando fieri possit indirecte.
16 Negans solennitatẽ adhibitã in cõtractu an debeat probare.
17 Soluendo nõ esse quis presumit qz nascitur nudus.
18 Super etate fundãs intentionem suam illã probare debet siue super maiori siue super minori etate.
19 Citatio an sit necessaria vbi pars est presens.
20 Uniuersitas an possit excommunicari.

a Bone memorie.[a] Qui sine licentia pape recipiunt ad administrationẽ epm postulatũ ipso iure potestatẽ eligendi amittunt.h.d.Scdm intellectũ gl.z Inno. vel fm Compo.z tangit etiã Inno.põt sic summari.Qui per impressionẽ laicorũ aliquẽ postulant ipso iure eligendi potestatem amittunt.h.d.Et scdm istũ intellectũ differt a.c.quisquis.j.e.qz hic dicitur de postulatione facta per impressionem laicorum ibi de electione.Et quatuor sunt partes principales.nam in prima ponitur factum z cõmissio sub certa forma facta.In scda p̃cessus habitus iuxta formã.In tertia oppositio contra p̃cessum z responsio.In quarta motus principis z cõfirmatio p̃cessus.secũda ibi lz.tertia ibi contra legati.quarta ibi nos igit.Et qualiter debet incipi casus ponit hic Jo.an.z satis colligi põt ex fine

1 gl.in ver.metuebãt. ¶†No.j.q eps est postulãdus z nõ eligendus de quo.s.tit.proxi.c.fi. ¶No.q noiatio iudicialis facta ex causa multũ operat.Idẽ etiã si sit extraiudicialis solẽniter facta

2 ij.q.vj.noiatiões.sec9 si sit simplex z nuda.j.e.qd sicut. ¶†No. q si ante cõfirmationẽ vel anteq̃ sit admissa postulatio administrat postulatus in tp̃alibus z spiritualibus gerẽdo se pro prelato manifeste vel sub alio colore administrãdo ipso iure redditur irrita postulatio.qd hodie est clarũ per caplm auaritie.j.e.in.vj.

a ¶ Eligentes. Super h. c. si qrať vtrum ꝛ qñ clerici secũ admittẽtes laicos ad eligendũ per abusuꝫ potẽtie sclaris eligẽtes incurrãt penã hui' c. vide h ꝑ do. hẽri. boych. in ꝑn. c.

b ¶ Si platus. Idẽ in effectu sũmat hic do. ab. vide eũ. Et vide dist. do. Hẽ. boych. in ꝑn. cap.

1 ☞ Consentiens electioni de se facte per abusum secularis potestatis ineligibilis efficiť ad dignitatẽ ꝛ electio est nulla.
2 Electio facta clericis per impressionẽ laicoꝝ an sit aliqua.
3 Per verbũ futuri tpis an ꝛ qñ irrogeť pena ipso iure.
4 Dispensare an possit epus cũ electo qui electioni de se per abusum facte ꝛ qualibet alia ipso iure priuari dꝫ a qua consensit.

a **Quisquis electioni.** Eligentes a per seculariꝫ potestatis abusum a beneficijs ꝛ officijs triennio suspenduntur: ꝛ tunc sunt eligendi potestate priuati. et electus si tali electioni consentiat fit ineligibilis. nec valet electio. h. d. Et sunt due partes. prima punit electũ cõsentientẽ. scđa punit eligẽtes ꝛ electionẽ vitiat. scđa ibi: qui vero. ¶ † Not. primo penã ꝯsentiẽtis electioni de se facte per abusum secularis potestatis: qꝛ nõ valet electio ꝛ talis est ineligibilis nedũ ad illam dignitatẽ: sed etiã ad alias. ꝛ sic a contrario nõ impeditur eligi ad simplex beneficiũ. facit. ĵ. de ꝑben. c. fi. ¶ No ꝙ vbi canon loquiť per verbũ futuri tpis: licet regulariter sit canon ferende sententie vt pꝫ ex notatis. š. c. ꝓxi. ꝛ. ĵ. de fo. compe. si diligẽti. tamẽ istud fallit qñ ex his que sequũtur apparet esse de mente qđ sit canon late sententie. vt hic pꝫ iuncta glo. c. ne ꝓ defectu. š. e. ꝛ facit qđ habetur in. c. ꝙ sit. ĵ. eo. in. vj. ¶ In glo. j. in fi. per hoc pꝫ ꝙ cuꝫ hic puniãtur eligẽtes qđ non loquitur tex. quãdo per vim vel ꝑ impressionẽ fit electio. Do. tñ Car. flo. hic videtur velle ꝙ etiam ex alia causa hic non loquatur de electione facta per impressionem. † Nam ẜm eum si electio fiat a clericis per impressionem laicoꝝ electio esset aliqua licet veniret cassanda sicut al's regulariter gesta per metũ. vt notať in. c. abbas. ĵ. qđ me. cã. sed certe glo. tenuit appositũ qđ imo electio est tunc nulla ipo iure. vt in. c. bone. j. vbi dici. š. eo. ¶ In glos. ij. ibi: ꝛ sic periret libertas supple. licet forte a principio laici sponte fuissent admissi ꝛ forte inuitati a clericis. ¶ In glos. iij. ibi videtur tñ ꝙ ipso iure. ꝛ hec vera. Nec ob. ꝙ † vbi apponiť verbũ futuri tpis non irrogetur pena ipso iure. facit qđ notatur in. c. si diligenti. ĵ. de fo. compe. ꝛ. l. iubemus. C. de iurisdi. om. iudi. Illud verum quãdo simpliciter ꝓfertur. nec aliud subijciť per quod appareat mentẽ disponentis fuisse penã irrogari ipso iure. al's secus vt hic patet. ꝛ facit quod notať in. c. ꝙ sit. ĵ. eo. lib. vj. ¶ In ea. glos. ibi. sed ibi supple. in. c. si quis deinceps. nã ibi est suspensus ab ingressu eccl'ie ex eo quia recipit ipsum beneficiũ de manu laici: ꝛ talis suspẽsio durat ẜm id qđ hic sequiť. hic autẽ solũ consensit electioni de se facte: et sic casus est diuersus. adde etiã qđ. c. ꝑterea. de iu. patro. ẜm doc. loquitur in minoribus beneficijs. sed istud in maioribus: tñ si ponderetur illud etiã videť loqui quãdo de manu laici quis recipit ipsum beneficiũ. ¶ In ea. glo. ibi. per actũ contrariũ restituitur facit qđ notať in. c. cũ bone. ĵ. de eta. ꝛ quali. ꝛ i cle. ĵ. de decimis.
4 ¶ † In ea. ibi. credo ꝙ sic. Hostien. quẽ videtur sequi Joã. an. ꝛ do. Anto. de bu. tenet cõtrariũ qꝛ nõ intelligitur permissa dispẽsatio epo nisi reperiať expressum. ĵ. de temp. or. cũ dilectus. ꝛ qꝛ in. c. graue. ĵ. de ꝑben. nõ videť posse dispensare ꝛ tamẽ ibi est minus delictũ. sed do. Car. flo. tenet cũ gl. ꝛ credo ꝙ bene: qꝛ hic satis videť permitti dispensatio cũ litera dicat nec absqꝫ dispensatione ꝛc. Et sic innuit ꝙ possit dispẽsare nec obstat ꝙ nõ permittit ibi expresse episcopo: qꝛ nõ est necesse ẜm verã opinionẽ quando apparet ꝙ ius ꝑmittit dispensari. nam tũc eo ipso intelligať permissa episcopo. ar. c. nuper. alle. in gl. secus qñ nõ reperiť permissa dispensatio: qꝛ tunc bene intelligiť ꝓhibita episcopo. ꝛ sic loquiť. c. cum dilectus. ĵ. de tem. or. ꝛ de materia in. c. at si clerici. §. de adulterijs. ĵ. de iudi. Item nõ ob. ꝙ in. c. graue. nõ permittiť: qꝛ ille casus est diuersus ab isto. ꝛ de separatis nõ fit recte illatio. ĵ. qui fi. sint leg. per venerabilẽ. ꝛ. l. papinianus. ff. de mino. ¶ In gl. suspendantur ibi: ꝛ isti priuati sunt. melius dixisset suspensi sunt. ꝛ hec solu. bona. iuncta cũ seq. ¶ In gl. pe. ibi: respicit totũ trienniũ. sed forte potest dici ꝙ si occurrat electionẽ fieri per nõ peccãtes ꝛ cassari infra trienniũ anteꝙ priuenť potestate suspẽdunť ab officijs ꝛ beneficijs. posset procedere opinio primo loco posita in gl. tamen cõmuniter docto. transeunt cum gl.

1 ☞ Promouentes indignos ad ordines sacros qualiter puniri debent.
2 Electi exempti debent petere confirmationem a papa per se vel personas instructas.
3 Electi immediate subiecti pape si in concordia electi sunt ꝛ valde remoti interim administrant. ꝛ nu. 6.
4 Episcopi an possint dispensare super etate.
5 Pene varie quando imponuntur electio est iudicis.
6 Electi exempti administrare non debent ante confirmationem si distantia est modica.
7 Administrare põt papa ante confirmationeꝫ ꝛ sic imperator.
8 Gesta per eum qui est in quasi possessione prelature: ꝛ sic pro prelato communiter reprobatur valent.
9 Prelatus agens cõtra debitorẽ nomine ecclesie dũmodo sit in possessione prelature ꝛ cõiter reputetur prelatus non repellitur.
10 Laicus si fuit deputatus vicarius episcopi cum forte hoc ignoraretur ꝛ fuit cõmuniter reputatus vicarius sententia per eum lata non posset redargui licet postea probetur eum fuisse laicuꝫ.
11 Damnum an ꝛ quando sit compensandum cum lucro.

b **Nihil est.** Si prelatus b per suã negligentiam confirmat indignũ electum ad regimẽ animarũ perdit potestatẽ confirmandi primũ successorẽ ꝛ a perceptione bñficij suspenditur ꝛ ꝓmotus deijciť. Si vero ꝑ malitiã id fecerit grauius punitur ꝛ electi immediate subiecti pape per se aut per personas instructas adire debent papam pro confirmatione si sint in cõcordia electi. ꝛ vltra italiam interim administrant. ita tamen qđ nihil alienent benedicuntur etiam ꝛ consecrantur sicut consueuerunt. h. d. Et sunt due partes principales. in prima ponitur constitutionis causa. in secunda constitutio. secunda ibi: irrefragabili. illa secunda habet tres partes. prima prouidet circa confirmationem eorũ qui eliguntur ad curam animarum. secunda circa promouendos ad dignitates ꝛ ordines sacros. tertia circa priuilegia exemptoruꝫ. secũda ibi episcopi. tertia ibi: ceteruꝫ. ¶ Nota primo illud ad qđ sepe allegatur decretalis: scilicet qđ nihil est quod magis noceat ecclesie ꝙ promotio indignorũ. ¶ Nota ꝙ etiam quilibet curatus late potest dici prelatus. facit ꝙ habetur. ĵ. eo. licet canon. li. vj. ꝛ. š. de iudi. decernimus. ¶ Nota crimen per similitudinẽ appellari morbum. facit. ĵ. de iura. calũ. ceterum. ¶ Nota de ista dictione munus que importat idẽ qđ beneficium ꝛ de eius multiplici significato habetur in. l. munus. ff. de verbo. sig. ¶ Not. qđ ad confirmatorẽ principaliter spectat de duobus inquirere: scilicet de forma electionis ꝛ de persona electi qđ intellige etiã ex officio nemine instante. vt tangit gl. j. ¶ No. penas confirmantis indignũ que in litera exprimũtur. Et no. bene ꝙ ceteris paribus plus puniť ꝑ malitiã vel per dolũ delinquẽs ꝙ delinquẽs ex negligentia. tñ quandoqꝫ ista parificãtur. vt. š. de rescrip. si autẽ. ꝛ. c. plerũqꝫ. de quo dic vt ibi dictũ fuit. ¶ † No. epos promouentes indignos ad ordines sacros ꝛ ad ecclesiasticas dignitates debere puniri lꝫ de facto quandoqꝫ non puniantur. ¶ † Nota ꝙ exempti debent petere confirmationem a papa. Et nota ꝙ debent per se vel personas instructas cõparere. hodie circa hoc dic vt in c. cupientes. ĵ. eod. in. vj. ¶ † Nota casum in quo ex sola electione quis consequitur potestatem administrandi. regulariter contra. š. eo. qualiter. in. c. transmissam. ¶ Nota ꝙ interdum dispensatio interdicitur a iure quandoqꝫ ab homine. ĵ. de iudi. at si clerici. §. de adulte. j. q. vj. §. nisi rigor. ¶ † In gl. etatis. in fi. concludit ꝙ si non potest dispensare punitur: sed si potest dispensare: tunc si expresse dispensat nõ punitur. forte tñ hoc non poterit nisi causa subsit. per id quod notatur in. c. de multa. per Jo. post Hosti. ĵ. de preben. ¶ Si autẽ expresse non dispensat tunc si promouet non premissa cause cognitione super causa dispensationis non

inducetur

inducetur dispensatio. secus si illa premissa scientes pmouet. per id quod no. in. c. ij. j. de schis. & j. de fi. presby. veniēs. facit qd not. in. c. j. de eta. & qua. in. vj. ¶ In gl. suspendant. ibi: diuerse pene &c. & aliquid dicit gl. qd vbi varie pene imponuntur electio est in dicis. xxxiij. di. in. c. fraternitatis. & xxv. di. q. ij. in summa. glo. autem hic non tradit aliquā doctrinā. Pet. & Ab. dant suā doctri. & similiter Hosti. suā. de quibus hic per Jo. an. Potes dicere qd diligenter ponderanda sunt verba canonis. Nam si loquuntur in diuersis casibus. tunc quelibet pena in suo casu locū habebit. si autē loquunt in eodē casu tūc potest procedere doctrina gl. in d. c. fraternitatis. saluo nisi appareret qd secunda veniret augmētatiue ad primā. vt in. c. nullus. cum ibi nota. l. di. & facit etiā qd no. per legistas in. l. sanctio legum. ff. de penis. & per Cy. in. l. qui sepulchra. C. de sepul. vio. ¶ In gl. grauiori. ibi: cum non determinetur. vel fm Jo. An. erit pena depositionis. lxxxj. dist. tantis Daniel. & lxxxiij. dist. in. c. vbi satis puto qd possit superior istam penā arbitrari per iura preallē licet do. Car. flor. dicat qd illa iura nō omnino clare probant. Sed certe. c. tantis Daniel. bene facit si ponderetur. ¶ In gl. vltra italiam. ibi consuetudini stetur potest: intelligi dupliciter. primo qd stetur consuetudini an habeant priuilegiū vel nō. scdo potest intelligi qd stetur consuetudini. s. in hoc que distātia dicatur modica. † Aduerte tñ qr gl. vult qd cessante cōsuetudine de iure si distātia est modica non habeant priuilegium exemptionis: etiā vltra italiā existentes: exemplū si curia esset apud taurinū. Nam ebredunēsis episcopus qui est exemptus & vltra italiam parū distaret. & fm glo. non haberet tunc priuilegium: & sine dubio ante factū tutius est abstinere tamen post factum dicit Jo. an. qd non incurrit penā: qr adhuc stant verba litere qd est vltra italiā & est exemptus: & in penis mitior debet fieri interpretatio: & odia sunt restringenda. de re. iur. in penis. li. vj. Si autem curia esset vltra montes an tunc exempti in italia qui essent valde remoti a curia habebant hoc priuilegiū. Hosti. dicit qd sic. qr eadem est ratio: & qr quo ad existētes vltra montes illi qui sunt in italia possunt dici vltramontani: sed Jo. An. dicit pōderandum qd hic nō priuilegiātur vltramontani sed existentes vltra italiā. Ideo existentes infra italiā nullo modo habebunt priuilegiū. ¶ Quid aūt de epīs existētibus vltra italiā curia existēte vltra montes an habebunt priuilegiū. fuerūt opi. tñ finaliter Jo. an. tenet qd sic. qr adhuc verū est dicere qd sunt vltra italiam: & ideo habebūt priuilegiū. Tutius tñ est ante factum abstinere. facit qd notat in cle. j. de priui. & ista opi. placet do. Car. flo. tamē Jo. de fantutijs tenuit contrariū quem sequitur hic do. Ant. de but. & dicit qd existentes valde remoti a curia habent priuilegiū siue curia sit in italia siue vltra montes & siue tales sint italici siue vltramōtani. mouetur per istū tex. dū dicit valde remoti. Nec obstat qd subdit vltra italiā: qr illud ponitur gratia exempli: & eos ideo non restringit dictū. l. dāni infecti stipulatio pertinet. ff. de dam. infec. & facit qd notatur in gl. in. c. j. ne clerici vel mona. & istam partē olim sequebatur do. Car. flo. & postea mutauit opi. & & tenuit cū Jo. an. per istum tex. dū dicit vltra italiā. Nec obstat qd illud ponatur gratia exēpli: qr illud pcederet in dispositione iuris cōis: sed hic loquitur in materia concessionis priuilegij: et ideo nō est extendendū ipsum priuilegiū vltra casum expressum etiā ex identitate rationis. j. de priuilegijs. c. sane. qd & notatur in c. nō solum. & c. cōstitutionem. j. de regula. in. vj. & j. de reg. iur. q a iure. in. vj. & pro hoc faciet qr aliter illud verbum vltra italiam esset superfluū contra ea que habent in. c. si papa. de priui. in. vj. & ista opi. videtur tutior. ¶ † In glo. fi. ibi romano pontifice. similiter & in imperatore. vt notat in. c. venerabilem. §. eo. & j. in. c. auaritie. eo. ti. lib. vj. Item est speciale in casu. c. indemnitatibus. §. si vero. j. eod. in. vj. ¶ Aduerte tñ qr licet in casu huius. c. possent administrare ante confirmationē: nō tamē possent recipere obedientiā a subditis vel iuramenta a vasallis. vt hic voluit Cōpos. nam talia respiciunt indubitatum prelatū qd non est in casu isto cum adhuc pendeat confirmatio: & possibile erit ipsam cassari. vt etiam tangit gl. licet Archi. aliter senserit in dicto. §. si vero. ¶ In ea. gl. ibi. Sed contra videtur. No. bene hanc determinationem pro eo qd dixi. s. super gl. prece. ¶ In ea. gl. ibi: sed contra verum est. ¶ † No. qd vbi quis est in quasi possessione prelature: & sic p prelato cōiter reputatur qd tenent interim gesta per eum. qd intellige qñ est in quasi possessione autoritate iuris: vt hic erat: vel autoritate confirmatoris. & per hoc videtur quod si quis agit nomine sue ecclesie non poterit repelli si obijciatur sibi exceptio qd ipse nō est prelatus. vel qd per simoniā fuit promotus ex quo ipse est in quasi possessione prelature. & videtur velle Inno. qd sufficiat qd administrauerit sciente vel patiente superiore ad quē spectat confirmatio nisi obijciatur & doceatur de intrusione poterit tamen obijci exceptio excōmunicationis propter periculum communionis. vt. j. de exceptioni. exceptionem. & per hoc videtur qd possit obijci exceptio qd est hereticus. licet Innocen. hic aliter sentiat cum omnis hereticus sit excommunicatus. j. de here. excōmunicamus. Et per hoc patet qd † prelatus agens contra debitorem ecclesie dūmodo sit in possessione prelature: & cōiter reputetur prelatus non repelletur: licet excipiatur contra eum qd nō sit prelatus & excipiens offerat se id velle probare. qd tene menti. de quo etiā in Spec. de actio. §. j. ver. item contra prelatum. ¶ In ea. gl. ibi: non dando supple immobilia vel mobilia preciosa. nam secus videtur in fructibus ad instar tutoris ar. l. sancimus. C. de admi. tu. vel si exponas dando. i. donando tūc gl. simpliciter procederet nisi forte aliquid modicum daret benemerenti. j. de dona. ceterum. Nec obstant iura gl. in contrarium alleg. que videntur velle qd cassentur gesta ab intrusis vel damnatis vel prohibitis per ius vel per superiorem. facit. j. de dolo. c. veritatis. secus quando sunt ab his qui administrant autoritate iuris vel autoritate cōfirmatoris. facit qd no. in. l. barbarius. ff. de offi. preto. & hec faciunt fm do. Car. flo. qd † si laicus fuit de prelatus vicarius episcopi cū forte hoc ignoraretur: & fuit cōmuniter reputatus vicarius qd sententia per eum lata nō posset redargui: licet postea probaretur eum fuisse laicum & forte coniugatū. & sic nō potuisse esse vicarium episcopi. qr oportet qd sit clericus. vt notatur in. c. vno. de cleri. coniu. in. vj. per Jo. an. & j. de cleri. coniu. in. c. ioānes. qd no. qr de facto pōt cōtingere. ¶ † In ea. glo. in fi. an damnum cum lucro sit compensandum. licet fuerint opi. conclude qd si sunt diuersi contractus. siue cum eodem: siue cum diuersis non fit cōpensatio. ideo poterit ecclesia admittere lucrum & reprobare damnum. secus si sit vnus contractus cum eodem initus forte si emit plura animalia eodem pretio et aliqua obierunt & aliqua perierunt & aliqua sunt augmentata. facit qd no. per Bar. in. l. si negotia. ff. de neg. gest.

¶ An dānuz sit compēsandū cum lucro.

1 ☞ Expense que fiunt pro prosequendo negotio electionis debent fieri de bonis dignitatis vacantis.
2 Inuentarium fieri debet de bonis ecclesie vacantis.
3 Electus prosequens suam electionem an repetet expensas.
4 Expense si fiant a tertio nomine capituli cum mandato vel sine an eas repetet a capitulo & quid de expensis que fiunt ab opponentibus se electioni.

VT preterite. Expense necessarie quas facit capitulū pro psequēda electione prelati de bonis prelature reddi debent. h. d. Primo ponit dictum. Secūdo illud determinat ibi: dūmodo. ¶ † Not. ex tex. qd expēse que fiūt in electionis actu & pro prosequendo negotio electionis debent fieri de bonis dignitatis vacantis. ¶ No. qd capl'm sede vacante ppter tales expensas pōt capere bona prelature dūmodo aliter iniuste non occupet. ¶ Nota fm Inno. & Compo. qd licet aliqui extrinseci admittantur ad electionis actum: tamen ad illos tantū spectat psecutio electionis ad quos spectat ius eligendi de iure communi. & sic ad capitulum ipsius ecclesie spectat. vt hic iuncto. c. scriptū. s. eo. ¶ † Nota qd verbum occupare vel vsurpare sonat in vitium. an autē de bonis ecclesie fieri debet inuentarium ecclesie vacantis. tene qd si adeo qd etiā res minima non debebit omitti. vt hic tangit Jo. an. & ad quē spectat custodia bonorū vacāte ipsa prelatura. not. glo. in. c. illud. xij. q. ij. & facit qd habetur in. c. quia sepe. j. eo. lib. vj. ¶ In glo. j. ibi: vel aliter: forte pro sepeliendo prelato. ar. s. eo. bone. el. ij. & licet teneatur capitulum vocare absentes. tamen expensas repetet: qr non tenetur facere suis sumptibus: sicut nec eps licet teneat visitare suā diocesim id facit suis expēsis. j. de prescri. cū ex offi. & de cēsi. romana. li. vj. ¶ In eadē gl. ibi licet non expediat & sic sufficit qd nō sit in dolo. & ideo isto casu repetet etiā si succumbat. secus in sequenti quādo electio est facta in discordia: quia tunc prosequens electionē debet esse magis cautus: ideo non repetit expensas nisi obtineat. vt not. glos. in. c. cupientes. §. fi. j. eo. in. vj. vbi glos. tangit † an electus prosequens suā electionem repetat expensas. Item an capitulum psequens electionem repetat expensas siue electio sit facta in concordia siue in discordia siue obtineat siue non. ¶ † Item tangit de expensis factis per tertium nomine capituli cum mādato vel sine an repetat a capitulo. Itē quid de expensis que fiūt ab opponentibus se electioni. an illas repetant si obtineant: de quibus omnibus dic vt ibi. ¶ In glo. fin. ibi tunc sufficit qd habent. forte voluit qd licet occupatū minus valeat sufficiat pro toto debito quasi perdiderit ius in alio: sed tex. hic videtur velle contrarium. dum dicit fiant. sed forte glo. voluit qd si bona accipiātur pro expensis faciendis illud sit licitum: secus si capiātur aliter occupādo. sed Jo. an. videtur velle qd occupata computātur in debitū et sic qd residuū peti possit per. c. penul. j. de accusa. & istud sequit do Car. flo. nec obst. l. extat. fm eum: quia loquitur quādo occupans hab. t ius in re occupata. hic secus. sed certe illa loquit qñ creditor pecunie occupat rem aliquā. vt ibi patet. ideo posset teneri gloss. & ad. c. penul. posset dici qd deberet intelligi prout vo

luit hic gl. do. Jo. de imo.

1 ☞ Apostoli petendi sunt instanter.
2 Consensus electi an sit requirendus ante electionem.
3 Dissentiens an sit eligendus.

CUm post petitam. Electio post collationem
ex interuallo celebratā non valet. h. d. Et primo nar-
rat factū electionis. secūdo illam cassat. secūda ibi: qꝛ
1 tandem. seu ibi: electionē. ¶ † No. aliqua petenda instāter ꝛ cum
instantia. Et est simile de apostolis petendis in cle. quāuis rigor.
de appel. ¶ No. ꝙ inficitur electio quādo nō fit incōtinēti post
appellationē. ¶ Et no. ꝙ collatio est faciēda etiā si sit electio fa-
cta in cōcordia de quo dictū fuit in. c. quia propter. ¶ Not. ꝙ si
nō seruat̄ forma. c. qꝛ ꝓpter. electio videtur cassanda: ꝛ sic vide-
tur ꝙ ipso iure nō sit nulla: sed cōtrariū cōiter tenetur per. c. quia
propter. vnde debet hic exponi cassamus: id est cassatā pronun-
2 tiamus. ¶ † No. ꝙ nō videtur requirēdus consensus electi ante
electionē qd est verum ad finē: vt tunc cōsentiat. nam si consenti
ret ex hoc cassaretur electio: vt hic tangit glo. penul. ¶ In gl. ij.
in fi. vnde censetur istud esse de forma qd fiat eodē contextu per
c. qꝛ propter. Nec obstat qd dictio mox ibi posita videtur respice
re publicationem votorū. qꝛ illa intelligitur repetita etiam in se-
quētibus. ar. l. titia. §. idem respondit. ff. de ver. ob. ꝛ. j. de ap. c. se-
cūdo requiris. ¶ In gl. penul. ibi: requisitus consensit: sed certe
tunc fuisset cassata vitio persone cuius contrarium hic dicitur.
3 ¶ † In ea. gl. in fi. Idem Inno. sed Hostien. dicit ꝙ dissentiens
est eligendus. vt in. c. in scripturis. viij. q. j. Jo. an. saluat gl. quan
do constaret qd precise intendit etiam finaliter dissentire ex ali-
quibus indicijs: qꝛ tunc talis non est eligendus ne interim fati-
getur ecclesia inaniter ꝛ protelet vacatio: secus quando licet
dissentiat non tamen constat qd precise finaliter velit resistere:
sed forte potius est spes de cōtrario. facit qd not. in. c. cupientes.
§. deniqꝫ. eo. ti. in. vj. vbi etiam glo. ponit quomodo caute possit
se habere in respondendo. de quo hic per Inn. ꝛ hec ſm. d. Car.
flo. sunt vtilia pro electionibus prelatorum vt non eligantur de
quibus constaret precise de eorū dissensu: qꝛ postea aliqualiter
vilescit dignitas ſm do. Ant. de bu. ꝛ do. Car. flo.

1 ☞ Actor debet in libello suo exprimere causam agendi.
2 Titulum sue possessionis dicere cogitur possessor quando ius cō-
mune est contra eum
3 Libellus si est ineptus respectu cause sententia debet cōtra agen-
tem quo ad illam causam ferri.
4 Jus eligendi participare in perpetuum non potest capitulum
alicui persone extrinsece que non sit de capitulo.
5 Possessor non cogitur dicere titulum sue possessionis.
6 Jus eligendi an possit concedi extraneo ꝛ participari potestas
vocis dande.

a ¶ Monach⁹. a Idē summat hic d. Abb.

COnstitutis in. Monachus [a] vnius
monasterij factus ab-
bas alteri monasterio in electione abbatis prioris
monasterij vocē nō habet: etiā si tale ius ab abbate
ꝛ monachis prioris monasterij sibi fuerit reseruatū. h. d. Primo
ponit petitionē actoris. secūdo expressionē cause. tertio sententiā
cōtra actores ꝓpter causam ineptā. secūda ibi: cū autē. tertia ibi:
1 nos autē. ¶ † No. ꝙ actor in libello suo debet exprimere causā
2 agendi. de quo. j. de iud. dilecti. ¶ † No. ſm cōmunem intellectū
qd possessor cogitur dicere titulū sue possessionis quādo ius cō-
mune est cōtra eū. facit. j. de res. spo. ad decimas. li. vj. al's regula-
3 riter cōtra. vt tangit glo. ¶ † Not. ꝙ vbi libellus est ineptus re-
spectu cause sententiari debet contra agentem quo ad illam cau
4 sam. facit. j. de iudi. examinata. ¶ † No. ꝙ capl'm nō pōt partici
pare ius eligendi in perpetuū alicui persone extrinsece que non
sit de collegio personaliter cōcedendo: ꝛ nō sub noīe dignitatis.
secus si vellet participare pro vnico actu. s. eod. scriptū. ꝛ secus si
sub nomine dignitatis. qd tamen intellige vt tangetur cum gl.
5 ¶ No. vltimo summariū. ¶ † In gl. j. ibi: de iure cōi non perti-
net electio: ꝛ sic ex gl. habes duas solutiones ad cōtraria inquā-
tum dicit̄ ꝙ possessor nō cogitur dicere titulum sue possessionis.
vna est qd isti abbates non erant possessores ex eo: qꝛ fuerunt ex-
clusi a possessione. vt. s. tetigit gl. ideo coguntur dicere causā sue
actionis cum nemo sine actione experiatur. vt. j. dicit gl. Secun
da est qd licet essent possessores ius cōmune faciebat contra eos
cum ad eos non pertineat electio de iure cōi. sed ad collegium ec
clesie. s. e. c. j. ¶ In ea. gl. ibi: non poterant allegare consuetudi-
nem. Et no. bene ꝙ non valet consuetudo per quā quis preten-
dit ratione sue persone debere interesse in electione. secus quādo
pretendit ratione sue dignitatis. ꝛ sic noīe ecclesie. Sed aduerte:
qꝛ cōtra tex. facit qd dicet̄ cū gl. se. vnde de hoc dic vt ibi. ¶ In
6 gl. fi. in fi. † sed certe cōtra tex. ꝛ cōtra ea que dicta sunt in gl. vide
tur facere. c. scriptū. s. eo. vbi extraneo potest cōcedi ꝛ participa-
ri potestas vocis dāde. Sꝫ dicit ꝙ aut cōcedit̄ ratione dignita-
tis aut rōne ꝑsone. primo casu si cōcedit̄ vt perpetue cōpetat ta-
le ius hoc fieri nō pōt sine solēnitate. c. abbatibus. xij. q. ij. Istud
est quodāmodo alienare ius monasterij ſm. d. Car. flo. ideo non
pōt fieri sine solēnitate. Aut cōcedit̄ ꝓ vna electiōe futura. ꝛ tūc
ſm eū potest fieri etiā ecclesia nōdum vacāte: qꝛ tunc censet̄ age-
re cū modico preiudicio. ꝛ sic videtur nō requiri tanta solēnitas.
facit qd notat̄ in. c. ij. j. de his que fi. a pre. ꝛ idem si vacet ecclesia
ꝛ cōcedatur potestas vocis dande in tali vacatione. Si vero cō-
ceditur ꝑsone: tunc si sub modo impossibili puta si concedit̄ reli-
gioso alterius monasterij vt tanq̄ monacho etiā monasterij de
cuius electione tractatur ꝛ tunc nō tenet. vt hic ptꝫ ex tex. iūcta
hac gl. Idem si cōcederet̄ persone incapaci puta laico. j. e. sacro-
sancta. ꝛ in. c. massana. Si vero cōcedit̄ persone capaci ꝛ sub mō
possibili vt si cōcedatur monacho alterius monasterij quod pre-
stet vocē in electione abbatis alterius monasterij. nō tamen tan
q̄ monachus vtriusqꝫ monasterij: ꝛ tunc si cōcedit̄ nondū vacā
te p̄latura nō tenet ne aperiat̄ via vacaturis. ar. j. de cōces. ꝓben.
cōstitutus. ꝛ sentit hic Compo. Aut cōceditur ecclesia ipsa vacā
te: ꝛ tūc tenet cōcessio: ꝛ sic loquitur. c. scriptum. Intellige tamē
ꝙ in religioso requiretur licentia sui prelati. j. eo. si religiosus. lib.
vj. ꝛ hec fuit conclusio do. Car. flo. hic in effectu. forte tamē pos-
set dici ꝙ etiam si cōcedat̄ persone rōne dignitatis nondū va ā
te ecclesia ꝙ tunc teneat: qꝛ stat ratio eadem que viget quando
conceditur ratione persone videlicet ne aperiatur via ad vaca-
turas: ꝛ sic ex hac causa vitiari videtur concessio: licet non ratio-
ne solennitatis omisse per rationem do. Car. flo.

1 ☞ In decreto electionis an sit necesse narrare a mō vacatiōis.
2 Electio ꝙ debeat fieri a maiori parte capituli quō intelligatur.
3 Electio debet verbaliter exponi.

ECclesia vestra. Electio debet fieri
verbo ꝛ de illo in
quē maior pars respectu capituli ꝛ nō respectu alio-
rū tātū cōsenserit. h. d. Et ponit facti ꝓpositionē exa-
minationē ꝛ sententiā. partes patent in litera. Et positionē ca-
sus intellige qd duodecim erāt habētes vocē in electione quorū
quinqꝫ cōsenserūt in Thomā quatuor in Cancellariū: ꝛ alij tres
1 in alias singulares personas. ¶ † Not. arg. ꝙ in decreto electio-
nis nō sit necesse narrare de modo vocationis. In cōtrariū tñ
facit. j. de renū. post trāslationē. de quo dicēdū: vt ibi. ¶ No. in-
2 tellectū † iuriū dicētiū valere electionē factā a maiori: qꝛ debet in-
telligi a maiori pte toti⁹ capl'i nō in cōparatione aliorū minorū
partiū. facit. j. e. c. si cui. li. vj. ¶ No. ꝙ electio dꝫ verbaliter expo-
3 ni. nec sufficit de facto fieri. † Et sic no. ꝙ vbi verba sunt de substā
tia plus operant̄ verba q̄ factū. regulariter aūt sufficit volūtatē
apparere ꝑ verba vel facta. j. de offi. dele. cū sup abbatia. xj. q. iij.
estimāt. ¶ In gl. j. in fi. sꝫ certe gl. nō respōdet ad cōtrariū dicte
legis maiorē. vñ dic ꝙ ille qui possedit nō videt̄ simpliciter posse
disse in maiori parte anni. sed maiori parte q̄ aduersarius q mi-
nori tpe duorū mēsiū possedit: ꝛ sic nō cōtradicit qꝛ hic etiā dici-
tur habere maiorē partē simpliciter respectu minoris: sed nō re-
spectu totius capl'i qd nō sufficit quo ad hanc materiā electiōis:
sed quo ad interdictū vti possi. vnde sufficiebat maiori parte an
ni possedisse q̄ aduersarius. hodie tñ illo interdicto seruari debet
quod habetur insti. de interdic. ꝛ. j. de probatio. licet causam.
¶ In glo. post appellationē ibi que locū nō habet. sed certe ſm
hoc male diceret litera post appellationem legitimā: vnde dicas
ꝙ fuit appellatū ne fieret electio nisi de eo in quē cōsensit maior
ꝛ sanior pars cepituli. nam ista bene fuit legitima. secus si fuisset
appellatum ne procederetur ad electionem: quia illa non valuis
set ſm quod dicit glo.

1 ☞ Lex diocesana ꝛ ius diocesanū quō differāt: remissiue.
2 Non ꝓfessus nō debet assumi in abbatem.
3 Monachus ꝛ canonicus regularis quō differāt: remissiue.
4 Canonicus regularis an possit assumi in abbatem monasterij.
5 Jus p̄sentandi si spectat ad plures tanq̄ ad collegiū, nō sufficit
maior pars ipsoꝝ de collegio in comparatione minoris.
6 Profitere nō videtur qui in abbatem assumitur.

CUm in magistrum. Nō profes
sus in ab-
batem nō potest assumi. h. d. Et in primo recitat fa-
ctū secūdo ꝓuidet ibi: mādam⁹. ¶ Not literā i princi-
q̄ sepe allega. ex qua no. ꝙ nemo repēte fit summus. facit qd not.
1 in. c. cū ex literis. j. de resti. in integ. ¶ † Not. scdo ꝙ aliud est ius
diocesanū. aliud lex diocesana. vt hic colligit̄ ſm vnū intellectū
iuncto. c. dilectus. j. de tem. or. nam monasteria nō sunt subiecta
epō ex lege diocesana. vt ibi nota. sed tñ iure diocesano subiecta
vident̄. vt voluit hic do. Car. flo. Jo. tñ an. intelligit hec esse sy-
nonyma. ꝛ late sumi lex ꝓ iurisditione episcopali. de quo in p̄alle
2 ga. c. dilectus. ¶ † Nota ꝙ nō professus non potest assumi in ab
batem qd

batem quod est clarum si nõ est expresse professus: vel tacite ho die tñ requiritur expressa ꝓfessio ⁊ nõ sufficit tacita.j̄.eo. nullus. li.vj.⁊ nec sufficit etiã si quis assumat̃ in priorẽ manualẽ:licet an tiqui tenuerũt cõtra.vt hodie habet̃ in cle.ne in agro.§.sane.de

3 sta.mona.¶†No.differentiã inter monachum ⁊canonicũ regu larẽ.de quo in.c.qd dei timorem.j̄.de sta.mona.¶No.ꝙ regu-

4 laris † canonicus videtur posse assumi in abbatem monasterij vbi sunt monachi:vt hic videtur probari iuncto mandato cum facti narratione qd poterat procedere ſm hec iura. hodie secus in cle.j.hoc eo.ti.¶Ultimo no.diligenter ꝙ illud quod hic di- citur qd non sufficit habere maiorem partem comparatione mi noris non procedit in presentatis a pluribus patronis. nam ibi sufficit quẽ esse presentatũ a maiori parte patronorum compa- ratione minoris.vt in.c.iij.j̄.de iure patro.⁊ est ratio:quia ibi ius presentandi competit singulis vt singulis.hic autem ius eligen di competebat pluribus tanꝙ collegio.⁊per hoc videt̃ qd si ius

5 presentandi spectaret ad plures tanꝙ ad collegiũ:† tunc nõ suf ficeret maior pars ipsorũ de collegio cõparatione minorũ:⁊ hoc etiã tenet hic do.Car.flo.dicens hoc esse notandũ pro limitatio ne dicti.c.iij.j̄.de iure patro.¶In glo.penul.ibi in scriptis face re debet.⁊ hoc est verũ.tñ si nõ fiat nihilominus tenet ꝓfessio.vt no.in.c.vidua.hic alleg.¶In glo.fi.in fi.ibi in qua idem dicit̃. potes dicere qd hic loquit̃ de iam ꝓmoto:⁊ qui portabat iã ha bitũ.sed ibi nullũ habebat habitũ.c.aũt cũ causam.s̄.eo. loquit̃

6 de promouẽdo:⁊sic nõ redditur superfluitas.¶†Et no.arg.ꝙ si quis assumitur in abbatem non videat̃ profiteri.de quo in.c. quia ingredientibus.j̄.de testa.

1 ¶In decreto electionis non est necesse exprimere modum va- cationis.
2 Electio debet fieri a simul congregatis.
3 Dies ad electionem celebrandam statui potest.
4 Ius eligendi cum capitulo potest habere extraneus a capitulo de iure speciali vel consuetudine.
5 Protestatio vbi detrahit iuri alterius in actibus dependenti- bus a consensu duorũ vel plurium protestatio iuuat protestan- tem si est vestita consensu eorum de quorum preiudicio agitur.
6 Maiorem partẽ habere se dicens ſm formã scrutinij expediens est qd excedat dimidiã partẽ capituli saltem in vna voce.
7 Consuetudinis appellatione in dubio intelligit̃ de prescripta.
8 Protestatio ad hoc vt noceat aduersario requirit̃ ꝙ aduersa- rius consentiat protestationi.⁊ nu.10.
9 Acceptans cõcessionem videt̃ acceptare eam qualificatam.
10 Dictio ius relata ad personam cui non fauet ius cõmune intel- ligitur de iure speciali.
11 Electioni se immiscentes qui de iure ⁊ de facto expelli possent vt quia publice excõmunicati si tales admittuntur etiam cũ prote statione non valet electio.
12 Comparens coram iudice in quẽ non vult consentire protestari debet ꝙ non intendit consentire in eũ tanꝙ in iudicẽ competen tem nisi ⁊ inquãtum de iure teneatur coram ipso comparere.
13 Ius proprietatis habens potest fructus percipere si possessio est vacans.
14 Protestationis materia remissiue.

a **Romana ecclesia.** Electio facta[a] nõ a maiori pte capituli:⁊ omissa collatione non valet.h.d. Et primo narrat factũ electionũ.scdo ibi cũ.xviij. illas irritans cãs exprimit ⁊ electores punit.Et premitte ꝓ euidẽtia qd. xviij. erãt canonici cõputatis archipresbytero ⁊ archidiacono.Intel lige q̃ forte archidiaconus erat canonicus ⁊ similiter archipres byter:⁊ tñ vnam solã vocẽ habebat licet aliũ aliter dicãt.¶Ibi in tex.peruenisse supple.nec obst.si dicatur qd imo electio facta de archipresbytero ꝑuenit ad maiorẽ partẽ q̃ in ipm ꝯsenserũt xxviij.qui sunt maior pars de.xlv.q̃ illud ꝓcederet si vox clerico rum ⁊ capellanorũ deberet cõputari s̄ certe nõ d3 cõputari p id qd sequit̃:⁊ per hoc vides qd in effectu in versi.seq. vult tolerare tacite obiectũ.¶In tex.ibi vnde supple quia sunt facte a maio ri parte totius capituli ex quo vox clericorũ ⁊ capellanorũ nõ de

1 bet cõputari.¶†No.primo argu.ꝙ in decreto electionis nõ sit necesse exprimere modũ vacationis.de quo tetigi.s̄.eod.ecclesia

2 vestra.¶†No.scdo electionẽ debere fieri a simul cõgregatis.fa-

3 cit qd dictũ fuit.s̄.eo.quia ꝓpter. ¶†No.ꝙ posse statui diẽ ad celebrandã electionẽ.de quo.s̄.eo.q̃ ꝓpter.⁊.s̄.e.cũ interueniuer

4 sas.¶†No.ꝙ possibile est etiã extraneos a caplo habere ius eli

5 gendi cũ caplo de iure spãli vel cõsuetudine.¶†No.ꝙ vbi ꝓte- statio detrahit iuri alterius in actibus dependẽtibus a cõsensu duorũ vel pluriũ ꝓtestatio iuuat ꝓtestantẽ si est vestita consensu eorũ de quorũ ꝑiudicio agit̃.An tñ requirat̃ expressus cõsensus. an vero sufficiat tacitus fuerunt opinio.de quibus tangit̃ in gl.

6 ¶†No.arg.scdm do.Anto.de bu.qd in forma scrutinij vt qs dicatur habere maiorem partem sit expediens qd excedat dimi diam partẽ capituli saltem in vna voce.nec sufficiat qd excedat in dimidia parte.secus scdm eum si proceditur per formã cõpro missi.per.c.cum in iure.s̄.eo.quia ibi consenserunt vt plures non vt collegiũ licet representat collegium.sed certe istud argumentũ cessat si ad verbũ ꝑuenisse suppleas prout dicit̃ in litera.¶No. qd ad excludendũ quasi possessionem alicuius iuris non sufficit probare exercitia aliqua extrinseca.licet sint preambula ad sub- stantiam ipsius iuris nisi etiam probentur exercitia extrinseca ⁊ substãtialia ipsius iuris:de cuius quasi possessione querẽda agi- tur.facit quod no.Ioã.and.in.c.vt nostram.j̄.de offi.archidia. ¶No.qd aliud est dare scrutatores aliud eligere vel consentire in scrutinio etiã potest quis vti verbo eligo non tamen per hoc surgit electio quia ex singularibus cõsensibus nõ procedit.j̄. eo.

7 in genesi.¶†No.qd appellatiõe cõsuetudinis in dubio intelli- git̃ de prescripta.vt hic colligitur iuncto prin.cum eo qd hic di- citur ante versi.vnde.⁊ ad hoc sepe allegatur decre. facit qd no- tat̃ in.c.fi.de cõsue.in.vj.⁊.j̄.eo.in.c.generali.lib.vj.¶No.ꝙ col latio post publicationẽ scrutinij necessario est fienda ⁊ sic est de forma substantifica electionis.¶No.vltimo ꝙ eligentes cõtra formam cõcilij generalis sunt priuati potestate eligendi.¶In glo.j.in fine ⁊ melius dic vt in glo.singulari in.c.presentium. de testi.in.vj.in verbo ibidem residentiũ.¶In gl.ij.ibi allegabat̃ consuetudo sup.que tamen non fuit probata ⁊ sic nõ sufficit ali- quid dicere nisi probetur.⁊ ad hoc etiam allegari potest iste tex. ¶In glo.iij.ibi cui consenserunt clerici.Nota diligenter ex hac

b glo.ꝙ vt protestatio noceat[b] aduersario requiritur qd aduersa-

8 rius consentiat protestationi alias non preiudicat sibi.†Et pro hoc facit qd dicit̃ in simili de cõfessione q̃ nocet cõfitenti sed nõ aduersario.l.de etate.§.j.ff.de interro.act.⁊plene notatur in.c.fi. j̄.de confes.Sed aduerte quia glos.notat contrariũ in.c.j.xxvij. dist.vbi glo.dicit qd si aduersarius non cõtradicit protestationi preiudicat sibi ꝓtestatio.⁊ illã gl.sequebat̃ hic abbas. ⁊ ideo da bat consilium qd ille cui fit protestatio nõ cõsentiat ꝓtestationi. sed ꝯdicat ⁊ sic sepe seruat̃ in iudicijs.Sed Inno.Host.⁊ Com- postel.sequunt̃ istã gl.Idem do.Car.flo.subdit tamen qd etiã dici põt qd hic fuit facta cõfessio cũ protestatione ⁊ sic sub certo

9 modo.Ideo scdm eum potest dici qd†acceptans concessionem intelligitur eã acceptare qualificatã quod est facta per id qd ha bet̃ in.l.interdictionibus.ff.de pac.⁊.j̄.de censi.in.c.cũ olim.S3 certe istud vltimum procederet si clerici ⁊ capellani non fuissent in quasi possessione al's canonici tales admittendo non dicerent̃ eis aliquid cõcedere cũ de iure ad hoc tenerent̃.j̄. de cã pos. cum ecclesia.¶Item aduerte quia cum opi.Abbatis concordat gl.

c Accur.[c] in.l.si fideiussor.in prin.ff.qui satisda.cog.⁊ in.l. fi.§.j.ff. nau.cau.stabu.Et pro ista opinione vr̃ casus in.d.l.si fideiussor. in prin.⁊ in.d.c.j.xxvij.distin.sed pro opi.huius glo.⁊ Inno.vi- detur casus in.l.fi.§.item si predixerit.ff.naute caupo.stabu.licet glo.ibi videatur tex.illũ violare.potes dicere pro concordia te- stium ⁊ opinionum quod aut protestatio fit ad exonerãdum se ab eo ad quod tantum erat obligatus.⁊ tunc requiritur consen sus expressus aduersarij.⁊ iste est casus scdm vnum intellectum a quem ponit Bar.in.d.§.item si predixerit.nam scdm eum ibi lo quitur quãdo iam magister receperat hospites in naui cum re- bus suis ⁊ sic iam erat obligatus ad illas custodiendas etiã pro facto nautarũ.ideo si protestatur hospitibus quod non vult te- neri de facto nautarum nõ nocet nisi hospites cõsentiãt. Q̃nꝗ vero fit protestatio ad exonerandũ se ex eo ad qd nondum erat obligatus.sed erat futurus obligari rõne facti preambuli ⁊tunc dicas idem vt est tex.non cauillando eum in.d.§.item si predixe b rit.licet Bar.aliter ibi videatur loqui.nã eo ipso qd quis recipit officiũ nauigãdi est obligatus ad recipiendũ hospites in naui si- cut ⁊ alij tenẽtes hospitia.facit qd no.Bar.in.l.j.ff.furtũ aduer sus nautas.⁊ ideo si magister nauis protestet̃ hospitibus etiam anteꝙ intrent nauim non nocet protestatio si aduersarius non ꝯdicit.⁊ iste est rectus casus in.c.j.xxvij.dist. ⁊ in.d.l. si fideiussor. ¶Nã in.d.c.j.ordinãdus non erat obligatus ad continẽtiã nec c erat obligãdus ratione facti preambuli.sed ratione facti iam fiẽ di.similiter in.d.l.si fideiussor ille qui fideiubebat ⁊ habebat pri- uilegiũ fori sponte fideiubebat.ideo sufficit qd fiat ei ꝓtestatio qd in fideiussionẽ nõ debeat vti priuilegio. Et p predicta põt in ferri ad intellectũ decretalis ⁊ glo.ꝙ si isti clerici ⁊ capellani erãt in quasi possessione q̃ tũc protestatio que facta fuit eis tẽdit ad tollendum obligationẽ ad quã tenebantur canonici.q̃ tenebã- tur illos admittere ex quo erant in quasi possessione.ideo tũc re- quirit̃ qd consenserit ⁊ sic intelligat̃ glo.⁊ dictum Inno. ¶Si autẽ non fuissent in quasi possessione.tunc q̃ non tenebat̃ illos admittere protestatio nocuisset si non ꝯdixerint licet non cõsen serint expresse ⁊ hoc casu procedat opi. Abbatis ⁊ tenete menti predicta quia subtilia ⁊ non reperietis declarata per doc. ¶In

a ¶Electio facta.Idẽ sum- mat hic dom. Abb. ⁊ pone casum i termi nis vt hic per eundem.

b ¶Protesta- tio vt noceat quid requirit̃. Et hic p abb. in.iij.col. vers. no.j.

c ¶Gl.Accur. Adde viden- dum qd p eã- dem gl.in pro posito voluit Ro.cõs.ccc.xj.

ea.glo.ibi valuit hec protestatio glo.nō dicit quare non respondet ad contrariū.vnde Jnno.dicit ꝙ hic fuit iusta causa ꝑtestādi.secus in cōtrariis.Hosti.vero dicit ꝙ in.c.cū.M.volūtarie venerunt canonici cōtra ꝑtestationē.hic secus voluit forte intelligere Hosti.ꝙ isti erāt in quasi possessione.⁊ ideo necessario debebant admitti.¶ Uel fm eū potest dici ꝙ in.d.c.cū.M.⁊ in ꝯcordantiis ꝑtestatio fuit nulla hic fuit vestita ꝓpter cōsensum partium.vel dic fm do.Car.flo.ꝙ in cōtrariis ꝑtestatio erat contraria facto hic nō:quia nō fuerunt ꝑtestati de nō admittendo:sed solū vox eorū ita demū deberet valere si deberet interesse de iure vel cōsuetudine:⁊ hec etiā est bona solutio.¶ Jn ea.glo.ibi negabatur ab initio quasi secus si de hoc nō fuisset facta cōtrouersia:licet fuissent recepti cū protestatione:q2 tunc per ꝑtestationē nō intelligeret̃ derogatū iuri possessionis.⁊ sic voluit glo.respōdere ad.c.in genesi.j.eo.vt patet ex glo.d.c.que incipit.vnde ad electionē.Sed hec solutio videt̃ diuinare.¶ Jtem nō videt̃ bona:ex quo ꝑtestatio est vniformis.vnde Jnno.aliter ibi dicit vt ibi dicet̃ super glo.Hosti.vero dicebat ꝙ hic ꝯsenserūt isti ꝑtestationi:ibi secus de quo etiā ibi tanget̃.Et no.etiā diligenter ꝙ qñ fit ꝑtestatio qd vox eorū qui nō debent interesse de iure vel consuetudine nō valeat intelligit̃ in dicta ꝑtestatione intellectū de iure ꝓprietatis non simplicis possessionis.aliter deberet valere vox si fuisset in quasi possessione cū ratione quasi possessionis de iure debeāt interesse.j.de cau.pos.cū ecclesia.⁊ forte est istud ideo q2 verba debēt intelligi in suo potiori significato.per id qd habetur in.l.querit̃.ff.de statu hoim.⁊ in.l.j.§.qui in perpetuū.ff.si ager vectigalis.¶ Jn ea.glo.ibi.sed isti inuiti.quasi velit glo.ꝙ in.c.cū ecclesia.⁊ hic fuit deductū in iudiciū petitoriū ⁊ possessorium.sed in.c.cū ecclesia.illud fuit ex culpa agentiū.hic autē sine eorū culpa.q2 inuiti hoc fecerūt:quia aliter nō admittebantur.⁊ istud sequebat̃ hic Boatinus de man.sed Jo.an.post Hosti.tenet qd nō fecerūt inuiti.q2 poterant cōtradicere ꝑtestationi ⁊ ꝓtestari de eorū possessione ⁊ qd nō ꝓcederetur ad electionē eis cōtemptis alias ꝓsequerētur suū contemptum:⁊ sic poterant ius suū saluare absq3 eo qd ꝑtestationi cōsentirent.⁊ ideo imputat̃ eis si consenserūt.¶ Jn glo.super verbo ad maiorē partē.ibi:q2 cū clerici.Aduerte q2 glo.voluit tolerare contrariū.de quo dixi super litera in verbo ꝯuenisse:⁊ respondet in effectu vt ibi dixi.¶ Jn ea.glo.ibi fuit decimus.No.q2 glo.videtur velle ꝙ solum erant.xviij.canonici cōputatis archidiacono ⁊ archipresbytero al's si fuissent.xx.ipsis duobus computatis.x.non fuissent maior pars capituli qd ꝯsisteret in.xx.sed bñ sunt maior pars de.xviij.¶ Jn ea.glo.ibi:nec etiā sciant ⁊c.per hoc videtur fm do.Car.flo.ꝙ si esset casus in quo scrutiniū fieret publice qd tunc post vota aliorū posset cōsentire:⁊ sic sua vox augeret numerū in forma scrutinij.de quo dixi in.c.cū in iure.secus qñ fit secrete q2 videretur oriri a seipso seipsum nominādo.ideo nō valet eius votū vt augeat numerum.vt dictum fuit in.d.c.cū in iure.¶ Jn ea.glo.ibi non credo.⁊ sic vult glo.ꝙ.c.cū in iure sit correctum.⁊ idē sentit ibi glo.sed nō bene vt dictum fuit.nec obst.his que dicta sunt s.ꝙ archidiaconus videatur habuisse maiorē partē canonicorū q2 solum.xviij.vident̃ elegisse.vt patet ex litera ⁊.x.qui consenserunt in archidiaconum sunt maior pars de xviij.sed dic ꝙ alij tres forte elegerunt aliū ⁊ similiter vnus abbas ⁊ duo capellani de quibus litera nō dicit qd elegerunt:⁊ sic oēs fuerunt pñtes ⁊ forte oēs elegerunt:sed de electo a tribus canonicis vno abbate ⁊ duobꝰ capellanis q2 notorie cōstabat talē electū a minori ꝑte.⁊ ideo forte non curauit prosequi suā electionē.facit quod habe-
10 tur in simili.s.eo.cum ecclesia.¶ Jn glo.de iure.in fi.† No.bene ꝙ verbū ius relatū ad personā:cui nō fauet ius cōe:intelligit̃ de iure speciali ⁊ nō de iure cōmuni.secus quando non refertur ad personā habilē de iure cōmuni.insti.de iure nat.§.s3 quoties.¶ Extra glo.[a] diligenter pondera aliqua dicta Jnnocen.Pri-
11 mo† inquātum vult ꝙ aliqui si immiscēt se electioni qui possent expelli de iure ⁊ de facto vt quia sunt publice excōicati ⁊ nō sunt adeo potentes quin capitulum sit potentius q2 tunc si tales admittunt̃ etiā cum ꝑtestatione nō tenebit electio.q2 imputet̃ eis ex quo possint expellere ⁊ nō expellūt.qd diligēter no.q2 Jo.an.post Hosti.⁊ do.Anto.de bu.s.e.in.c.illa.tenuerūt oppositum.sed nō bene.vt ibi etiā dixi:l3 nō allegauerim istud dictū Jnno.Jdeo adde illud vt ibi.¶ Secūdo diligēter no.inquātum dicit ꝙ si nō possunt expelli de iure:vt q2 sunt occulti:vel de facto vt quia sunt potētes quia tunc si admitterētur tenet electio etiam si nō fiat ꝑtestatio.l3 de cautela esset qd fieret publice si fieri potest.alias occulte ⁊ fm hoc videtur intelligendum qd no.Jnno.in.d.c.illa ⁊ qd dixi.Et ratio est fm Jnn.quia nō videtur imputandum eis ex quo nō possunt expellere.nec est presumendū qd velint coeligere cū eis ita qd vox illa valeat.faciat.l.merito.ff.ꝓ socio.vbi autē esset dubiū an essent admittendi vel non vt quia esset dubiū an essent excōmunicati publici vel an essent in quasi possessione.tunc ꝓpter dubium fieri debet protestatio.⁊ sic intel-
12 ligit istum tex.¶ † Tertio diligēter no.practicā quādo quis cōparet coram iudice ⁊ protestatur qd non intendit cōsentire in eū tanꝙ in iudicē competentem.quia hec non est bona practica:sed debet adijcere nisi ⁊ inquātum de iure teneatur coram ipso comparere alias posset iudex ꝓcedere contra eū tanꝙ contumacem.
13 facit.j.de iudi.in.c.j.de verb.sig.ex parte.¶ † Ultimo no.diligēter inquātum dicit quod habens nudū ius proprietatis habet potestatē percipiendi fructū si possessio est vacans.⁊ plus etiam sentit quod si alius sit in possessione mala fide ⁊ admitteretur habens ius proprietatis cū protestatione qd vox illius debeat valere cū fm ius valere debeat ꝙ preualebit vox habentis nudam proprietatē.tñ ille qui est in quasi possessione nō tenetur consentire protestationi si nollet.per id quod dixi.s.super glo.iij.ad fin.
14 Et de materia† protestationis tractauit hic Jo.de lig.ponēdo verba Bar.in.l.non solum.§.morte.ff.de ope.no.nun.do.Ant.posuit in repet.cum.M.s.de consti.de qua etiam aliquid ibi tetigit.sufficiat remissio quia materia est prolixa.

- 1 ☞ Jus eligendi per compositionem factā cum prelato ⁊ capitulo non potest competere laico etiam patrono.
- 2 Quod ex pacto fieri non potest non potest fieri consuetudine.
- 3 Patronus ecclesiasticus potest habere ius consentiendi electioni ipsa electione perfecta.

1 **SAcrosancta.** † Patronus laicus non potest etiā per cōpositionem eligere prelatū in ecclesia collegiata.h.d.Et prima pars narrat iniustam cōpositionē.secūda illā reuocat ibi attendētes:¶ No.ꝙ dictū est in summario:⁊ idem dicas de cōsuetudine.j.e.massana.¶ † Et ex hoc no.ꝙ id qd non
2 potest fieri per pactū nec per consuetudinem.de quo per Jo.an.in.c.fi.s.de consue.in simulata cōsuetudine.⁊ secundo vel tertio membro.⁊ per Bar.in.l.oēs populi.ff.de iusti.⁊ iure.¶ No.laicum nō posse habere ius eligendi in ecclesia collegiata.¶ Nota ꝙ ad superiorē prelatum de iure spectare videtur in ecclesiis inferioribus subiectis potestas prouidendi:sed certe contrarium est tenendū fm Jnno.per.c.j.s.eo.⁊ tex.iste debet intelligi qd ex priuilegio vel cōsuetudine ꝑscripta habebit tale ius.¶ No.ꝙ id qd pernitiosum est exemplo est reprobandū.facit.lxiij.di.in.§.verū.¶ No.ꝙ illud qd tendit in dispendiū ecclesiastice libertatis non
3 valet.¶ † No.ꝙ patronꝰ ecclesiasticus pōt habere ius cōsentiēdi electioni ipsa electione perfecta.de quo.s.e.cū terra.¶ Quo autē ista compositio posset esse dānosa.dic quia isti sic electi minus reuocabant ipsum comitē ⁊ ad eius voluntatē interdū contra vtilitatē ecclesie faciebat.facit qd habetur.xvj.q.ij.in.c.visis.¶ Jn glo.pe.ibi:qui eligunt capellanos glo.bene dicit si intelligamus verbu3 eligere ꝓprie:sed si sumatur verbū eligere late vt comprehendat ius presentandi:tunc gl.nō bene diceret q2 de cōsuetudine bene possunt parochiani prescribere ius presentandi rectorē.vt patet in.c.querelā.s.e.¶ Jn ea.gl.in fi.vel dic qd potest ex consuetudine induci quod in tractatu intersint:⁊ sic possint consulere de bono prelato:sed nō quod intersint in actu electionis ex priuilegio tamē pape posset laicus hoc ius habere.vt no.Jnno.s.eo.quod sicut.

- 1 ☞ Consilium aliquorum si in electione interuenire debeat eligētes debent in tractatu electionis illud requirere ⁊ congruo tempore debent expectare responsum.
- 2 Tempus datum ad eligēdum potest artari vsq3 ad cōsumptionem vnius candele.
- 3 Tempus quod assignatur in rescripto incipit currere a die receptionis literarum.
- 4 Frater ordinis mendicantiū potest esse commissarius pape.
- 5 Consiliū vbi exigit̃ ab eo qui nō est particeps officij licet i subsidium possit esse sufficit petere cōsiliū ⁊ congruo tempore expectare:non autem est necesse illud sequi.⁊ nu.11.
- 6 Compromittentes possunt restringere potestatem arbitrorū ad minus tempus ꝙ̃ sit in iure statutum.
- 7 Consilium si in aliquo actu requiri debet:d3 requiri ante actum celebratum ⁊ anteꝙ̃ sit deliberatū ⁊ firmatū quid agendum sit.
- 8 Tp̃s breue nō excusat illū qui h3 exigere cōsiliū si tp̃s breue recepit vel nimiū distulit ⁊ etiam citatus qui minus cito arripit iter non excusatur propter impedimentum superueniens.
- 9 Tractatus qui fit in electionibus an sit de substātia electionis.
- 10 Uerba ista facies cum consilio ⁊ facies de cōsilio differunt.
- 12 Cōsiliarij qui habent esse ꝑsentes vt possit in tractatu electionis eorū cōsiliū requiri an debeāt habere expēsas de bonis ꝑlature.

1 b **CUm in veteri.** † Qui cum[b] cōsilio aliquorū tenent̃ eligere in tractatu electionis eorū consilium requirere debent ⁊ congruo tempore expectare respōsum.h.d.Et tres sunt partes principales.Nam primo ponit electionis formam.

Secundo

[a] ¶ Extra glo. De hoc vide a do.abb.hic in vlti.col.versi.vlterius querit hic Jnno.

[b] ¶ Qui cum. Idē hic summat do.ab.licet aliis verbis tamē idem in effectu.

Secundo cause cõmissionem decisam ꝛ iudicũ relationem. Tertio ponit cause diffinitionẽ. secunda ibi: relato. tertia ibi: cũ aũt. vel melius potes dicere ꝙ in prima ponit electionis formã ꝛ decisionem cause. In secũda iudicũ relationem ꝛ noue cause cõmissionem ꝛ decisam iudicum relationẽ. tertia nõ mutatur. ¶ Not. ex tex. iuncta suprascriptione qꝺ interdũ tam ad alios ꝙ̃ ad canonicos ecclesie cathedralis spectat electio. de iure tamen cõmuni contrarium est. s. eo. c. j. forte tamen ſm do. Cardi. flo. iste due ecclesie de quibus in suprascriptione erant simul vnite. sic etiam in simili habet̃ de feltrensi ꝛ bremensi. j. de arbi. exposita. ¶ No. ꝙ etiam vbi fit mentio de ecclesia cathedrali exprimitur nomen sancti. regulariter tamen contra vt notatur. j. de prebẽ. quãuis. el. j. lib. vj. sed forte istud fuit hic factum propter diuersitatẽ ecclesiarum. ¶ † No. vlterius ꝙ artari potest tempus datum ad electionem faciendam. ꝛ hoc clarum per papam vt hic patet iũcto c. ne pro defectu. s. eo. Idem videtur si omnes canonici consentiant vt patet. j. in versi. verũ. Et no. bene ꝙ potest arctari vsqꝫ ad consumptionem vnius candele. nam hanc metam nõ reprobat hic Inno. vt ipse expresse dicit. ¶ Nota tamẽ ꝙ litera dicit hic vsqꝫ ad consumptionem non dicit extinctionẽ. ꝛ per hoc cessat questio Hostiẽ. q querebat. Quid si candela vento vel aliter extingueretur. ꝛ postea per spatium hore differtur anteꝙ̃ posset reaccendi: an tunc possent procedere ad electionem. nam non videtur ꝙ expirauit potestas ex quo non est consumpta ꝛ ex quo casualiter est extincta. satis tamen videtur iustum illud qꝺ ipse dicit videlicet attendi debere ꝙ̃tum potuisset durare si candela cõtinue fuisset accẽsa: vt infra illud tẽpus fiat electio. De cautela tamen est vt ipse dicit ꝙ ponat̃ in lanterna ꝛ in loco alto ita ꝙ non possit remoueri. ¶ † No. ꝙ vbi in rescripto assignat̃ tempus incipit currere tempus a die receptionis literarũ. de quo. j. de appel. super eo. ij. ¶ No. ꝙ † frater ordinis mẽdicantiũ potest esse commissarius pape[a] ꝙ videtur contra. c. statutũ. de rescrip. in. vj. sed potes dicere ꝙ nondum emanauerat illa decreta. vel ibi loquitur in iudicialibus hic in extraiudicialibus ſm do. Cardi. floren. vel hic apparebat ex tenore rescripti de certa sciẽtia pape. facit quod notatur in dicto. c. statutum. in verbo. literarum. ¶ † No. ꝙ vbi exigitur cõsilium ab eo qui non est particeps officij licet in subsidium possit esse sufficit petere cõsilium ꝛ congruo tempore expectare. non autem est necesse illud sequi. secus scꝺm Bar. si esset particeps officij: vt ipse plene no. in. l. j. §. si plures. ff. de exercito. ꝛ facit quod habetur in. l. titium ꝛ meuium. in princ. ff. de admi. tu. ꝛ in. l. cõsilium. ꝛ in fi. ff. de curato. furiosi. ¶ No. ꝙ † cõpromittentes possunt restringere potestatem arbitrorum ad minus tempus ꝙ̃ sit in iure statutum. ¶ Nota ꝙ vbi † consilium debet requiri in aliquo actu requiri debet ante actum celebratum ꝛ anteꝙ̃ sit deliberatũ ꝛ firmatum quid sit agẽdum: vt hic notabiliter probatur ꝛ sensit etiam Inno. Et pro hoc quia quando iam facta est deliberatio nõ de facili quis recedit a iam deliberato: ꝛ ideo nõ potest tunc sic cõsilij operari. ¶ No. ꝙ non sufficit consilium requirere nec congruo tẽpore expectare responsum quod no. pro statutis interdum requirentibus sententiam debere ferri cum consilio sapiẽtis. ¶ No. ꝙ nedum debet requiri consilium ab illo cui cõmissum est vt consilium exigat sed etiã ab illo cui talis dedit mandatum vt actũ exerceat. ¶ † No. ꝙ nõ excusatur habens exigere consilium ex breuitate temporis exercendi actũ si tempus breue recepit vel si nimium distulit. ꝛ sic est arg. ſm Abba. contra alios qui querunt ꝛ non expectata conclusione responsionis opponunt. facit. xj. q. iij. eorum. ¶ Itẽ cõtra illum qui comparuit in iudicio: sed nimis tempestiue recessit. facit. xj. q. iij. certum. ꝛ. j. de iudi. c. j. ¶ Item facit contra citatũ qui tarde arripit iter vt non excusetur propter impedimentũ superueniens. facit. l. ij. §. penul. ff. si quis cau. ¶ Nota ꝙ vbi ex sententia posset aliquod preiudicium inferri contra mentem sententiantis cautum est casum exprimere in sententia. de quo. j. de re iudica. sicut nobis. ¶ In glo. j. ibi consilium eius requirunt: sed certe videntur tunc requirere post electionem ꝛ sic non congruo tempore. vnde melius est dicendum ꝙ debebat inquiri eius consilium: sed in genere querendo ab eo de qua persona consulit vt eligat. nam posset talem nominare quod discederent a tractatu quem fecerant de ipso consiliario. ꝛ per hoc patet qꝺ nõ obstat ratio glo. sequentis ꝙ potest taliter requiri ꝙ non per hoc cõsentiet nec veniet cassanda electio. Si autẽ specifice cõsuletur de sua persona: tunc posset dicere ꝙ in hoc stat iudicio sociorũ: sed quia per hoc quãdo posset ambitio notari melius est ꝙ dicat nõ sum sufficiens: sed potestis eligere talem. nam si eum postea eligant nihilominus tenebit electio ꝛ seruata erit forma mãdati. ¶ In glos. iij. ibi: al's quomodo eligerent. sup. commode. Nam melius sciuit quid agendum si prius fecerunt tractum. † non autem videtur tractatus de substantia electionis: q꞉ nõ cõnumeratur in c. q꞉ propter. ¶ In ea. glo. ibi: anteꝙ̃ cõueniãt ꝛ firmiter deliberant: prout declaraui in notabilibus. ¶ In ea. glo. in fi. ꝛ adde qꝺ notat̃ per glo. in. d. c. cum olim. ¶ In gl. super verbo requisitum. ibi: lex insulam solue: vt notatur in. c. commissa. j. eo. in. vj. ¶ In glo. iiij. dic ꝙ ibi tempus adijcitur dispositioni: ideo tunc ante tẽpus agi potest ad particulare interesse si debito tempore non inchoauerit edificare sed ad totale interesse. demũ lapso tpe ꝛ sic reducuntur iura ad concordiam. Si autẽ adijcitur tempus conditioni tunc si implementũ cõditionis pendet a potestate futuri obligari expectabitur totum tẽpus: vt in. l. de illa. ff. de ver. obli. ꝛ in. d. c. cõmissa. secus si non pẽderet a potestate eius. vt in l. hoc iure. hic allega. de quo ibi per glo. ꝛ Bar. Potes etiam dicere ſm do. Cardi. flo. qꝺ in. c. cõmissa. expectatur tempus q꞉ forte posset dispensari per episcopum ſm formã. c. cum ex eo. eo. tit. in. vj. non autem debet attendi ꝙ posset per papã dispensari: q꞉ non debet cõsiderari qꝺ ab vno solo fieri potest. l. apud iulianũ. in fi. de lega. j. ꝛ qꝺ notat Inno. j. de testa. filius. ¶ In ea. gl. ibi congrue poterant. ꝛ quantum sit istud tempus arbitrio iudicis relinquatur. ar. j. de offi. deleg. in. c. de causis. de quo etiã hic per Io. and. circa fi. tex. ¶ † In glo. antepenul. in ratione arbitrij. i. rõne forme date in arbitrio que nõ requirit cõsensum sed cõsiliũ. ꝛ an sit dr̃ia an dicat̃ facies cũ ꝯsilio tali. an vero dicat̃ facies de cõsilio talis. Io. and. tenuit ꝙ sic in. c. nullus ex cõsilio. j. de reg. iur. in. vj. in Mercu. Nam vltimo casu tenet̃ sequi cõsiliũ nõ primo. Sed Bar. tenuit contrarium in. l. j. §. si plures. ff. de exercito. ꝛ hec opin. videt̃ verior quia dicta differentia non videtur bene iure probari: vt ibi tangit Ioan. and. ¶ † In eadem gl. ibi. §. papinianus. al's est lex per se ꝛ ratio est quare non tenetur ibi tutor nedum sequi consilium matris: sed nec etiam requirere quia de iure ſm illa tempora non poterat esse tutrix. ꝛ sic nõ poterat esse particeps officij. ꝛ ideo cum tutor potestatẽ habeat a lege nõ potuit testator in preiudicium legis artare tutorem ad consiliũ requirendum ipsius matris. imo plus videtur ſm Bar. ꝙ etiam si posset esse particeps officij: vt q꞉ esset masculus vel hodie mater: si tamen non esset qui daretur in consultorem tutori a testatore. ¶ Si tamen non esset particeps officij ex quo tutor habet potestatem a lege non tenetur consilium requirere per. l. titiũ. in prin. ff. de admini. tutorum. Secus quando adijcitur consiliarius ei qui habet potestatem ab homine adijciente consiliarium: quia tunc tenetur requirere consiliũ congruo tempore ꝛ congruo tempore expectare: vt hic ptꝫ. de quo plene p Bar. i. d. l. j. §. si plures. lꝫ do. Car. flo. hic aliter loquatur. ꝛ qꝺ dixit glo. s. ratione arbitrij expone. i. ratione forme ipsius arbitrij. q꞉ in eo continebatur de cõsilio ꝛ nihil dicebatur de consensu. ¶ In ea. gl. ibi: recedit. ꝛ procedit illud fauore pupilli etiam ex presumpta mente testantis qui verisimiliter si perpendisset de eo de quo mõ perpẽdit iudex aliter ꝓuidisset. facit quod habet̃ in. l. vtilitatem. ff. de cõfir. tuto. ¶ In ea. glo. ibi habitũ sit in tractatu electionis. sup. ꝛ cõgruo tempore expectato responsum. Nam tunc valeret qꝺ fieret etiã nõ seruato consilio. ꝛ sic hec decre. nõ contradicit. c. cũ olim. prealleg. imo cõcordat. ꝛ hec per illam ꝛ illa per istam declarat̃. ¶ In ea. glo. ibi non astringunt ad aliquã formã. nam non ad formam scrutinij: quia in scrutinio quis debet nominare quem putauerit meliorem. viij. q. j. licet ꝙ hic facere non posset ex quo artatur ad certum eligẽdum. Itẽ nec ad formã inspirationis: q꞉ in illa nulla debet precedere tractatio: sed solum ex instinctu spiritussancti procedere: vt. s. e. q꞉ propter. videtur etiam ꝙ astringatur ad formam cõpromissi: q꞉ cõpromissarius non haberet libertatem arbitrari contra. l. qualem. ff. de arbi. Sed certe vt tangit Io. and. hoc vltimũ non videtur verum: q꞉ non est absonũ ꝙ taliter aptetur potestas cõpromissarij ad eligendum ꝙ nõ habeat liberam voluntatem: vt patet in. c. cum dilecti. s. eo. ꝛ. j. eo. si cui. lib. vj. nec ob. d. l. qualem. licet non respondeat: quia ibi loquitur in cõpromissario dato ad litẽ decidendam qui debet habere libertatem in iudicando. hic autẽ in dato ad eligendum in quo necessario hoc non requiritur: vt patet in iuribus prealleg. Et per hoc patet ꝙ licet propter autoritatem gl. forte posset seruari qꝺ sequitur in glo. tamen tutius est eligere per formam cõpromissi: vt sic seruetur aliqua de formis. c. quia propter. ¶ Et aduerte q꞉ si in casu glo. canonici noiarent idoneam personã si consiliarij non consentirent possent canonici appellare ꝛ procedere ad electionem ſm Ioan. and. Sed forte istud nõ est sine dubio si consiliarij nominent aliam idoneam personã ex quo papa voluit cũ eorum consilio ꝛ assensu fieri electionem. nam potius debent sequi voluntatem consiliariorũ ꝙ̃ propriã ꝓpter formã mandati. ar. s. de rescrip. cum dilecta. ¶ In ea. glo. ibi: tunc aũt scrutinium. nã post scrutiniũ frustra peteretur consilium: ex quo in scrutinio iam deliberassent. ¶ Extra gloss. dubitatur quid si essent plures forte duo fratres. s. de ordine predicatorum de quo tunc intelligeretur. Io. and. ponit opi. ꝛ potes illas coniungere simul: q꞉ ex aliquibus circunstantijs apparet: de quo papa sen-

[Marginal numbers: 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9 (left column); 10, 11 (right column)]

[a] ¶ Commissarius pape. Vide do. Fran. areti. ꝯsi. lviij. vbi tenet qꝺ papa scribẽs sciẽter religioso ꝛ sibi cõmittens cãm criminalẽ ꝺꝫ dispẽsare ꝙ sententiã sanguinis ferat.

serit de illo debebit intelligi. ar. de reg. iur. c. inspicimus. li. vj. & ff. de reg. iur. in l. semper in stipulationibus. Si vero alie circũstantie non apparent tunc cõsulendus est papa si cõmode fieri nõ potest facit. j. de offi. deleg. sane. Si vero id cõmode fieri nõ potest. tunc forte de meliori videt intellectũ. arg. viij. q. j. licet. & si vterqz sit eque idoneus tunc erit in electione capituli quem eligat arg.

12 l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de leg. ij. An autem † consiliarij qui habebũt esse presentes vt possit in tractatu electionis eorum consiliũ requiri debeant habere expensas de bonis prelature. dic q sic per. c. vt preterita. s. eo. & si requisiti nollent interesse nõ impedietur electio: qz non stat per eligentes quominus requirãt cõsilium. facit de reg. iur. imputari. li. vj. & qz etiã non impedit electio si aliqui canonici qui habent ius in electione citati volunt comparere. & sic multominus impediri debet in casu predicto.

1 ☙ Electus a maiori parte capituli si est idoneus confirmatur: al's confirmatur electio minoris partis facta de digno.
2 In scrutinio canonici debent exprimere desideria seu vota sua: nõ aũt eligere: nõ tñ vitiat votũ si in scrutinio vtat verbo eligo.
3 Ignorans literas est inhabilis ad prelaturam.
4 Actus ex quo acquirit quasi possessio iuris eligẽdi pficit ad validitatẽ illius electionis ex qua queritur quasi possessio.
5 Minor pars capituli qũo caute agere debeat cum videt maiorẽ eligere velle indignum.
6 Indignum eligentes priuati sunt ipso iure potestate eligendi.
7 Electio secunda valet prima non cassata si prima sit nulla.
8 Electio a minori parte facta qñ maior pars priuata est potestate eligendi ad hoc vt valeat expedit q fiat ex nouo scrutinio facto per ipsam minorem partem in qua residet ius capituli.
9 Electio minoris partis an possit confirmari si maior pars elegit indignum ignoranter.

CONGREGATO. Habet duas lect. vna est qd contineat gratiã. & hec cõmuniter non tenetur per id qd notatur in glo. in. c. penul. de tempo. ordi. & Jo. an. in. c. ex parte ade. j. de testi. Secunda est qd cõtineat ius cõmune. & hec etiã subdiuidit. nã quidã intelligũt qd secunda electio facta est post primã eodẽ contextu: & ex eodem scrutinio. Alia est q secunda facta sit ex interuallo: & ex nouo scrutinio. sed precedens cõmuniter tenetur. &

a scđm illam. h. d. Electus[a] a maiori † parte capituli si est idoneus
1 confirmatur: al's confirmatur electio minoris partis facta de digno. h. d. scđm Jo. and. vel aliter & melius sic scđm do. Cardi. flo. Si concurrit duplex electio etiã eodem contextu cõfirmatur electio maioris partis nisi sit priuata: vt qz scienter elegit indignũ. nam tunc cõfirmat electio facta a maiori parte de digno. h. d. Et primo ponit processus electionum & allegationes partium. secunda ibi: nos igitur: Cõmittit diffinitiuã duo membra distinguendo. ☙ No. j. q electio debet fieri a capitulariter cõgragatis. & sic nõ
2 a singulis vt singuli. facit. j. e. in genesi. ☙ No. ij. q † in scrutinio debẽt canonici exprimere desideria seu vota sua nõ autẽ eligere: non vitiatur tamen votum etiam si in scrutinio vtatur verbo eligo. per id qd habet in genesi. j. eo. & notatur per Jo. and. s. e. qz propter. Tamen etiam tunc ex tali voto non surgit electio: sed oportet q post publicatum scrutinium & factã collationem ipsa
3 electio fiat: vt in preallega. c. in genesi. ☙ No. † q ignorans literas nõ censetur esse habilis. & iste defectus de facili patebit ex loquela. Nã vt dicit canon imperitus Mathesios volens de ipsa sciẽtia mathematica disputare risui patebit. xxxvij. dist. in. c. qui de mensa. ☙ No. q ad validitatem electionis sufficit potestatem deuolui ad minorem partem ante pronuntiatam electionẽ per ipsam minorẽ licet deuoluat post scrutiniũ iam factam. & sic facit in ar. q sufficiat potestatẽ superuenire in limite actus dũ est
4 in fieri licet nõ precesserit actũ. & sic facit q † actus ex quo acquiritur quasi possessio iuris eligẽdi proficiat ad validitatem illius electionis ex qua queritur quasi possessio. de quo in. c. ij. j. de resti
5 tu. in integ. per Inno. ☙ † No. cautelam quã habet seruare minor pars capituli quãdo videt maiorem partẽ paratam ad eligendum indignum. Nam cautela est vt permittatur prius maiorem partem eligere & demum ipsa eligat & sic reperiatur sua facta maiori parte priuata. nam ex solo voto deposito in scrutinio de indigno nõ surgit priuatio: sed ex electiõe secuta vt est hodie
6 tex. in. c. perpetue. j. eo. in. vj. ☙ † No. arg. q peccantes eligendo indignum quantũcunqz in dignitate etiam si nõ contineatur in c. cum in cunctis. sint ipso iure priuati potestate eligendi. de quo per Joan. andr. in regula. odia. de regu. iur. in. vj. in Mercuria.
7 ☙ No. vltimo q † valet secũda electio. prima nõ cassata si prima sit nulla. Nam tunc satis est ipsam esse a iure cassatam: licet non cassetur ab homine. de quo. s. eo. auditis. ☙ In gl. fi. ibi: a maiori parte celebrata. sed quomodo cõfirmatur si facta est in eodẽ scrutinio. nam scrutiniũ minoris partis videt fuisse nullum: qz factũ a minori parte que nõ representabat capitulum. & ideo nõ

a ☙ Electus. Idẽ summat hic Abb. & ponit casum iter minis sup hoc c. vt hic p eundem Abb.

debet tractu temporis valere: nec ex eo sequi electio. j. de reg. iur.
8 non firmatur. lib. vj. propter hoc dicunt quidam quod vt † electio facta a minori parte quãdo maior pars est priuata potestate eligendi valeat expedit q fiat ex nouo scrutinio facto p ipsam minorẽ partẽ in qua residet ius capituli. & sine dubio hec practica est tutior: tamẽ cõmuniter tenetur quod etiam si fiat ex eodẽ scrutinio q teneat electio per istum tex. qui non exigit nouũ scrutinium fieri. Et ad idem facit. s. eo. dudum. Nec obstat cõtrariũ qz potest dici q licet electio que fit nulla non confirmetur tractu temporis ex facto superuenienti cũ secus sit in voto potest cõfirmari ex facto superuenienti. Nam sicut votum primi & secũdi de se videtur inualidum: tamen cõfirmatur si super addantur vota aliorum vsqz ad maiorem partem capituli. ita vota minoris partis confirment propter secutã priuationem potestatis maioris partis & propter emptionem votorum ipsius partis. posset etiã dici q non videntur esse vota talia nulla cum artati videant ad eligendũ per. c. publicato. j. eo. scđm Jo. an. Sed certe istud posset intelligi de votis maioris partis. ☙ Potest etiam dici q in hoc actu successiuo sufficit q incontinenti superueniat priuatio. ar. c. officij. s. eo. ☙ Aduerte qz electio minoris partis valebit si fiat post electionem maioris partis & sic post eã priuatam. Idem. scđm aliquos si fiat ante ex quo fit eodẽ contextu. sed non placet Jo. and. per istam literam que videtur põderare q post electionem maioris partis facta fuit electio minoris. & per votum depositum in scrutinio non erat maior pars priuata: ideo tunc electio facta a maiori parte capituli debuit dici nulla. & sic non põt con
9 ualescere per. c. auditis. s. eo. ☙ † An autem si maior pars ignoranter elegerit indignum & minor dignũ cõfirmari possit electio minoris partis. Inno. voluit q sic quasi facta a saniori. Sed cõmuniter tenetur cõtra qz electio facta a maiori parte regulariter nõ valet per. c. qz propter. fallit in duobus casibus. Primus est in. c. scriptũ. Secundus qñ ius maioris partis deuolutũ esset ad minorem partem per. c. gratũ. s. ti. proxi. q hic nõ cõtingit ideo tunc vtraqz est nulla. vna qz facta est de indigno. altera qz facta a maiori parte capituli. de quo etiam dicet. j. eo. ecclesia.

1 ☙ Eligentes possunt prosequi electionem absqz electo.
2 Onus probandi incumbit dicenti aliquid factum contra nouã legem vel precessisse ipsum factum.
3 Pluralitas beneficiorum reprobatur. & nu. 16. & 30.
4 Sacramenta collata a prelato priuato an valeant.
5 Plura obtinens beneficia an sit ineligibilis ad maiora vel etiã minora.
6 Excipiẽs siue replicãs an videat cõfiteri intentionẽ aduersarij.
7 Super pluralitate curatorum vel dignitatum vel curati & dignitatis potest solus papa dispensare.
8 Vitiũ electi si est purgatũ ante electionẽ nõ nocet. & vide nu. 26.
9 Titulum sue possessionis ostendere cõpellitur quis quando ius resistit possessioni.
10 Confessio procuratoris eligentium non nocet electo.
11 Juramentum de veritate dicenda prestatur in causis spirituali bus & etiam de calumnia.
12 Litis contestatio in causa bñficiali an sit necessaria inter pñtes.
13 Litis contestatio an inducat per positiones & rñsiones ad illas.
14 Acta reiterantur processu cassato.
15 Accumulari non debent plura facta super vna positione.
17 Dignitas & personatus quomodo differant remissiue.
18 Dispensatio vitiatur si falsitas exprimat vel si taceat veritas.
19 Taciturnitas modici beneficij super pluralitate beneficiorum vitiat dispensationem.
20 Pluralitas beneficiorum quando sit prohibita.
21 Sententiã expectare nõ debet pars sentiens eã cõtra se ferendã sed cedat liti & si veniet condemnandus ex causa ex qua efficeret infamis cautela est q soluat ante sententiam.
22 Confirmatio electionis anteq petatur debet electus consensisse electioni.
23 Furtum non cõmittit qui rem alienam contrectat si credit eam esse suam dumodo non sit ignorantia crassa.
24 Furtum non committitur in rebus immobilibus.
25 Gesta sacramentaliter ab eo qui non est verus prelatus licet sit toleratus an valeant.
26 Litis contestatio an fiat per confessionem aduersarij.
27 Vox quelibet iudicis faciẽs ad cãm põt dici snia interlocutoria.
28 Juramentum de veritate dicenda tantum prestatur in causis spiritualibus: non de calumnia. & nu. 35.
29 Titulus quid sit.
31 Excipi quomodo possit cõtra illum qui non agit sed non habet intentionem agendi de proximo.
32 Articulus quando non concludit qz est indeterminatus nõ debet peti specificatio quia incaute ageretur.
34 Dictio preter an includat vel excludat.

Dudum

a ¶ Vdum ecclesia. Habens[a] plures dignitates vl' plura curata sine dispēsatione pape ineligibilis est. h. d. Et diuiditur in tres partes principales. In prima ponant' narrationes partium coram papa. In secunda ibi: nos igit' cause commissio ⁊ processus iudicum. In tertia ibi: licet processus pape. vel magis specifice dicas ꝙ primo ponitur obiectio cōtra electū. secūda ibi: verū excusatio ꝓ electo. tertia ibi: nos igit' excusationis repulsio ⁊ cause cōmissio. quarta ibi: partib' iudicū processus ⁊ appellatio ad papā. quinta ibi: licet ꝓnuntiatio sup processu iudicū. sexta ibi: tandē litis cōtestatio iuramēti ꝓstatio: electi cōfessio: ⁊ reprobata excusatio. septima ibi: insuper. alia electi excusatio. octaua ibi: tandem electi cessio ⁊ cessionis admissio. ¶ No. j. ex decretali ꝙ canonici ecclesie possunt se opponere electioni in electū nihil petentem. de quo hic per Inn. ⁊ qui admitti possint vel debeant ad excipiendū cōtra electū tangit in. c. sup his. ʃ. de accu. ⁊ est bona gl. in. c. vt circa. in gl. quorum interest. ʃ. eo. in. vj.
1 ¶ No. ꝙ † eligentes possint ꝓsequi electionē absq3 electo. de quo etiam in gl. potest etiam ipse electus prosequi: vt patet in hoc. c. in ver. tādem archidiaconus.
2 ¶ Not. ꝙ † dicenti aliquid factū cōtra legē nouā videt' incūbere onus ꝓbandi vel precessisse ipsum factum. facit. s. de rescri. cōstitutus. ⁊ hoc simpliciter videtur hic tenere do. Ant. de bu. tamē forte hoc procedit qñ expresse dicit ante factum legē precessisse vt hic fuit. secus videt' si simpliciter dicatur factū esse contra legem. Ex aduerso reus se defendendo dicat illud factum ante legem. per id qđ habetur in simili in cle. vlt. de rescrip.
3 ¶ No. ꝙ † pluralis in beneficijs incurrit plura delicta. nam primo incurrit transgressionis notā. i. infamiā3 fm do. Car. flo. facit. vj. q. j. infames. Item incurrit delictū auaritie ⁊ cupiditatis. Item quodammodo dicitur furtum con
4 mittere. ¶ Not. ꝙ † gesta sacramentaliter a prelato priuato ipso iure non videntur valere quasi facta a non tolerato: l3 al's tanꝙ̄ prelatus refutaretur. de quo in gl. de gestis autem temporaliter an illa teneant recurre ad no. s. eo. nihil est. in glo. fi. ⁊ super ead.
5 ¶ † An autē pluralis nedū sit ineligibilis ad maiora beneficia: sed etiam ad minora instabāt hic doc. s3 hodie est expeditum per extrauagantem execrabilis. Io. xxij. vbi dicitur ꝙ si habens primum curatum recipit scđm sine more dispendio nō dimittit primum in manib' ordinarij sub publico testimonio ꝙ ex hoc efficitur inhabilis ad ordines sacros: ⁊ ad quecūq3 bñficia caueant ergo sibi plurales q recipiunt plura curata sine dispēsatione apostolica ne incurrāt dictam penā. ⁊ facit qđ habet' in. c. ordinarij. de offi. ordi. in. vj. ¶ No. ꝙ interdū quis replicando expresse cōfitetur intentionē aduersarij. sed istud nō est cautum fm ea que habent' in. l. si quidē. C. de excep. ⁊ in regula. exceptionem. de re.
6 iur. in. vj. An † autē replicans simpliciter vel excipiens intelligatur fateri intentionem aduersarij habetur in prealleg. c. exceptio
7 nem. ⁊. ʃ. de excep. cū venerabilis. ¶ No. ꝙ † super pluralitate curatorū vel dignitatum vel curati ⁊ dignitatis potest solus papa dispensare. de quo in. c. de multa. ʃ. de preben. ꝙ procedit fm veram opinio. etiā si propter vtilitatem ecclesie vel prerogatiuam ꝑsone fiat dispēsatio. l3 Hosti. aliter dicat vt no. in. d. c. de multa. ⁊ per gl. in. c. sanctorum. lxx. dis. vbi gl. ponit opi. Io. que cōiter nō tenet'. ¶ No. ꝙ in ponderāda habilitate vel inhabilitate ele
8 cti attēditur tēpus electionis. facit. s. eo. dudum. ⁊ ideo † si vitiū est ante purgatum nō nocet electioni. ⁊ si post purgetur nō ꝓficit.
9 ¶ No. ꝙ † quādo ius resistit possessioni cōpellitur quis ostēdere titulum sue possessionis. facit. c. ordinarij. de offi. ordi. lib. vj.
10 ¶ No. ꝙ † confessio procuratoris eligentium nō nocet electo: vt hic patet. nam dato ꝙ ille confiteret' pluralitatē papa nihilominus voluit iterato de hoc inquiri. ¶ Nota ꝙ vbi plures excusationes preponuntur potest sup illa ꝓnuntiare de quo prius con
11 stat. facit. s. eo. cum inter. R. ¶ In ver. partibus. no. ꝙ † in spiritualibus causis prestatur iuramentū de veritate dicenda. hodie etiā prestari debet iuramentū de calūnia in. c. j. ʃ. de iuramen. ca
12 lum. in. vj. ¶ † No. fm ista tpa in causa beneficiali inter ꝑsentes non poterat procedi ad sniam diffinitiuam lite nō cōtest. s3 altero absente cōtumaciter secus. ʃ. vt lite nō cōtest. qm̄. in. §. si vero. hodie serua cle. dispendiosam. de iudi. per quā iuncta cle. sepe. de verbo. signi. videtur nō esse necessariā contestationē etiam inter presentes. ¶ No. arg. delegatum sup lite exceptionis posse lite finita contra electionē prouidere ecclesie de pastore. sed certe istud est verum si hoc habuit in mādatis. ⁊ sic debet intelligi hic. ꝓut habetur in ver. nos igitur. in fin. sub decisa. prout etiā supplet ibi
13 Io. an. ¶ In ver. licet. No. ꝙ † per positiones ⁊ responsiones ad illas nō inducitur contesta. de quo in. c. j. ʃ. de lit. contest. ¶ No. ex quibus surgat cōtestatio: q2 ex petitione in iure interposita ⁊ respōsione facta ad illā ꝙ videtur ꝓcedere ex quo indistincte loquitur siue fiat respōsio negādo siue cōfitendo. sed qđ dixi de cō
14 fessione intellige prout tangit' hic in glo. ¶ No. ꝙ † vbi cassatur processus reiterant' acta. vnde in ver. tandē reiteratum fuit iuramentum licet fuerit prestitum. de quo per Bar. in. l. ij. ff. iudi. sol. ¶ Not. ex ver. sed cū in iure multa ex quib' cognoscitur an bñfi
15 cium sit curatū vel nō. ¶ † Not. modum faciendi positiones q2 de quolibet facto particulariter fieri debet vna positio non autē plura facta in eadē positione accumulari: q2 tūc positio est multiplex ⁊ posset rōne partis false tota negari fm vnā opi. quā videtur sequi Io. An. in glo. in. c. j. ⁊. ij. de cōfes. in. vj. Barto. tamē cōtra in. l. j. §. si quis simpliciter. ff. de ver. obli. ⁊ sensit etiā Ioan. and. in. c. presentium. de testi. in. vj. in nouel. ⁊ ideo ꝓpter opi. vitandas de cautela est quod dixi. ⁊ sic etiā fuit hic factū. ¶ N. ꝙ
16 decre. de multa. ʃ. de preben. inquātū † ꝓhibet pluralitatē habet locū in personalib' etiā nō habentib' curā animarū. ⁊ sic not. ꝙ equiparant' beneficia curata personatus ⁊ dignitates ꝙ est verū quo ad pluralitatē vitādam. Nā quo ad alia nō semper idem est iudicium de curatis ⁊ personatib': vt pt3 in. c. j. cum ibi nota. ʃ. ne cle. vel mona. lib. vj. ⁊ est bona glo. in. c. licet canon. ʃ. eo. in. vj.
17 ¶ † Que autem sit differentia inter dignitatem ⁊ personatū notatur per Io. andr. ʃ. de preben. de multa. ⁊ per Archid. in. c. j. de consuetu. in. vj. ¶ In ver. insuper. no. ꝙ taciturnitas nō canonice institutionis habet vitiare dispēsationē. ¶ Et no. ꝙ in dispē
18 sationibus habet locū. c. super literis. de rescrip. vc3 vt † vitietur dispensatio qū falsitas exprimit' vel tacet' veritas talis ꝙ ea tacita vel expressa non fuisset concessa dispensatio. ¶ Et no. bene ꝙ redditur dispēsatio ipso iure nulla. ⁊ sic magis inficit vitiū surrepti in dispensatione ꝙ̄ in rescriptis ad lites: q2 in illis solum ope exceptionis habet inficere: vt dictum fuit in dicto. c. super literis. ¶ Not. ꝙ taciturnitas redditnū primorū beneficiorū ⁊ agilitas
19 allegata respectu vltimi habet vitiare dispensationē. ¶ † No. ꝙ taciturnitas etiā modici beneficij super pluralitate vitiat dispēsationē super pluralitate. ¶ No. ꝙ dispensatio solū operat' circa
20 defectum pluralitatis non autem circa defectu3 tituli. ¶ † No. duos casus in quib' pluralitas bñficiorū de iure nō est ꝑmissa. Primus quādo vna ecclesia dependet ab altera. Secundus qñ habet vnā in titulum ⁊ aliam cōmendatam. Alij casus addunt' hic in glos. regulariter autē prohibita est pluralitas etiā in simplicibus beneficijs: vt colligitur hic ex dictione presertim. q̄ idē importat ꝙ maxime. ⁊ est implicatiua: vt notatur. ʃ. de fi. presby. ad abolendā. de quo etiā in. c. gratia. per gl. de rescript. in. vj. vbi
21 bona glo. ⁊ per Moder. in cle. gratie. de rescrip. ¶ † No. cautelā quādo pars videt sniam fore cōtra se ferēdam: presertim ex qua possit eius fama sufigillari ꝙ non expectata snia cedat liti. facit qđ notāt legiste i. l. si reus paratus. ff. de ꝓcur. vbi Bar. ad cautelam[b] ꝙ quādo quis veniret condēnandus ad certam quātitatem pecunie ex causa ex qua efficeretur infamis ꝙ tunc ante sententiā soluat. nā tunc nō poterit cōdemnari sed veniat absoluēdus: q2 soluit instit. de pena teme. litigan. in. §. fi. ¶ In gl. j. in fi. intellige tēpore electionis s3 ante fuerat archidiacon' Ambiañ. vt patet ex litera. ¶ No gl. ij. in fi. hodie. est prima decreta. ʃ. eo.
22 in. vj. ¶ In glos. illoꝝ. ibi: de consensu electi. Potes dicere † ꝙ anteꝙ̄ petatur confirmatio debet electus cōsensisse electioni: vt in. c. ꝙ̄ sit. ʃ. eo. in. vj. ⁊ sic pōt intelligi gl. s3 postꝙ̄ cōsensit electiōi absq3 alio cōsensu eius possunt eligētes petere cōfirmationē: vt hic innuit'. facit qđ nota. per Inno. ʃ. de prebē. dilectus. ij. de re iudi. cū super. posset tamē electus assistere ei ne fiat collusio. ar. l. si suspecta. ff. de inoffi. testa. ⁊ forte etiā si a principio velit ipse petere: cū ipse sit cuius principal'r intersit preferet'. ⁊ ꝑ id qđ habet' in. l. sepe. ff. de re iudi. ⁊ hoc modo pōt etiā intelligi hec gl. ¶ In
23 gl. furtū. ibi: sed in furto † excusat' si credat hoc verū si credulitas sit ex causa ꝓbabili. secus si sit crassa ⁊ supina: q2 illa non excusat ʃ. de cleri. excō. min. apostolice. cū si. Glo. tamen in. §. placuit. hic alleg. dicit ꝙ si habuit a principio voluntatē dñi credet' sibi intellige nisi ex circūstantijs aliud appareat: sed vbi a principio non habuit volūtatē dñi tunc nō credetur: intellige nisi ex qualitate personarū ⁊ facti aliud possit presumi. de quo etiā plene ꝑ Bar. in. l. inter oēs. §. recte. ff. de fur. ¶ In eadē glos. ibi: improprie tenētur. forte posset dici ꝙ proprie tenent' respectu fructuū q sunt res mobiles. tamē ex quo beneficiū vacat: vt dicit Inno. etiā in
24 illis nō ꝓprie cōmittitur furtū sicut † nec rei hereditatis iacentis. l. hereditarie. ff. de fur. ⁊ ideo hic litera dicit quodāmodo: vt glo. ʃ. subdit. Et no. ex tex. cū gloss. ꝙ dictio quodāmodo est nota impropietatis. ¶ In glo. decepte. ibi: at si clerici. ⁊ facit. ʃ. de peniten. ⁊ remis. in. c. q2 autē. ¶ In ea. glo. in fi. No. bene ex hac gl.
25 ꝙ † gesta sacramentaliter ab eo qui nō est verus prelatus licet sit toleratus nō vident' valere quo ad rei veritatē. habēt tamen illū effectū quē haberēt si vere valerent ꝓpter fidem sacramēti. Sed Inno. dicit ꝙ etiā nō valeāt sicus ⁊ alia gesta temporalia ⁊ hoc propter publicā vtilitatem ⁊ cōmunē errorē. ar. l. barbarius. ff. de offi. preto. ⁊ notatorū. s. eo. c. nihil. ⁊ fm hoc in litera deberet esse sunt recepte: q2 dānatio esset in respectu ipsi' recipientis: tū

a ¶ Habēs idē sūmat h abb. ponens casu3 in terminis.

b ¶ Dati cautelā. de h vid ꝑ Abb. in. iiij. col. ꝟ no. pe. l. et versi. seq.

cõmuniter habetur decepte:vt patet ex litera.z sic tutius est tenere glos.z ideo si anteq̃ moriantur habeant scientiaz q̃ nõ fuerit verus prelatus debebit iterato cõfiteri.facit qd notatur in.c.apostolicã.j.de presby.non baptis.¶ In gl.cõcessionẽ.ibi poterant episcopi.z ideo si fuisset hec dispẽsatio facta ante cõciliũ tenuisset z habuisset effectũ etiã post ɔciliũ.secus si fuit postea facta q2 nõ valet.nam s̃m verã opi.nõ potest episcopus dispensare in pluribus curatis siue dispensatio fiat ꝓpter prerogatiuã persone siue propter vtilitatẽ ecclesie.lz Hosti.dixerit etiam hodie scdm fieri posse per episcopũ.sed cõiter tenetur contrariũ per.c.de multa.j.de preben.qd etiã indistincte loquitur z solũ permittitur romano põtifici. ¶ † In glos.super verbo electionis tempore.ibi:sed si medio tempore potest intelligi post electionem z ante cõfirmationẽ.z sic videtur intellexisse glo.per id qd dicit glo.j.in ver verũ potest etiã intelligi medio tẽpore.s.dum vacat ecclesia etiã ante electionem.z tunc intellige qd non proderit qd presumitur simulatam penitentiam egisse ad hoc vt possit eligi ex quo de proximo ante electionẽ dimisit.z sic videtur velle hic Jo.andr.tamẽ do. Cardi.flo.hic dicit q̃ forte de iure nõ impedietur electio:ex quo casus iste non reperitur in iure expressus per notata per Joan. and.§.eo.auditis.super glo.vbi videtur cõcludere q̃ demũ criminaz de quibus reperitur in iure habẽt infringere electionem.facit qd habetur in.c.sicut nostris.de iureiurando. ¶ In eadez glos.ibi:non cõpetit mihi ius contra te.bene dicit contra.q2 saltem competit contra possidentem z sic non deficit omnino actio agẽti.z ideo facilius sibi subuenitur.facit qd notatur in.c.abbate.j.de verbo.signi.sed hic electio a principio est nulla si tempore electionis erat pluralis:ideo tractu temporis non firmatur per

26 c.auditis.§.eo.¶ † In gloss.propositam.ibi:z ipse confiteatur animo litem contestandi.supp.q̃ etiam in dubio presumitur:ex quo oblatus erat libellus nisi offerat se paratum soluere.per id qd habetur in.l.si reus paratus.ff.de ꝓcur.Et no.bene hanc gl. ad quã semper fit remissio an per cõfessionem inducatur cõtestatio vel nõ:de quo in.c.ex parte.el.j.de ver.signi.et.l.ꝓinde.§.j.ff. ad legẽ aquil.¶ In ea.glos.ibi:ad certum tempus z cõmuniter

27 in decẽ dierum:vt notat gloss.in.l.si debitori.hic allega.¶ † In eadem gloss.ibi:non appellatur sententia.sup.diffinitiua.nã ab interlocutoria appellari posset q2 ois vox iudicis ad causam faciens potest dici snĩa interlocutoria:vt not.glo.in.§.ad excludẽdas.in auẽ.de litig.colla.viij.z probatur in.l.cũ clericis.C.de epis.z cleri.z de materia p glo.ij.q.j.in summa.z per Accur.in.l.fi.§.necessitate.z ibi etiã p Ja.bu.C.de bo.que lib.¶ In gl.sup ver.electio.ibi:rem nõ nouã.hec lex fuit de quinquaginta decisionibus z nõ fuit prior in cõpositione q̃ lex vna.C.de lit.cõtest.lz in ordine dicta lex rem nõ nouam precedit dictã.l.vnam.z s̃m hoc

28 intellige glo.in verbo propositã.¶ † In gl.de dicẽda veritate.ibi:nõ de calũnia.hoc verũ s̃m ista tpa hodie etiã de calũnia iuratur:vt.j.de iura.calũ.c.j.in.vj.¶ In ea.glo.in fi.lz certe cũ illa decre.dicat q̃ ꝑlatus noĩe suo z in animã capl'i vel maioris ptis prestet iuramentũ vr̃ approbari opi.dicentiũ q̃ etiam ꝑlatus debeat iurare.Item videtur ɔ̃trã q̃ habeat respondere ex quo ipse hz iurare.nã si ipse agitaret causam prestaret duplex iuramentum.vnũ nomine suo aliud noĩe capituli a quo haberet mandatũ ad iurandum.z per consequens vt prelatus haberet respondere .et etiã nomine capituli.z sic confessio sua cõcordabit cum responsione capituli si quã facit noĩe capituli hoc erit clarũ si autem fit illi cõtraria tũc preualebit respõsio:vt not.glos.in.c.presentium.hic alleg.qd hodie habetur sub rubrica de testi.li.vj.¶ In.glo.de cõsuetudine.ibi:sz cõsuetudo seruatur zc.cõiter tenetur q̃ de iure cõi potest.p ea que habentur in.c.ad hec.z.c.vt nostrũ.j.de offi.archi.seruari tamẽ debet ɔsuetudo si illa appareat:vt dicit gl.z de materia in.d.c.ad hec.z.c.cũ satis.eo.ti.¶ In glos.que tacita;in fi.z

29 adde qd habetur in.c.nõ potest.j.de preben.in.vj.¶ † In gl.intitulatam.ibi:z dz titulus quilibet ordo.No.bene ex glo.de significatione huius nominis ti.z de hoc semp fit remissio ad hanc gl.

30 de quo etiã p gl.in auẽ.de eccle.titu.colla.ix.¶ † No.vñ ex eo qd sequitur q̃ regulariter quis non põt habere plura beneficia .fallit in casibus hic positis in glo.z hoc est clarũ in curatis z dignitatibus vel in curato z dignitate.Sed an in simplicib' aliquo casu de iure cõi possunt haberi plura beneficia recurre ad no.per glo.z doc.in.c.gratia.de rescrip.in.vj.z notatur etiã.j.de prebẽ.cum iã dudum.z in cle.gratie.de rescrip.per Moder.¶ In ea.glo.ibi:non dicitur prelatus esse et de hoc notatur in.c.nemo deinceps.j.eo.in.vj.vbi est bona gl.que tractat de materia cõmende.z aliquid etiã per Inno.in.c.si cõstiterit.j.de accu.¶ In ea.glo.ibi:derogatũ est illi decreto.intellige inquãtũ videtur velle q̃ in pluribus prebẽdis nõ dispẽsant episcopi.nam in aliis beneficiis expresse permittit episcopos dispensare.gloss.tamen ibi intelligit qd in prebẽdis diuersorũ episcopatuũ vnus solus episcopus nõ dispẽsat.prout sequitur etiã hic in glo.cõmuniter tamẽ tenetur

q̃ in pluribus prebẽdis eiusdem ecclesie nõ potest episcopus dispensare.j.de conces.preben.literas.sz in pluribus prebendis diuersarũ ecclesiarũ eiusdẽ episcopatus sic de quo in ꝓalleg.c.literas.¶ In gl.penul.ibi:reddit licitum.hoc verũ in foro cõscientie s̃m Jo.an.si dispensatio fiat ex causa al's nõ esset quis tutus in foro cõscientie.per id qd notatur in simili in.c.nõ est.j.de voto.de quo cõsueuit dici in.d.c.gratia.de rescrip.in.vj.¶ In ea.glo.in fi.no.bene q̃ consuetudo potest inducere q̃ licite fructus pcipiantur in absentia.Idem no.glo.fi.in.c.cũ oẽs.alleg.in glo.qd

31 est valde notãdum.sed hoc intellige vt ibi dictũ fuit. ¶ † Extra

a gl.[a] tangit hic Inn.quomodo potest excipi cõtra illum qui non agit.si nõ habet intentionẽ agẽdi de primo.z hec potest dici exceptio intẽtionis nõ actionis.z sic intellige.l.j.z.ij.ff.de exceptio.Sl.tamen aliter ibi intelligit exceptionẽ intentionis:q2 quãdo quis agit scz de facto z non de iure.Itẽ secũdo tangit qñ in dubio fieri debet interpretatio in benigniorem partẽ.vñ si probatũ est qd aliquis locauit ecclesiaz q̃ potest intelligi quo ad spiritualia.z istud non est licitum.Item quo ad tẽporalia.z istud est licitum.in dubio intelligetur secũdo modo.z sic patet qd iste articu

32 lus non concludit crimen.z ꝓ hoc dat hic Jo.an.† cautelam q̃ vbi articulus nõ cõcludit.q2 est indeterminatus.q̃ nõ debet peti specificatio imo incaute facit qui petit.z per hoc instruit aduersarium vt specificet id qd sibi expediat.z ideo s̃m eũ etiã de cautela est nulla interrogatoria facere sup talibus articulis que haberent fieri testibus de materia in.c.presentiũ.de testibus.in.vj.

33 ¶ † Item tangit an positioni criminose sit respõdendũ de quo etiã per Bar.in.l.marcellus.ff.rerũ amo.z l.fi.de his q.vt indig.z videtur cõcludere qd non tenetur respõdere nisi sit crimen q̃ dicatur esse notoriũ vel sup quo sit diffamat' per.c.nõ tibi dico.de peni.

34 di.j.de quo plenius hic per eũ z per doc.in loco ꝓalle.¶ † Itez tangit an dictio preter includat vel excludat.de quo per Bar.in l.j.ff.de pigno.actio.z in.l.si eum.in.§.qui iniuriarũ.ff.si qs cau. ¶ Ultimo no.ex glo.in verb.de dicenda veritate.in ver.z idem dico.qd in materia penali licita videtur extensio ex identitate rationis.Sed cõtrariũ videtur tenere Jo.an.in regula.odia.de reg.iur.in.vj.Forte glo.posset saluari q2 iura videntur equiparare iuramentum veritatis prestari in spiritualibus z iuramentum calũnie in temporalibus.z ideo ꝓpter hoc licita sit extensio.facit qd notatur in.c.si post q̃.§.fi.j.eo.in.vj.z per legistas in.l.si quis seruo.C.de fur.¶ Item no.diligenter dictũ Inn.inquantum dicit q̃ sufficit porrigere rescriptum in vim petitionis seu libelli et sic nõ erit necesse aliter libellum offerri sed forte istud posset procedere in summariis.de quibus in cle.sepe.de verb.sig.per id qd ibi habetur.in aliis videtur secus per id qd ibi habetur in auẽ.offeratur.C.de lit.contest.canonizata.iij.q.iij.

1 ¶ Collatio precedere debet electionem.
2 Collatio triplex in electione fieri debet scilicet numeri ad numerum zeli ad zelum z meriti ad meritum.
3 Indefinita equipollet vniuersali.
4 Electio ex quibus causis infringatur.
5 Gesta capitularia debent fieri vniuersaliter scilicet ipsis tanquã vniuersitati consentientibus z non vt singulis.
6 Eligẽdi potestatẽ habet q est in quasi possessione iuris eligendi.
7 Ad concludendum quasi possessionem iuris canonicalis vt vniuersalis sufficit concludere exercitia aliquorum particularium iuris vniuersalis cum intentione querendi totum.
8 Consuetudinem particularem certi loci probare volens si probet consuetudinem vniuersalem prouincie sufficit.
9 Collatio in electione s̃m viã cõpromissi non requiritur necessario.
10 Communitas significat vnitatem singularitas diuisionem.

1 **In genesi.** Irrita est electio quã † collatio non precessit vel que nõ fuit facta a maiori parte capituli vel que non fuit cõis.h.d. Et in prima parte decise ponuntur narrationes z allegationes partium ex quib' papa procedit ad snĩam.In secũda ponuntur tres cause cassationis quas papa p̃mittit ante snĩaz.In tertia cassat snĩando cassat ipsam electionẽ.scda ibi:cũ in ɔcilio.tertia ibi:nos.Scda posset subdiuidi in tres sicut tres sunt cãe.de qb' pz in lr̃a.scda ibi:nec plene.tertia ibi:nec etiã.¶ In text.ibi.z.j.decidunt narrationes z allegationes partiũ ex qb' infertur snĩa:vt tetigi in diuisiõe.¶ Itẽ ibi cõparatiõe minorũ.forte cũ essent.xij.quinqz cõsenserũt in ipsum.z quatuor in aliũ.facit.§.e.eccl'ia.¶ Itẽ ibi:discussum.sup.plene.q2 nõ fuerunt admisse seu audite rõnes hinc z inde.put fieri debuit.¶ Itẽ ibi:nec zeli zel' cõsistit in meliori intẽtione vt si aliq eligãt religiosum z nõ ɔsanguineũ.Alij forte secularẽ clericũ vel forte cõsanguineũ.Itẽ ibi:meriti põt intelligi de meritis electorũ.z ẽt de meritis eligẽtium.Itẽ ibi:repeti videretur.nã in scrutinio ẽt singl'r ɔsenserunt.z iõ si iterato cõsentirẽt post publicationẽ scrutinij z facta collatiõe videretur idẽ repeti.vel si dicatur qd iste vltimus cõsensus q̃ q̃ singularis z non

a ¶ Extra gl.de hoc vide hic p do.Ab.in.ij.notabili.

ris et non primus depositus in scrutinio facit electionē sequeret absurdū de quo sequitur. ¶ Item ibi vniuersalis.i.facta ab vniuersitate. Itē ibi:si cōmunis.i.facta cōmuniter et capitulariter. Item ibi:sue partis.i.sue electionis quā facit. ¶ Item ibi: non apparet.vt si dicat Petrus de tali vicinia currit. Item Martinus de eadē vicinia currit:licet forte ibi non essent plures q̄ duo tamen non apparet q̄ omnes de illa vicinia currant:ex quo non exprimitur aliquod signū vniuersale:licet omnes de vicinia currant. Sed ex dictis propositionibus simpliciter consideratis nō apparet q̄ vniuersalis propositio vera sit.s.q̄ omnes de illa vicinia currant:quia possibile esset alios esse qui non currerent licet de facto non sint. Item ibi:excludi.i.non poterant sic recipi pro ut fuerunt recepti:q2 simpliciter recipi debuerunt et non cum protestatione.propter id qd̄ sequitur et sic fuerunt quodammodo exclusi. ¶ No.q̄ †in electione fieri debet triplex collatio.s.numeri ad numerū zeli ad zelum et meriti ad meritum.facit qd̄ dicetur j.eo.ecclesia. ¶ No.q̄ †indefinitaª equipollet vniuersali. nam in concilio simpliciter dicitur maior et sanior pars capituli.et tamen hic interpretatur q̄ sit maior pars totius capituli.de quo per gl. in.c.vt circa.eo.ti.li.vj. ¶ Not.tres causas †ex quibus electio infringitur. Prima est quando non est facta a maiori parte capituli licet sit facta a maiori parte comparatione minorum. Secūda est quando est in electione post publicatum scrutinium omittitur collatio seu nō fit plena sed perfunctorie.sufficit tamen fm Inn.q̄ bene audiantur hinc et inde allegata licet non recipiantur probationes nec aliter diffiniantur:q2 ibi non est iudex. Itē vbi non reuocatur in dubiū de aliquo tunc facilius fit collatio.et sufficit tunc illā in genere fieri de numero zelo et merito.facit qd̄ notatur in Spe.eo.ti.§.j.ver.publicatione. Tertia causa est quādo nō fit electio cōis. Et ex hoc no.q̄ †gesta capitularia seu que fiūt a capitulo debēt fieri vniuersaliter.i.ipsis tanq̄ vniuersitate cōsentientibus et non vt singulis. ¶ No.q̄ a terminis logicalibus potest etiā argui ad terminos canonicos. facit qd̄ habetur in.l.qui quadringenta.ff.ad.l.fal. ¶ No.q̄ †existēs in quasi possessione iuris eligendi dicitur habere potestatē eligendi. ¶ No.q̄ qui nō recipitur eo modo quo debet videtur excludi. ¶ No.q̄ ex singularibus ppositionibus simpliciter sumptis nō sequitur ppositio vniuersalis. ¶ No.q̄ quo ad cōcludendum quasi possessionem iuris eligendi in pretendente se canonicum sufficit concludere quasi possessionē vniuersalis iuris canonicalis licet non cōcludatur specifice quasi possessio iuris eligendi respectu dignitatis:de qua agitur. ¶ Ex quo nota q̄ †ad cōcludēdam quasi possessionē iuris canonicalis vt vniuersalis etiam respectu particularium cōprehensorū sub vniuersali sufficit concludere exercitia aliquorū particulariū iuris vniuersalis cū intentione querēdi totū licet nō pbetur exercitiū in specie illa in qua intendit.de quo per Inn.in.c.dilectus.j.de cap.mo. ¶ No.q̄ de quo remoto loco sit vocādus absens stādum est cōsuetudini.de quo.s.eo.corā. ¶ No.q̄ †ad concludendā consuetudinē particularē certi loci sufficit pbare consuetudinē vniuersalē puincie.et sic in locis circuniacentibus de quo per Inn.in.c.fi.de offi.archi. Item potes notare q̄ defectus forme.c.q2 pp̄ter.ipso iure vitiat electionem:vt hic probatur lz Hosti.aliter dixerit et nō bene. ¶ In gl. zeli ad zelum.ibi.xl.dist.multi certe.ibi:non proprie loquitur de maiori parte respectu numeri:sz dicit q̄ ille quo ad deū reputat maior q est iustior et sanctior seu sanctioris vite licet sit minor dignitate vel ordine.et de materia dicetur plene.j.e.ecclesia vestra. ¶ †Aduerte tamen q̄ collatio fm doct.habet locum in forma scrutinij:sed in forma cōpromissi necessario non exigitur.facit.s.eo.cumana.ad fi.ibi q̄ post publicationē scrutinij fieri debuisset. et dicit Hosti.q̄ vbi sunt opi.tutior via est eligenda.et sic illa per quā cuilibet opi.deseruitur.et ideo tutius est facere ipsam plenā de oibus rebus:de quibꝰ in litera. ¶ Per quem autem habeat fieri concludit Inn.q̄ sufficit fieri per vnum alijs nō cōtradicentibus:q2 in re appetibili et meritoria.prout est ista taciturnitas habet pro consensu.secus in re onerosa.de quo etiam per glo.in c.sicut cum per formā.j.eo.titu.li.vj.et de reg.iur.qui tacet.lib.vj. ¶ Itē aduerte q2 qd̄ dictū est de collatione nō habet locū in beneficijs simplicibus in quibus nō hz locum.c.q2 propter.de quo etiā per gl.in.d.c.sicut.quinimo etiā in illis nō videt necessarium q̄ sequat cōmunis electio:sz sufficiat q̄ de ipsorū cōsensu appareat dūmodo sint capitulariter cōgregati.tutius tamē est q̄ ibi: etiā sequatur cōis electio.arg.huius tex.et vt hic actus censeatur magis ab vniuersitate factus:de quo in preal.c.sicut. ¶ In glo. idē repeti.in fi.facit.l.scire debemus.ff.de ver.ob. ¶ In glo.nec ex singularibus.ibi:vel per plures hoc non est veruz:q2 imo per vnum tantū vice omniū.j.eo.sicut cum per formā.lib.vj.iuncto c.pe.de re iudi.eo.li. ¶ In ea.gl.ibi:argumentū contra solue qd̄ in cōtrarijs loquitur in his que sunt cōia pluribꝰ vt singulis.hic sunt cōia pluribꝰ vt vniuersis.facit qd̄ no.s.de cōstitu.cum oēs.

¶ In ea.gl.ibi:possunt aliqui consentire. Sed certe illud est qn̄ ab initio electio est valida.facit.s.e.qd̄ sicut.secus quādo est nulla.s.eo.auditis. Quare autē requirat cōsensus cōis.et non sufficiat singularis.dic fm Hosti.q̄ †cōitas significat vnitatē singularitas diuisionē sed super vnitis et simul congregatis descendit spiritussanctus nō super diuisis.xxiij.q.j.schisma.et.s.de sum.tri.c.fi.ver.verū.fuit etiā ratio que tangit in litera. ¶ In gl.nec premissi ibi nihil discussum.posset dici q̄ imo fuit discussum non plene tēpore collationis.in iudicio tamē corā papa forte fuit de hoc plene discussum:ideo papa debuit pnūtiare tamē etiā si nō fuisset discussum potuit pnūtiare per id qd̄ sequit.j.in gl. ¶ In gl.possessione.ibi:vel etiā credatur.melius diceret.et etiā credat q2 non sufficit q̄ credatur habere nisi sit in quasi possessione:vt pz in.c.cōsultationibꝰ.de iure pa. ¶ In ea.gl.i fi.et sic gl.posuit duas solutiões in.c.cumana.vna est q̄ ibi a principio fuit discussum an deberet interesse.hic non.sed certe ista non est verisimilis ex quo protestatio intercessit. Secunda fuit q̄ hic pretēdebat se canonicum et sic ius cōmune fauebat ei ibi secus.sed certe ista etiā nō videtur tuta per.c.cū ecclesia.j.de cau.poss.vbi etiā existēs in quasi possessione:licet de iure cōi nō deberet interesse est tuēdus in illa.vnde tertio Inn.soluit q̄ ibi fuit facta protestatio q̄ non deberet vox valere nisi de iure vel cōsuetudine deberet interesse. sed hic fuit facta protestatio vt vox istorꝫ valeat si de iure debet valere. Sed ista diuersitas nō vr̄ habere rationē in se.vnde Hosti.dixit quod ibi cōsenserint protestationi:ideo protestatio habuit nocere.hic secus. Sed do.Car.flo.recolende memorie videt defendere opi.Inno.q̄ quādo dicitur q̄ si de iure vel cōsuetudine debeāt interesse illud genus de iure restringitur ad similes species speciei expressate ex quo subijcitur de cōsuetudine.et ideo intellige de iure.sc3 speciali.ar.l.fin.§.cui dulcia.ff.de vino legato.sed secus qn̄ genus simpliciter profertur:vt patet in.d.§.cui dulcia.et ideo simpliciter dicitur si de iure debet valere intelligit de iure etiā cōi.et sic sufficiet qd̄ sit in quasi possessione.et fuit subtilis cōsideratio secus in casu precedēti. Ideo nota bene et diligēter tene ipsam menti. ¶ Et predicta inducit do.Cardi.florē.ad questionē si papa dedit potestatē alicui q̄ recipiat procurationē in puincia Aquilegieñ.et in tali et talibus diocesibꝰ et exprimat dioce.que sit de puincia Aquilegieñ.qd̄ nō poterit in tota prouincia exigere:sed solum in dioce.expressatis:q2 solū illa generalitas in prouincia Aquilegieñ.restringetur ad species expressatas. Sed tu dic sup hoc recurrendū ad ea que plene not.Bar.in l.quesitū.§.fi.ff.de fun.instruc.et instru.lega.

1 Utile per inutile quandoq3 vitiat puta si electio prelati fiat per clericos et laicos simul.
2 Constitutio canonica appellatur etiam edictum.
3 Consuetudo et pactum comparantur.

etiã dicitur propter predicta venerandã esse senectutem. Extra glossam potest opponi, ꝙ infirmitas vel debilitas non dat causam cedendi, sed dandus sit coadiutor: vt.j.de cle.egro.c.ex parte. So. ꝙ debilitas si sit talis, de qua hic, prebet legitimam causam petẽdi licentiã cedẽdi, si quis voluerit. ꝛ ita intelligatur hic sed inuitus non debet cogi cedere, sed debet ei tunc dari coadiutor ꝛ ita loquitur contrariũ. ¶ Uenio ad.§.pro defectu.† Not. ex isto.§. ꝙ in episcopo necessaria est scientia quo ad gubernationem spiritualium ꝛ temporalium.† Not.secundo ꝙ videtur esse differentia inter necessarium ꝛ opportunum. ꝛ sic residet hic do. Anto. Sed certe hic in effectu pro eodẽ supponunt: quia necessaria ꝛ opportuna est scientia epo in gubernatione spiritualiũ et temporalium: vt etiã videtur velle glo. hic in verbo tẽporalium. Et pro hoc etiã facit, q2 verbum (opportunũ) videtur descẽdere a verbo (oportet) quod importat necessitatẽ: vt.l.cum oportet.C.de bonisque li. ¶ Item not. ꝙ est dare scientiã eminentẽ, ꝛ scientiam cõpetentẽ. Et not. ꝙ sufficit prelatum habere scientiam competentẽ, licet non habeat scientiã eminentẽ. facit quod no.in.c.cum in cunctis.s.de elec.† Item no. ꝙ vbi prelatus nõ habet scientiã competentẽ, nõ videtur cũ bona conscientia posse tenere beneficium. ¶ Itẽ no. ꝙ cõscientia interdũ infiat.i.superbire facit ꝛ facit qđ dixi in notabili. vnde dicebat† beat9 bernardus, sicut cibus indigestus stomachũ corrũpit, siccat, ꝛ hydropicũ reddit, sic scientia tũc adiecta nisi sit feruore charitatis decoacta malos mores generat. Et tullius etiã in.lib.j.de officijs dicit, scientia que est remota a iustitia calliditas est potius ꝙ sapientia. ¶ Extra glossam tãgit Jo.an.hic post Inn.† An ignorantia sit peccatum. Et cõcludit, ꝙ si proueniat ex defectu propter inhabilitatem intellectus non est peccatũ, sed potius est pena peccati originalis primorũ parentũ.xv.q.j.§.j.Si autẽ prouenit ex negligentia, tunc est peccatũ in illis, qui negligunt scire illa que spectant ad eorum officiũ, ꝛ que scire debent ẜm officium suum.xxxvij.dist.c.j.ꝛ.ij. alia autem nõ tenentur scire ẜm Innoc. licet quilibet teneatur credere illud, quod credit sancta mater ecclesia, ꝛ operari ẜm cõscientiam: ẜm ea que habentur in c.j.ꝛ quod ibi no. etiam per Inn.s.de sum.tri. ¶ Uenio ad.§. propter malitiã no. hic aliã† causam legitimã cedendi quando videlicet prelatus nõ potest propter culpam ꝛ duritiam plebis gregem sibi subiectum domare nec per suã doctrinã ad benefaciendum reducere. non tamen pro qualibet culpa potest tũc petere cessionem: sed quando subiecti sunt incorrigibiles, ꝛ quodãmodo vertũtur in lupos ꝛ dicit Hosti. ꝙ hucusqz duritia est malum: sed peius est, qñ prelati ꝛ sic pastores cõuertunt in lupos. ¶ Item no. ꝙ prelati equiparãtur mercenarijs. Item no. illud vulgatum, qui nimis emungit, elicit sanguinẽ, ꝙ subditi debẽt esse humiles in obediendo prelatis ꝛ ex hoc arguit Hostiẽ. cõtra viterbienses, qui suo tempore artarũt cardinales ad creandum papam, includendo eos in vna domo, ꝛ ipsam discoperiendo, et subtrahendo eis cõmissionem carnium ꝛ cõminãdo etiã subtractionem victualiũ ꝛ dicit Hosti. ꝙ in illa coactione grauem infirmitatẽ incurrit adeo ꝙ sibi mortis periculũ imminebat. propter quod cum non posset aliter obtinere vt posset exire de illo carcere, renuntiauit illa vice voci sue in presentia aliorum cardinalium. Et hinc sumpta occasione hic disputat, vtrũ valuerit dicta renuntiatio: ꝛ determinat ꝙ nõ adeo ꝙ quãdocũqz reuertatur re integra ille qui taliter renuntiauit, est admittendus. super quo non est instandũ: quia plene est hodie prouisum quando cardinales sunt in discordia, qualiter sit procedendum in electione pape in.c.vbi periculum. per totũ. ꝛ maxime in.§.sane.de elec.lib.vj. ¶ Ultimo no. ꝙ interdum sunt aliqui adeo obstinati ꝙ nedũ desistũt a malo, imo procedũt de malo in peius.† Itẽ potes notare, ꝙ interdum prelato licitum est fugere persecutionem ꝛ dimittere subiectos. de quo.vij.q.j.§.hoc tunc seruandũ. in tex. ꝛ in gl. ꝛ tangit etiam per Thomã in secunda secũde questione.clxv.articu.v. Sed latius hic per Inno. Hostiẽ. ꝛ Jo.an. post eos. ¶ Nam† aduertendũ est, quod quedã est persecutio intrinseca, quedam est persecutio extrinseca appellatur autem extrinseca persecutio, quã patitur prelatus a paganis: vel a sarracenis, aut a schismaticis, vel excõmunicatis vel ab alijs inimicis ecclesie intrinseca dicitur, quã patitur a subiectis seu subditis incorrigibilibus. Alij tamen dicunt extrinsecam persecutionem esse, quãdo fit propter peccatũ, quod imponitur prelato, vel propter eius odium personale. Sed intrinseca dicitur, quãdo cõtingit ex peccato aliorum, ꝛ nõ ex odio prelati. Sed vt dicit dominus Floren. prima expositio est cõmunior: ꝛ illam videtur sequi hic Inn. ꝛ Hosti. vnde conclude† ꝙ si loquuntur de persecutione intrinseca, aut boni sunt permixti cum malis, tunc boni non sunt deserẽdi propter malos.xxiij.q.iiij.in.c.tu bonus. ꝛ.vij.q.j.§.hoc etiam tunc. Saluo nisi aliud magis perficere posset: nam tunc superior posset illum transferre ad locũ alium ꝛ tũc ipse nõ male faceret, si hoc peteret† quia maius bonũ preferendũ est minori bono.vij.q.j.c.scias. ꝛ.c.omnes. aut omnes subditi sunt mali: ꝛ tunc si est spes correctionis, debet expectare, ꝛ nõ fugere, seu eos dimittere. Si vero in illa esset spes correctionis, tunc posset petere licentiã cedendi: ꝛ cõsequẽter posset recedere per id qđ habetur.vij.q.j.§.Cũ autẽ. ꝛ.c.si. ꝛ hec procedunt in intrinseca persecutione† in extrinseca vero concludo, ꝙ quãdoqz fit dicta persecutio contra maiorem prelatum, puta cõtra episcopum vel superiorem, ꝛ populũ ꝛ clerum quandoqz fit cõtra prelatũ tantũ: quandoqz vero ꝛ tertio fit contra clerũ tantum quãdoqz fit propter bona ecclesiarum. Quĩqz ꝛ quinto fit cõtra alium inferiorẽ prelatum primo casu quando fit cõtra prelatum clerum ꝛ populum, vt sic fidem dimittant, vel persecutoribus subiciantur per violentiam illi, qui alias fuerunt liberi, etiã si christiani sint persecutores, tunc debet episcopus se opponere tanꝙ murũ pro domo israel, vt ita dixerim.xlvj.distin.c.si rector. ꝛ.xxiij.q.viij.c.si ergo. ꝛ.c.scitote. ꝛ sequenti. vnde nõ debet plebem suam derelinquere, si est spes, ꝙ possit se defendere tunc quia† patria defendẽda est.l.j.in fi.cum.l.sequenti.ff.de iustitia ꝛ iure facit quia periculum esset, si totus populus mariũ ꝛ mulierũ desereret patriã: ꝛ vagarentur per mundũ.† Si autem nõ esset spes defensionis, tunc fugiendum est, vt maius malum euitetur sicut etiã in simili cũ filio dei fugit ioseph in egiptum. Mathei.ij.c. vel cõueniat si potest cũ infidelibus, vel etiã christianis persecutoribus, dum modo fidem ꝛ ritus suos non dimittant. hoc enim sepe legitur factum in veteri testamẽto. ꝛ cessante persecutione potuerũt ad libertatem suam redire. facit.vij.q.j.c.sciscitaris. ꝛ.c.precedenti. ꝛ.xxiij.q.viij.§.Ecce. ꝛ.c.sequenti. Si autẽ hoc facere nõ possent nec possint se defendere fugiãt quã melius possunt, vt superius est dictũ secundo casu quando persecutio† fit contra solũ prelatum, ꝛ tunc si per alium potest esse salus populo cedere potest, si vult: ꝛ etiã si non vult, cogi potest ẜm Inno. ꝛ Hosti. vbi imminet periculum destructionis ecclesie, vel aliud magnũ periculũ ꝛ scandalum in tẽporalibus ꝛ spiritualibus: quia potest cogi cedere. ar. eorum que habentur.j.eo.titu.§.pro graui. vt† sic publica vtilitas preferatur priuate.s.de postu.c.bone.el.j. ꝛ.j.de regu. licet.vij.q.j.in.c.scias. ꝛ.j.de rer.permu.in.c.quesitũ dicit tamen Inn. ꝙ debet tunc sibi bonum cambium alterius prelature assignari nec ob. predictis, quod habetur.j.de cle.egro.in.c.ex parte. vbi patet, ꝙ infirmi ꝛ furiosi nõ remouentur quia ibi seruatur vtraqz vtilitas videlicet publica ꝛ priuata. nam seruatur priuata in eo ꝙ nõ remouetur: ꝛ publica in eo, ꝙ coadiutor datur. ¶ Quid autem si ex translatione vel remotione taliũ scandalum timeatur ex parte populi quẽ relinquunt: dicit Jo.and. magis vitandum scandalum populi qui iuste mouetur, quã persecutoris, qui iniuste moueretur.† Tertio casu quando persecutio fit contra clerũ: vt quia dicunt persequentes se cõtentari nõ prosequi populũ, si clericos expellãt: tunc dicit Inno. ꝙ nõ debent illi de populo expellere clericum seu clericos, nec eos tradere persecutoribus. quia propter hoc perderentur sacramenta ecclesie, si tales qui sunt doctores fidei, expellerentur ꝛ sic perderẽtur. vnde nec etiã debent tũc clerici volũtarie exire: et hoc si laici possunt ꝛ volunt eos defendere. Si autem nollẽt vel nõ possent defendere eos, tunc possunt clerici recedere ꝛ tranquillitatẽ temporis expectare dicto.c.sciscitaris debent tñ tũc clerici secũ ducere illos, quos possunt de populo: ne in tãto discrimine remaneãt cum alijs sine sacerdotibus ꝛ sacramentis. Et cõmendãdi essent clerici, si tunc inspirati martyrium sustinerent. facit quod habetur.vij.q.j.§.hoc autem. ꝛ.§.Cum vero. ¶ Quid autem si tantũ contra partẽ cleri fieret persecutio. do.Anto. hic dicit idem dicendum. quod est dictum, quando fit contra totum clerum. hoc tamen casu minus est periculũ, si pars cleri solum recedat, quam si omnes recederent. ¶ Quarto casu† quãdo fit persecutio propter bona vel res ecclesie, vt illa dẽtur illis persecutoribus, ꝛ tũc dicunt aliqui ꝙ non est violenter contendendum: per id quod habetur in.c.suscepimus.j.de homici. ꝛ.xxiij.q.viij.c.conuenior vbi de hoc. Contrariũ tamen est verũ: vt patet ex ijs que legunt et no.in.c.dilecto.j.de sen.excommu.lib.vj. ꝛ pro hoc facit, quia sine rebus tẽporalibus clerici diu viuere non possent.j.q.iij.c.si quis obiecerit ꝛ ideo debebit prelatus etiã pro bonis ecclesie defendẽdis se opponere iuxta posse, defendendo se spiritualiter et temporaliter: ẜm ea que habentur in dicto.c.dilecto. ꝛ exemplo beati thome cantuariensis videntur etiam adherere si spiritualiter pateretur martyrium facit quod habetur in.c.sicut dignũ.j. de homici. ꝛ hec procedunt quando fit persecutio contra maiorem prelatum, puta episcopum vel superiorẽ in minoribus† autem prelatis dicit Joan.and. ꝛ Hostiẽ. post Innoc. quod ꝙuis ad mortem parãtur, viles essent statim talem prelatum trãsferre vel eius cessionem admittere. vnde potius deberet superior ecclesiam interdicere, vel claudere, vel reliquias extrahere, ad hoc vt cesset

vt cesset a persecutione. facit quod habetur. j̃. de iurepatro. in. c. j. ij. ⁊ iij. Item posset excōmunicare persecutores. tandem etiam posset ad brachium seculare recurrere facit quod habetur in. c. ij. in fi. cum cōcor. j̃. de cle. excōmu. mini. ⁊ quod habetur. j̃. de offi. ordi. in. c. j. Si autem etiam predictis modis nō possunt cōpescere persecutores, tunc vt maius malum euitetur, debet talis prelatus cessionem petere. ⁊ si etiā non peteret, deberet cogi. per id quod dixi. s. in simili. facit quod habetur in. c. nemo. xiij. di. videtur tamen φ tunc esset sibi prouidēdum de alio beneficio, vt. s. 23 dixi in simili. † Qñ autem fit persecutio contra episcopū tantū, vel contra superiorem, tūc sine pape licentia non potest bene adhiberi remediū, quia in remotionē ipsius maius imminet periculum quam in remotione alterius prelati: ⁊ ideo tunc cautius est agendum. xlij. dist. c. quiescamus. vnde prouidendū erit sibi si fieri poterit per locum tutū, in quo moretur vel per societatē armatorum secum incedentiū, vel per alium similem modū φ si nullo modo possit prouideri, consulendus erit papa, qui poterit admittere ipsius cessionem, si illam petat, ⁊ etiam posset cogi, vt superius dixi, si per aliū posset esse salus populo, cui ipse preerat 24 et † istud dicit hic domi. Floren. esse valde notandū inquantum Inn. hic voluit, φ si periculum est destructionis ecclesie, vel magni scādali ⁊ periculosi in temporalibus vel spiritualibus, quod tunc potest cogi etiam precise prelatus ad cedendū: ⁊ poterit is etiam inuitus transferri ad alium locū, vbi plus proficere possit facit quod no. in. c. fi. de postula. prela. nam ad hoc facit ſm eum φ papa possit cogi ad cedendum, quando subest periculum destructionis ecclesie, vel magni scandali: nisi cedat de quo per eū 25 in. c. licet. s. de elec. † aduerte tamen, quia Innoc. hic dixit, quod ipsi prelato debet assignari bonum cambium occasione sue prelature vel dignitatis, quā perdidit quod nō poterit fieri in papa ⁊ sic non videt̃ esse eadem ratio, que est in inferiore prelato vnde in papa videtur φ non possit cogi, Cum nō habeat superiorē se, nisi in causa heresis, vnde ipse est etiam supra consilium generale: vt. s. de elec. significasti. xl. di. in. c. si papa fateor tamen, quod laudabile esset, φ cederet ad tollēdum magnū scandalū. Sed φ posset cogi, non videtur bene iure probari nisi erraret in fide, et sic incideret in heresim: quia tunc etiam posset deponi inuitus ⁊ consiliū generale tunc censetur esse supra ipsum, per ea que habentur in dicto. c. si papa. ⁊ de hereticis in. c. in fidei. lib. vj. per Ioan. andr.

1 Prelatus plus appetere debet salutem eternam, φ̃ commodum temporale.
2 Scandalum quando vitandum, ⁊ quando non ⁊ nu. sequenti.
4 Via tutior in dubio eligenda.
5 Veritatem bone vite nunφ̃ deserēdam.
6 Veritas iustitie duplex.
7 Veritas iustitie an possit consuetudine tolli.

Pro graui. Not. aliam legitimā causam petendi ⁊ dandi licentiā episcopo cedendi: videlicet pro graui scandalo vitando 1 quando aliter sedari non potest † et no. quod prelatus ⁊ quilibet alius plus debet apetere eternam salutē, quā commodum temporale. ¶ Et sic nota. φ finis canonicatus ⁊ sciētie 2 canonice est insequi seu prosequi bonum eternum. † Itē no. scandalum esse euitandum quando potest euitari absq; periculo vite eterne vbi autē nō potest euitari absq; periculo vite eterne nō est timēdum. Et sic no. differentiam esse inter scandalū ⁊ scandalum, vt etiam tangitur in litera ⁊ etiam in gl. ¶ In gl. in verbo distinguendum hec gl. facta est timore contrarij. c. qui scandalizauerit. j̃. de regu. iur. vide glos. pro solutione distinguit, vt in ea 3 patet. ¶ In eadem gl. ibi vitare debemus † et hoc clarū est, quādo sine peccato possumus vitare scandalum. Sed vbi est dubiū tunc dicas idem, ex quo dubiū est, an posset euitari sine peccato 4 quia † in dubio tutior via est eligenda. facit quod habetur. j̃. de spon. in. c. iuuenis. ⁊ in. c. fi. xxiij. dist. ⁊. j. q. vij. c. ⁊ si illa. ⁊ xxiij. q. j. c. quid culpatur. ¶ In eadem glos. ibi, vel iustitie nunquā deserenda. Cum hac glo. concordat alia glos. in. c. sane. j̃. de temp. ordi. Sed cōtrarium tenuit gl. in. c. qui scandalizauerit. j̃. de reg. iur. vbi glo. equiparat viritatem iustitie ⁊ veritatē discipline. Et 5 illam tenet Hosti. vnde concludit † quod veritas bone vite nunquam est deserenda. allegat quod habetur in. c. licet. xlv. dis. ⁊ xj. q. iij. plerunq;. ⁊ remittit ad summā. e. tit. §. cui. ver. si graue. In-6 no. vero dixit, † φ quedam est veritas iustitie iuris naturalis ⁊ euangelici: ⁊ illa non est relinquenda propter scandalum vitandum. Quedam vero est veritas iuris positiui: et hec est relinquēda quandoq; propter scandalū ex causa, tēperando illam, ⁊ illā etiam relaxando in certis casibus. facit quod no. j̃. de conces. preben. in. c. proposuit. ⁊. c. j. j̃. de voto. ⁊ de sta. mo. in. c. cum ad monasterium circa fi. † ⁊ pro hoc facit, quia primam veritatem iustitie predicte non potest tollere consuetudo, sed secūdā sic. s. de cōsue. in. c. fi. ¶ In glo. hoc verbo. ibi discernendis facit quod habetur in. c. φ sit. j̃. de iudeis. cū ibi notatis per glo. ⁊ quod habetur mathei. xv. c. ⁊ Marti. ix. c. vbi habetur de dicto apostolorū de quo fit mentio in litera.

1 Irregularitatis occasione legitime peti licentiam cedendi atq; inibi irregularitatem dupliciter causari.
2 Dispensare cum illegitimo quis possit.
3 Patris peccatū quando puniatur in persona filij ⁊ quando nō.
4 Dispensationem fieri debere cum discretione, alias censeri potius dissipationem, φ̃ dispensationem.
5 Irregularitas an ⁊ quando inducatur ex peccato occulto.
6 Illegitimus occultus an teneatur petere dispensationē ad hoc vt possit eligi in episcopum ⁊ dispensari cum eo possit non vocatis ijs ad quos spectat electio vel confirmatio. nu. sequen.
8 Dispensari an possit cum illegitimo vt possit succedere in hereditate non vocatis ijs quorum interest ⁊ nu. sequen.
10 Naturalis filius illegitimus an possit per principem legitimari, si extet filius legitimus.
11 Dispēsatio sit ne aliquo casu debita.
12 Dispensare recusans cum eo cui debetur dispensatio, peccat.
13 Dispensationem sibi debitam an quis possit petere.
14 Dispensatio quando censeatur prohibita ⁊ quando non.
15 Irregularitas quare sic appelletur.
16 Irregularis quis dicatur ⁊ nu. sequen.
18 Irregularitas quotuplex sit.
19 Irregularitas sit ne inducta a iure diuino, an a iure positiuo. ⁊ nume. 21. ⁊. 24.
20 Irregularitates iure veteris testamēti non fuisse perpetuas, sed temporales.
22 Irregularitas que prouenit ex homicidio an sit de iure diuino.
23 Dispensationem non solere cōcedi super homicidio volūtario.
25 Nothus quis dicat̃, quis item spurius, ⁊ quis manzer. ⁊ nu. 29.
26 Dispensari facilius cum nothis ⁊ naturalibus φ̃ cum spurijs.
27 Spurij ⁊ naturales an ⁊ quando possint succedere.
28 Filiorum genera quatuor.

Persone. No. ex isto. §. aliam legitimam causam cedendi: videlicet propter irre-1 gularitatem. † Et not. quod non propter quamlibet irregularitatem semper debet concedi licentia cedendi. ¶ Item no. φ quandoq; irregularitas prouenit ex defectu sacramenti, quandoq; ex defectu natalium. Prima est, quando quis incurrit bigamiam: vt quia contraxit cum vidua: vel q2 habuit duas vxores. ⁊ dicitur bigamus a bi quod est bis, ⁊ gamos i. mulier ⁊ sic dicitur quia binam mulierem in vxorem habuit. ¶ Secunda autem irregularitas est, quando quis non est natus ex legitimo matrimonio. ¶ Et no. φ illegitimus est irregularis: ⁊ sic non potest ad ordines vel ad dignitates promoueri quod intellige, nisi secum fuerit dispensatum per habentē pote-2 statem † ⁊ quis possit dispensare cum illegitimo, habetur in. c. j. ⁊ c. pe. ⁊ fi. j̃. de fil. presby. in. vj. illud autem est certū φ quo ad episcopatum solus papa dispensat: per ea que leguntur ⁊ not. in. c. innotuit. de elec. ⁊ in. c. vltimo. de postu. prela. ¶ Itē not. quod propter illegitimitatem latentem non est quis deponendus: nec danda licentia cedendi: sed cū eo est dispensandum, quādo lau-3 dabiliter se gessit ⁊ gerit in officio sibi cōmisso. ¶ † Itē no. quādo peccatum parētis debeat puniri in persona filij, ⁊ quādo nō quia quando est successor vicij paterni punitur: alias nō: et hoc respectu pene eterne. tamen quo ad penā temporalem interdum puniuntur filij propter peccatum parētis: vt patet in crimine lese maiestatis, i quo certā penā patiūtur vt habetur in. l. quisquis C. ad. l. iul. ma. canonizata in. vj. q. j. ⁊. j̃. de hereticis. si aduersus ⁊. j̃. de schismaticis. c. vno. li. vj. Simile etiam videmus in peccato originali, in quo omnes descendentes ab adam sunt puniti quo ad maculam ipsius originalis peccati. ¶ Item no. multiplicem speciem illegitimitatis prolis. Quia quedā sunt nothi quidam māzeres, quidam naturales: ⁊ quidam spurij de quo tan-4 getur in gl. † Vltimo not. ex textu ibi, discretionis. ſm dominū Florē. quod in dispensatione requiritur discretio. vnde dicebat bar. brix. ſm eum, quod dispēsare est diuersā secrete pensare, seu discrete ⁊ in animo reuoluere an expediat ius relaxari: et vbi fieret dispensatio, si non expedit ius relaxari, potius dicitur dissipatio: de quo per Io. an. in. c. de multa. j̃. de preben. ⁊ facit qđ not. j. q. vij. §. non rigor. ⁊. c. exigunt. ⁊. c. tali. ⁊ quod no. Spec. in titu. ij. in tractatu dispensationis. in primo. §. ¶ In glos. regulariter. ibi, alias. supple circunscripta irregularitate. ⁊ ideo expone regulariter vt. j̃. in fine dicit gl. ¶ In eadem gl. in fin. supple ⁊ sic ſm quod iubent canones ⁊ regule ecclesiastice cessante irregularitate. ¶ In glos. in verbo, non potuit. in fi. de hoc ⁊ an ex tali confessione veniret puniendus. dic vt not. per glo. l. dist. in. c. ex penitentibus. vbi glo. dicit quod non. ¶ In gl. in verbo, ha-

5 tent.in fine Solue fm Goff.q̄ †occultum peccatum de quo nō est acta penitentia,inducit irregularitatem.alias si sit acta penitentia,nō inducit vt.s.de tēp.ordi.in.c.fi.Sed Hosti.dicit ꝛ melius,q̄ peccatum occultum non inducit irregularitatem,in qua requiratur prelati dispensatio,Saluo nisi sit de illis que impediant executionem officij etiā post peractam penitentiā,de quibus dictum fuit.s.circa principiū.Sed irregularitas occulta bene requirit dispensationem vt hic patet ꝛ.s.de elec.c.Innotuit
6 ꝛ.c.pe.ꝛ vltimo.¶†Iuxta hoc querit Inno.an talis illegitimus occultus artetur ad petendum dispensationem dicit q̄ sic. nam alias cum bona cōscientia non posset beneficiū retinere.superior autem debebit dispensare,si causa subsit dispensandi:vt
7 vtilitas vel necessitas ecclesie†ꝛ dicit hic notabil'r Inno.q̄ poterit superior dispensare,etiam nō vocatis ijs ad quos spectat electio vel confirmatio.nō ob.q̄ talis prelatus illegitimus nō habuit canonicum ingressum ab initio propter defectū dispēsationis,nec etiam interuenit consensus clericorū ꝛ confirmatorum ꝛ consecrantium vel aliorum quorum dicatur interesse licet videretur q̄ deberet interuenire:per id quod habetur in.c.ad hec §.fi.j.de offi.archid.ꝛ.j.de regu.iur.in.c.quod omnes.lib.vi.nā dicunt Inno.ꝛ Hostien.q̄ hoc non habet obstare:quia nō habent predicti de quo conquerantur ex quo semel cōsenserunt.et ideo non possint amplius resilire:dummodo ille qui potestatē habeat dispensandi.velit dispensare.ar.c.cum inter canonicos s.de elect.ꝛ.s.de postula.prela.c.bone.ij.ad fi.ꝛ facit quod not. Jo.an.in.c.dudum.j.super glo.que incipit talis.s.de elec.vnde q̄uis electio habito respectu ad rigorē iuris a principio videatur fuisse nulla,tamen habito respectu ad facultatem dispensandi,censetur habuisse aliquod iudiciū propter spem dispensationis:qua dispensatione superueniente reformantur omnia.Et pro hoc facit,quia etiam de iure naturali irregularitas quo ad tale ius non videtur facere electionē nullā:vt videtur velle In
8 no.in.c.si celebrat de cle.excōmu.¶†Et no.bene quod est dictum.s.post Hostiē.ꝛ Inno.inq̄tum dictū est dispensationem posse fieri cū illegitimo vt possit succedere in hereditate etiā nō vocatis ijs quorum interest.ꝛ sic inducit etiam illud dictū Flo. hic:ꝛ etiam vidi quandoq; ad hoc allegari.ꝛ facit fm eū,quia agitur de habilitando personam:ꝛ sic nō videtur agi principaliter de preiudicio alterius.de quo remittit ad notata per se in.c. per venerabilem.j.qui fi.sint le.ꝛ ibi etiam per do.Ant.¶Sed certe potest dici,quod dictum Inn.de quo.s.non probat.quia vbi fit legitimatio de illegitimo ad finē vt possit succedere in hereditate tunc quando illi de quorum preiudicio agitur semel cōsenserunt valet nimirū si postea potest fieri dispensatio illis non requisitis.ꝛ sic videtur q̄ vbi agnati de quorum preiudicio agitur,non cōsensissent non posset fieri legitimatio illis non vocatis.pro hoc bene facit,quod habetur in.l.nā ita diuus.ff.de adopti.de quo per Bart.in.l.gallus.§.ꝛ quid si tantū.de libe.ꝛ posthu.Sic cōcludit,quod si viuēte patre ꝛ eo cōsentiente,vel post eius mortem de eius voluntate filius legitimetur,q̄ teneat tūc legitimatio etiā non requisitis agnatis ꝛ ratio est,quia poterat ipse de cuius hereditate tractatur,illā relinquere extraneo,si voluisset:nec de hoc poterant conqueri agnati.quimmo nec etiam si extitisset alter filius:qui fuisset legitimus ꝛ naturalis,dūmodo fuisset sibi relicta legitima,potuisset de residuo disponere etiam instituendo in residuo exteraneum,ꝛ pro tanto non censetur tūc fieri preiudicium ipsis agnatis,vel ipsi filio legitimo ꝛ natura-
9 li.†Secus quando fieret post mortē ipsius,de cuius hereditate tractatur quia nō valeret' legitimatio facta nō requisitis illis de quorum preiudicio agebatur per dictam.l.nam ita diuus.ꝛ q̄d
10 ibi not.per legistas aduerte tamen propter id,quod dixi†quando extat alius filius legitimus ꝛ naturalis,q̄ non consueuit imperator legitimare naturalē extante aliquo filio legitimo:prout habetur i auten.qui.mo.na.effi.sui.in.§.si quis ergo.licet posset si vellet saltem apponendo clausulam,nō obstante.per id quod legitur ꝛ not.in auten.ex complexu.C.de inces.nupt.¶Iuxta
11 predicta querit hic Jo.an.post Inno.ꝛ Hosti.†An dispensatio sit aliquo casu debita:ꝛ concludit,q̄ sic,quando sub est vtilitas ecclesie:vt quia bene se gessit in administratione ille,cuius irregularitas fuit occulta tēpore promotionis:vt hic patet.ꝛ fortius esset debita,quando hoc suadetur necessitas ecclesie:per id quod habetur,in.§.nisi rigor.ꝛ.c.exigunt.ꝛ.c.tali.cū seq.j.q.vij. concludit etiam,q̄ vbicunque subest iusta causa ratione persone,rei,cause,vel loci,potest dici debita dispensatio.facit quod habetur.xxviij.dis.c.j.ꝛ.ij.ꝛ.l.di.in.c.domino sancto.ꝛ.c.si quis
12 diaconus†ꝛ eo casu quo est debita,peccare videt̄ prelatus habens potestatem dispensandi si non dispensat.ar.c.quanto ad fin.ij.q.v.ꝛ dicto.c.si quis diaconus.dicit tamen,q̄ illam non potest subditus petere.facit quod nota.in dicto.c.exigunt ꝛ q̄d no.in simili de postulato in.c.scriptum.de electi.ꝛ in.c.ij.ꝛ.iij.de postula.prela.ꝛ facit etiam quod no.glo.in.c.licet canon.ꝛ.c.cū
13 ex eo.de elec.in.vj.ꝛ sic pertransit do.Ant.¶†Sed aduerte,q2 inquantum dixi q̄ subditus licet sit ei debita dispensatio non potest illam petere,debet intelligi iure videlicet alicuius actionis,quia tale ius non reperitur in iure dispositum.sed bene poterit iudicis officiū implorari,vt dispensatio fiat.ꝛ si ipse prelatus nolit facere,poterit adire superiorem illius prelati,ꝛ petere eum cogi:per id quod habetur in.c.nullus.j.de iurepa.et hoc te
14 nuit glo.in dicto.c.exigunt.¶Item aduerte†q̄ interdum permissa est dispēsatio:vt in casu dicti.c.si quis diaconus interdū autē censetur esse prohibita:quando.s.sine dedecore ecclesie fieri non posset:et vbi non subesset causa dispēsandi.per id quod habetur in.c.ꝛ si illa.ꝛ.c.tali.j.q.vij.et aliquos casus in quibus est permissa,ꝛ aliquos casus in quibus est prohibita,tetigit Inn. in.c.dilectus.j.de temp.ordi.ꝛ tangitur etiam in Spe.titu.ij.§. nunc episcoporum.facit quod habetur.j.de fil.presbyte.c.pe.et vltimo et.e.ti.in.c.j.in.vj.ꝛ.j.de preben.c.de multa.¶Vltimo
15 querit hic Inn.quare appelletur†irregularitas respon.q̄ ideo, quia ille qui est irregularis non sequitur naturā ꝛ regulam aliorum respectu ordinū suscipiendorum,ꝛ respectu potestatis ministrandi in ordinibus susceptis.ꝛ sic dicitur irregularis,quasi ex
16 tra regulam aliorum.†Et dicitur late quilibet irregularis,qui non potest ministrare in susceptis ordinibus,nec promoueri ad maiores etiā post peractam penitentiā sine dispensatione pape vel inferioris prelati.Et in quibus casibus episcopus possit dispensare tangitur in dicto.c.dilectus.per Inno.ꝛ in Spe.ti.ij.§.
17 nūc de episcoporū†dicitur etiā stricte irregularis ille,qui nō potest in susceptis ordinibus ministrare,nec promoueri ad superiores sine licentia pape:vt cōtingit in casibus,in quibus dispēsatio soli pape est reseruata:de quibus in dicto.§.nunc de episco-
18 porum.¶†Iuxta predicta etiā queritur,quotuplex sit irregularitas.dic,q̄ est duplex,nam quedam procedit ex defectu:vt bigamia,ꝛ illegitimitas.Et de alijs defectibus etiam habetur in c.non confidat.l.di.ꝛ.j.de corpo.viti.per totū.Quedam autem prouenit ex delicto:vt cōtingit in homicidio,simonia,ꝛ in alijs criminibus que impediunt executionē ordinis etiam post peractam penitentiā:de quibus dictum fuit in principio.c.ꝛ tangi
19 tur.j.de tēp.ordi.ex tenore.ꝛ.c.fi.¶†Itē dubitatur iuxta predicta,an irregularitas sit inducta a iure diuino,an vero a iure positiuo.Quidam dicunt,q̄ illa que prouenit ex bigamia videtur esse ex iure diuino,per dictū apostoli dum dixit,Oportet episcopum esse vnius vxoris virū:vt habetur.xxvj.dist.c.j.ꝛ.c.ij.et videtur prouenire ex defectu sacramenti.per id quod habetur.j. de biga.c.debitū.Inno.hic tenet cōtrarium,dicens q̄ talis irregularitas non prouenit ex defectu sacramēti,sed ex eo quia nō posset esse hortator viduitatis ille,qui cōiugia frequētauit:vt dicit tex.xxvj.dist.in.c.vna.al's.c.vidua.in fi.vel fm eum potest dici,q̄ dato quod de iure diuino inducatur hec irregularitas bigamie,tam a solo iure positiuo inducitur,q̄ a solo papa posset fieri dispensatio.facit quod habetur in.c.acutius.xxvi.di.ꝛ quod legitur et not.in.c.lector.xxxiiij.dist.vbi patet dispensatum fuisse per papam cū bigamo.nec ob.quod habetur in preallegato.c. debitum.j.de bigamis.quia ibi non dicitur,q̄ surgit irregularitas predicta a defectu sacramenti:licet sit causa coadiuuans,nō autem inducens.Et idē dicit de irregularitate de qua habetur j.de corpo.viti.quia illa est etiam de iure positiuo idem dicit de qualibet alia irregularitate,videlicet q̄ est de iure positiuo saltē
20 quo ad hoc,vt soli pape reseruetur quod diligenter tene mēti†et concludit,quod in veteri testamēto irregularitates nō erāt perpetue,sed tēporales tantū.vnde qui erāt in castris qui polluebātur exibant castra,ꝛ non reuertebantur nisi post vesperā ꝛ similiter qui tangebāt quedam morticinia,nō intrabāt ecclesiā vsq; ad vesperam.ꝛ hec habentur leuitici.xj.c.ꝛ deutronomij.xxiij.c. nec obstat predictis,si dicatur quod summus sacerdos debebat habere virginē nō repudiatam:quia illud non erat propter
21 defectum sacramenti,sed propter causam de qua.s.dixi†ꝛ tene diligenter menti dictum Inno.inquantum vult quod papa in omnibus irregularitatibus possit dispēsare:ꝛ quod omnes irregularitates et earū pene consequenter sunt de iure positiuo.q̄d est valde notandum,vt hic dicit dominus Flo.¶Et no.bene: quia vult,quod etiam irregularitas,que prouenit ex bigamia,sit de iure positiuo:ꝛ super illa possit papa dispensare de quo in.c.
22 debitum.j.de biga.ꝛ in preallegato.c.lector.†videtur etiam velle Innoc.quod irregularitas,que prouenit ex homicidio sit de iure positiuo:et possit papa dispensare cum homicida.quod' tene menti.Sed aduerte,licet decretales hoc non declarent,quod in contrarium facit,videlicet quod talis irregularitas sit de iure diuino,per id quod habetur primi paralippome non.xvij.et xxviij.c.vbi dictum fuit dauid:non edificabis mihi templum ineternum,quia vir sanguinis es.nam fecit occidi vriam:vt habetur in.c.

betur in.c.cum olim magister.j.de offic.deleg.& facit quod habetur in.c.j.de consecra.dist.j. ¶ Sed potes respondere, quod licet prohibitus fuerit dauid dicta de causa edificare templũ, non tamẽ per hoc generaliter fuit inducta irregularitas ratione homicidij.patet quia samuel qui erat propheta et sacerdos occidit Agar.regem Amalech primi regum.xv.c.et tamen toleratus fuit in sacerdotio.facit etiam quod habetur Nu.xxv.vbi habetur, quod phinees, qui etiam fuit sacerdos, seu filius sacerdotis,& perseuerauit in sacerdotio occidit israelitam quẽdam, qui concubuerat cum Madianita.facit quod habetur in.§.vt cum balaan.ver.is ita.ij.q.vij.& xxiij.q.v.in.c.occidit. ¶ Item beatus petrus abscidit auriculam cuiusdã tẽpore passionis saluatoris:& sic membrum alteri abstulit:& tamen admissus est in sacerdotium.Et similiter paulus apostolus videtur dedisse auxilium lapidantibus beatum Sthephanum:quia tenuit illorum vestimenta:& tamen toleratus est etiam in sacerdotio.licet in eo posset dici, quod per baptismum fuit talis irregularitas sublata.facit quod habetur in.c.acutius.xxvj.distin. ¶ Hoc tamẽ nõ potest dici in petro, qui anteꝗ̃ abscinderet auriculam, fuerat baptizatus.& sic videtur quod irregularitas proueniens ex homicidio vel mutilatione membri sit de iure positiuo.facit qđ not. Specu.in tit.ij.§.iuxta.ver.sed nunquid beatus petrus. ¶ Ad-23 uerte†quia super homicidio voluntario non cõsueuit papa dispensare vt not.glo.in glo.magna.j.de homicidio.c.sicut dignũ dicit tamen ibi Joan.and.post Hostien.super illa glo.ꝙ posset 24 dispẽsare si vellet pro quo facit, quod dictum est superius†& sic nota bene ẽm predicta, quod omnis irregularitas.etiam si proueniant ex bigamia vel homicidio, videtur esse de iure positiuo quo ad hoc saltem, vt super illa possit per solum papã dispensari, vt hic dicit Inno.quod tene menti.& de materia tãgitur per Spec.in preallegato.§.iuxta.in.ver.dicitur & in ver.sumuntur. ¶ In glo.in verbo manzeres.ibi in hystoriis non dicit quibus ẽm dominum Florẽ.Sed ẽm eum colligitur deutronomij.xxiij. Glos.tamen forte vidit alium librum historiarũ, in quibus habebatur rubrica, de qua in glo.fit mentio. ¶ In eadem glos.in 25 fin.†adde quod Isidorus.lib.xij.ethimologiarum dicit, quod nothus est natus ex nobili patre & ignobili matre, qui nõ erant coniuges.Cuius contrarium est spurius quasi extra puritatem genitus,& sic etiam ex ignobili patre est natus.Hosti.vero dicebat quod manzer est natus de scorto, hoc est de muliere, que stat publice in prostibulo qui alias appellatur vulgo quesitus.i.cuius pater ignoratur et talis etiã late dicitur spurius.l.vulgo.ff. de sta.hominum Spurius vero proprie dicitur ẽm eum, natus de adulterio, vel alio coitu damnato.Spurius enim est, qui patrem potest ostendere, sed talem quem nominare est nephas: vt dicta.l.vulgo.nothum autem dicit illegitimũ natum de nõ ingenua extra domum.dictus a notha.i.infamia naturalis autẽ est ille, de quo dixit glo.vnde sensus litere est, quod fienda est di-26 stinctio inter istos illegitimos ex eo†quia cum nothis & naturalibus facilius dispensatur ꝙ cum manzeribus & spurijs.facit qđ habetur in.c.per venerabilem.ad fi.j.qui fi.sint leg.& quod not. per Hosti.in summa de fil.presby.§.j.ver.consueuit.& in Spec. titu.ij.§.nunc de episcoporum.ad finẽ.ver.Curia romana.et sic licet papa possit cũ omnibus illegitimis dispensare, per id quod habetur in.c.nasci.lvj.di.& c.vltimo. ¶ Tamen difficilius dis-27 pensat cũ manzeribus & spurijs, vt.s.dixi. ¶ †Qualiter autem naturales vel spurij possunt succedere, habetur in tex.& in glos. in.l.si qua illustris.C.ad orficianum.et tangitur etiam in.c.cum haberet.j.de eo qui duxit in vxo.& ibi per dominum Flo.& per domi.Anto.in.c.per venerabilem.Cõmuniter tenetur quod nati ex damnato coitu & qui potest accusari ad penam imponendam, non succedant.Alij autẽ succedunt matri, nisi sit illustris. spurius autẽ nullo modo succedat patri.naturalis vero natus ex vnica concubina in domo succedit: vt dixit glos.secus si habuisset quis eodem tẽpore plures concubinas, vel non esset natus in domo: ẽm notata per dinum et Bart.in.l.fi.ff.de concubinis.et predicta satis videtur declarare textũ et materiã ipsius textus, quatenus loquitur de istis illegitimis.dominus tamen Floren.hic dicebat, ꝙ ex dictis glo.& ex ijs que scribunt doc.nõ plene declarabatur litera, neqꝫ verba litere, nec etiam glo.scđm 28 eum.vnde dicebat,†quod omnia genera filiorum, quo ad id qđ hic queritur, comprehendunt sub quatuor vocabulis: nam quidam sunt naturales & legitimi.Quidam legitimi tantum, vt filius adoptiuus, vel qui acquiritur per compaternitatem.j.de agna.legali.c.j.& de cogna.spiri.per totum Quidam sunt naturales tantum: vt est ille qui nascitur ex soluto & soluta: & iste etiã ẽm eum dicitur nothus.C.de naturalibus libe.l.j.ibi tamen nõ 29 reperio factam mentionem de notho.item quidã sunt spurij†et dicitur spurius natus ex damnato amplexu: vt ex adulterio, incestu, vel sacrilegio: facit quod habetur in dicta.l.vulgo.et scđm eũ attentis predictis, dum litera distinguit inter nothos & manzeres, ponit distinctas species: quia mãzer dicitur ex scorto natus: vt habetur in glo.& deutronomij.xxiij.et scortum ẽm eum est meretrix: vt dicunt diriuatores ẽm eum et sic manzer est idẽ quod de adulterio natus.vnde concludit, quod non sunt quatuor species, sed tantum due.et verbum spurios comprehendit sub se manzeres.& verbum naturales verbũ nothos. Et sic ẽm eum erit hic quedam figura, que appellatur ephexegesis: de qua j.de verbo.signi.in.c.forus.Et similis modus loquendi est ẽm eum.j.qui fil.sint legi.c.per venerabilem.ver.rationibus ibi, inter sanguinem & sanguinem. ¶ Sed quicquid dicat dominus Flo.mihi plus placet opinio glo.& Hostien.& potissime vt dixi, quia non reperio quod naturalis dicatur nothus vt ipse dixit. Item videtur velle quod natus ex scorto sit natus ex adulterio. Certe videtur quod potius dicatur natus ex muliere, que stat in publico prostibulo.non habetis hic alia venio ad versiculũ verum.do.Joan.de Imo.doc.

1 Petitionem iniustam non esse admittendam.
2 Paria sunt, nullam causam subesse, & aliquam subesse, sed iniustam & indiscretam.
3 Cedendi licentia quibus ex causis non soleat concedi.
4 Otium duplex.
5 Otium et voluptatem principia esse vitiorum.
6 Beneficium in ecclesia acceptans censetur quasi contrahere cũ ipso beneficio, seu cum promouente nomine beneficij.
7 Spiritu dei ducti nõ sunt sub lege.atqꝫ inibi libertatem esse vbi spiritus dei est.
8 Credendum non continuo ei esse, qui dicit se spiritu dei duci. Episcopus animã ponere debet pro salute populi sibi cõmissi.
9 Amicitia quid sit.
11 Uita vtra sit vtilior, contemplatiua ne, an actiua.& nu.17.
12 Comparatiuus presupponit suum positiuum.
13 Episcopum non posse effici monachum sine licentia Romani pontificis, licet alius beneficiatus hoc possit.
14 Filium effici extraneum patri per emancipationem.
15 Uirtutem vnam sine alijs an & quatenus possit quis habere.
16 Opera quantũuis bona nihil prodesse sine charitate quatenus verum sit.
18 Laudare seipsum an sit aliquando licitum.

1 Uerum. No.primo ex isto ver.†quod petitio iniusta non est admittenda.facit qđ habetur.j.de simo.c.ex tue.Secus quãdo est iusta.vt l.iij.C.de offi.magi.offi.& l.cum rationibus.C.qui ac-2 cu.non pos. ¶ †Item no.quod paria sunt, non subesse causam vel illam esse iniustam, seu indiscretam.facit quod habetur in.c. ij.s.de transla. ¶ Item not.quod alie cause vltra sex positas circa principium in.ver.intueri non sunt legitime ad petendam 3 cessionem.†Et nota precipue reprobari causam otij, vel quãdo propter vitandos labores quis vult cedere: vel propter vitãdos incursus persecutionẽ, vel ex eo quia allegat causam inspirationis, vel ex eo quia dicant vitam contemplatiuam esse meliorem 4 quam sit vita actiua.Item not.textum contra otiosos.†Et videtur ꝙ duplex est otium, vt hic tangit Joan.andr.nam quoddam est otium sine literis: & illud est detestabile.vnde seneca in epistola.lxxxij.ad Lucillum, Otium sine literis mors est, & viui hominis sepultura.Aliud est otium literarium: & illud commendatur vnde Tullius lib.v.tusculanarum.Quid dulcius otio literario.Quod intellige, quando quis studio vacat.Alias vt dicitur prouerbiorum.xij.Qui sectatur otium, stultissimus est.Itẽ 5 not.duo†principia peccatorum videlicet otium et voluptas et not.per peccatum omnia captiuari.facit quod habetur in.c.vltimo.s.de consue. ¶ Item adde, quod inter episcopum et ecclesiam dicitur esse matrimonium spirituale, quod contrahitur cũ ecclesia apud deum fide media inter deum mediante metropolitano, vt tangit gloss.& episcopum recipientem ecclesiam not. etiam hic dominus Floren.ex textu isto, quod beneficiatus obligatur beneficio, quod acceptat, per fidem quam videtur promit-6 tere.Et ex hoc†infertur secundum eum, quod videtur quasi cõtrahere cum beneficio, seu cum promouente nomine beneficij, per istum textum, quem dicit ad hoc diligenter esse notandum. facit quod habetur.s.de elect.c.Cum inter canonicos.vbi etiã dicitur, quod inter eligentes et electum contrahatur matrimonium spirituale.et hoc facit ad ea que dixi in.c.admonet.et ca. quod in dubijs.s.eo.tit.Item not.autoricatem allegabilẽ ꝓ ferentibus persecutionem iniuste de qua hic in litera in versicu. 7 sciens. ¶ †Item no.quod qui ducitur spiritu dei, non est sub lege et quod vbi spiritus dei est, ibi libertas.facit quod habetur secunde ad corinth.iij.quod est intelligendum, vt not.glo.notabilis in cle.ad nostrã.ver.ij.de hereticis.vbi in effectu cõcludit

quod tunc est libertas a seruitute scilicet peccati: non autẽ a seruitute seu obligatione, qua quis est adscriptus ad obediendũ superioribus vel spiritualibus. ¶ Et no. etiam quod hic reprobatur opinio Hugu. que habetur in. c. duo sunt. xviij. q. ij. vbi dicit, quod si episcopus occulta dei lege ducitur, potest renuntiare sine licentia pape, nã dicta opinio est cõtra istum textũ. ¶ Itẽ no. modum cognoscendi, si spiritus est ex deo quia cognoscitur si illa que agit ex spiritu, non agit contra obedientiam, nec contra superioris determinationem. ¶ 8 † Item no. quod non est credendum ei, qui dicit se spiritu dei duci. Quod intellige nisi hoc ostẽdat per miraculum, vel ex testimonio sacre scripture. facit. j. de hereti. c. cum ex iniuncto. Item no. textum allegabilem contra non habentes charitatem. 9 † Et no. quod prelatus debet ponere animam suam pro salute subditorum suorum. ¶ Et not. etiam quod magna charitas est ponere animam pro amicis. 10 † Quid autem sit amicitia. dicit Tullius in libro de amicitia, quod est omnium diuinarum humanarũ que rerum cum beneuolentia & charitate consensio & ibi etiam dicit, hoc scio amicitiam in bonis non esse. Et subdit etiam, hec lex in amicitia sanciatur vt nec rogemus res turpes, nec rogati faciamus. vnde Ualerius lib. vj. c. iiij. refert, ꝙ P. Rutilius amico dicenti, quid mihi opus est amicitia tua, si quod rogo, non facis. Innocẽ. inquit quid mihi tua amicitia, si pro te aliquid inhoneste facturus sum. ¶ Item no. quod qui non habet charitatem, nil censetur habere. ¶ Item not. quod propter defectum profectus aliquorum subditorum non debet prelatus totum gregem suorũ subditorum derelinquere. ¶ Item no. esse licitum se cõmendare & laudare. Quod qualiter intelligendum sit, inferius tãgetur 11 post glossam. ¶ † Item nota, quod labor etiam sine fructu vbi non deficit ex parte apparãtis, sed ex parte materie, nõ est absq; 12 mercede quo ad deum. ¶ Item † no. ex ver. nec putes. que dicatur esse vtilior vita. An contemplatiua, an actiua, & que aliã excedat. nã vita actiua est magis vtilis, & magis fructifera. Sed contemplatiua est securior & sic magis secura. Et ex hoc patet, quod habent se vt excedentia & excessa: vt etiam no. glos. ij. q. vij. in. c. Sancta quippe rusticitas. Item not. quod comparatiuus presupponit suum positiuum facit quod habetur in. l. vbi autẽ non apparet. in. §. j. ff. de verbo. obliga. Item no. quod possibile est quem vti mixtim partim vita actiua & partim vita contẽplatiua. Et hec vita mixta prefertur simplici actiue & simplici contemplatiue. & dicit dominus Flo. quod illa vita mixta pertinet precipue ad episcopos, qui videntur esse in altissimo statu perfectionis, si bene exercent in tali vita iuxta. Itẽ not. quod facilius conceditur monacho, vt ascendat ad episcopatum, quã episco13 po, vt descendat ad monachatum. ¶ † Et no. etiam, quod licet alius beneficiatus et inferior prelatus possit transire absq; licentia obtenta ad monachatum, dummodo sit petita. j. de regula. in. c. licet. & facit quod no. s. e. c. admonet non tamẽ potest episcopus transire ad monachatum nisi obtẽta licentia a papa in glo. in verbo Otiositas. ibi, iuxta illud supple ouidij de remedio otia si tollas periere cupidinis artes. ¶ In eadem gl. in fi. & ibi soluitur contrarium de. §. j. xlij. dist. vbi dicitur, quod corporalis exercitatio ad modicum vtilis est. nam illud verum est, quãdo esset sine pietate, vt ibi no. & vide Tullium officiorum lib. ij. circa princi. vbi dicit, nũquam minus otiosus quam cũ otiosus. In glos. in verbo: deficiente manu. ibi in perabolis. supple prouerbiorum. vj. c. in prin. ibi dicit, fili si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manũ tuam, Illaqueatus es verbis oris tui. ¶ In eadem glo. in fi. quelibet expositio de tribus premissis satis recidit in idẽ quo ad effectũ, secundũ dominũ Flo. Et facit ista gl. ad id quod dictum est in notabilibus, ꝙ beneficiatus obligatur ex quasi cõtractu ad seruiendum beneficio. dicit etiam Jac. de Are. notandum quod idem videtur posse dici alius, quod extraneus. quod dicit notandum ad ea, que tangunt in. c. sedes. de rescriptis. & no. glo. istã que fuit facta timore contrarij: nam hic videtur innui quod deus dicatur extraneus a nobis: quod nõ videtur verũ cum dicamur eius filij, & ipse pater noster: vt patet in oratione dominica. Unde gl. voluit dicere quod certis respectibus, de quibus tangitur in gloss. potest dici 14 deus extraneus a nobis: licet etiam dicatur pater. † Item ad id quod dicit glo. quod vbi filius emancipatur a patre efficitur illi extraneus, bene facit quod habetur in. l. amissione. §. fi. cum. l. se. ff. de capi. dimi. vbi per emancipationem desinit esse de familia patris. et adeo exibat olim, quod sm. l. xij. tabularum non succedebat patri sicut nec extraneus: licet postea ex equitate per pretores fuerit vocatus ad bonorum possessionem vnde liberi. l. j. ff. vnde liberi. ¶ In glos. vias. in fi. & habetur originaliter Iere15 mie. x. c. in fin. ¶ In glos. in verbo virtutum flore. in fine. † Et sic est sensus, quod licet quis non posset habere vnam virtutem in actu sine alijs, tamen potest habere opera aliqua aliquarũ virtutum sine alijs. philippus tamẽ dixit glossam procedere in virtutibus theologicis. sed in politicis virtutibus dicit quod ille possint haberi sine charitate: per id quod habetur. xxviij. q. j. de ijs. et ibi per gloss. & de istis potest intelligi hec litera. dominus tamen Floren. dicit veriorem esse expositionem glo. quia qui habet vnam virtutẽ perfecte, dicitur habere omnes: intellige participatione, & non proprietate. i. non omnino distincte: vt voluit Hieronimus contra pelagium. Et quod dixi perfecte, idem importat secundum dominum Floren. sicut dicere in actu. imperfecte autem habetur virtus, quãdo quis habet aliqua eius opera sed non omnia de quo secundũ Florẽ. habetur sexto ethymo16 logiarum et per tullium in secundo officiorum. † In glo. in verbo nihil. ibi, illud apostoli supple prime ad corin. xiij. c. ¶ In eadem glo. ibi, nihil prodest mihi. supple quantum ad vitam eternam, sed bene prodest quantum ad minus supplicium subeundum: prout not. lxxx. distinc. in. c. neq;. Et adde etiam quod habetur. j. q. j. in. c. vide ꝙtum bonum. vbi etiam dicit quod interdum nocet talia opera in se bona facere, quãdo scilicet fiunt ad 17 pompam vt ibi habetur. ¶ In glo. in verbo secura † in fin. & qꝺ vtraq; sit certa & secura facit litera hic dum dicit, magis secura: & sic comparatiuus presupponit positiuum vt dixi in notabilibus. innuit vtranq; vitam tam actiuam quam contemplatiuam esse securam licet contemplatiua sit magis secura: & ideo nõ est necessario eligenda secus quando vna via esset certa, alia incerta: quia tunc bene est eligenda via certa: per id quod dixit gl. ¶ In glo. via ibi, lippa erat. i. habebat putredinẽ in oculis, seu sanguinem secundum hugu. ¶ Item ibi quatuor filios imo sex. nam habuit ruben. Symeon, et leui, et iudam. & de istis quatuor fit mentio genesis. xxviij. c. habuit duos alios ex alia videlicet isacar & zabulon: prout habetur genesis. xxx. c. & mixtim de vtrisq; habetur genesis. xxxv. ¶ In gloss. fi. in fin. et sic videretur quod hic debuisset compelli. Sed dic, quod nõ compellitur: 18 quia papa eũ sue cõsciẽte derelinquit. vt patet ex litera. † Extra glossam opponitur, quod non licet se cõmendare cuius contrarium hic colligitur ex dicto apostoli, dum dicit, se plus ceteris laborasse. nam videtur, quod hoc sit contra ea, que habentur in. c. si quis velo. xj. q. iij. et in. c. quidam. et ibi de hoc. xviij. q. ij. et vj. q. j. c. imitare. et. xxij. q. v. §. hic notandum. Joan. andr. hic allegat pro et cõtra autoritates sacre scripture in hoc articulo, an liceat se commendare: finaliter concludit, quod de virtutibus que alicui insunt, ipse licite potest se commendare si hoc faciat ex charitate vera vt alios ad illas inducat, vel vt a detractoribus se excuset: per id quod habetur. xxxj. distinctio. in. c. teneret. & j. de censibus. cũ instantia. ver. quia nos. et per id quod hic habetur. sed laudare se ex causa superbie vel elationis vel ad alterius detractionem hoc non est licitum: vt in contrarijs. ¶ De hoc etiam habetur in capi. de ijs. j. de eccle. reedificandum. item melius colligitur ista iactantia in textu ibi, ego sum. inquit deus zelotes ad quod allegatur autoritas virgilij dum dixit sum pius eneas etiam hoc fuit quando portabat patrem et deos troianos in humeris suis, quando recessit de troia. adde extra lectu. istam.

1 Archiepiscopum neminem dici ante receptionẽ pallij: quãuis electus atq; etiam consecratus sit.
2 Pallium quid sit.
3 Electionis approbationem petens debet facere mentionem nõ solum de vacatione ecclesie, sed etiã de modo vacationis.
4 Capitulum potest in actu electionis compromittere in vnũ ex canonicis, & in eum transferre potestatem eligendi.
5 Compromissum factum a capitulo in vnũ ex canonicis potest impediri per vnius contradictionem.
6 Postulandi potestatem cẽsetur habere is, cui data est potestas eligendi.
7 Eligendi potestatem habens potest aliquem eligere, qui nõ sit de gremio illius ecclesie, ad quam eligitur.
8 Monachus qui non habet liberam potestatẽ consentiendi sine licentia sui prelati, an possit eligi, an vero debeat postulari.
9 Postulationes duas requiri ad hoc vt is, qui alterius potestati subiectus est, possit eligi.
10 Postulatio quomodo fieri debeat.
11 Postulatus, qui non potest eligi propter aliquod impedimentum: si presentetur ei postulatio quid habeat respondere.
12 Episcopum non posse dispensare contra concilium.
13 Eligi aut postulari eum non posse cuius vitium non est de facili dispensabile per papam.
14 Episcopus transiens ad monachatũ an et quando possit reassumi ad episcopatum. & nu. 30.
15 Contrarietatem non cadere circa diuersa.
16 Crimen notorium causat irregularitatem, ac impedit ne quis assumatur ad dignitatem.

Crimen

17 Crimen impediens ordinis executionem etiam post peractam penitentiam, inducit irregularitatem, & consequenter impedit beneficij retentionem.

18 Episcopum posse renunciare loco, licet non renunciet ordini. atque inibi episcopatum esse ordinem de per se ab alijs. & numero.65.

19 Episcopus renuncians loco & non ordini presumitur ob aliud renunciasse quam ob delictum. atque in ibi quod talis presumptio sit vehementissima & iuris & de iure.

20 Iudex debet abstinere a prolatione sententie donec sit certificatus super veritate facti.

21 Postulantes indignum an priuari debeant potestate postulandi.

dubium an iste diaconus,qui commisit se gratie capituli intel
ligatur per hoc renuntiasse literis suis.Et in effectu concludit
q̄ non:q2 licet fuerit probatum tantummodo q̄ commisit se
gratie capituli,non tamen per hoc fuit probatum in veritate
qđ per hoc renuntiasset literis,⁊ non fuit retractata sententia
iudicis qui tulerunt sententiam contra subdiaconum ex eo q2
visum fuit eis q̄ committendo se gratie capituli renuntiasset
literis ⁊ iuri competenti ex literis.Quod fuit verum per id qđ
ponitur in glo.in ver.quia ⁊ si.alie partes non mutantur.In
eadem glo.ibi poterat vti iure suo.nam vt dicit Inno.eo ipso
q̄ commisit se gratie capituli videtur protestatus q̄ gratiam
expectabat ab ipsis de capitulo:⁊ ideo si nullam gratiam fece-
runt,potest vti iure suo,vt dixit glossa.pro hoc allegat quod
habetur.j.lege siue apud acta.C.de transac.facit quod habet
in.l.hoc iure.§.fi.ff.de dona.⁊ in.l.ij.⁊ per totum.ff.de condi.ob
causam.⁊c.¶In eadem gloss.ibi per prima iura.Aduerte.q2
gl.respondet ad contraria.Sed potes dicere ad.c.gratum.cum
alijs iuribus in contrarium allegatis,quia illa iura loquūtur
quando quis directe exercet actum contrarium actui pream-
bulo,vt in illis patet.Et ideo nimirum si videtur renuntiasse
per talem actum iuri quesito ex actu preambulo.¶Hic autem
committendo se gratie capituli,ideo videtur fecisse directe con
trarium literis suis,quia non videtur hec fecisse animo renū-
tiandi literis,sed potius vt gratiam consequeret,vt superius di
xit glo.Et ideo per talē actum non intelligitur renuntiasse iuri
quesito ex literis.Item non obstat qđ dicit glo.fiat.pro quo fa-
cit in ver.⁊ nihil refert.inquantum dicit quod nihil refert quid
ex equipollentibus fiat.Pro quo facit vltima lex allegata per
gloss.quod habetur in.l.fina.ff.mandati.⁊.ff.ad trebel.l.mulier.
Potest dici quod ista non sunt equipollentia:committere se
gratie capituli,⁊ renuntiare literis:vt patet ex superius dictis
⁊ ex ijs,que superius dixit glo.¶In eadem gloss.in fine.Et sic
posuit gloss.duos intellectus ad.c.sane.quos etiam ibi tetigi.⁊
secundum etiam infra tangit gloss.in verbo renuntiasse.ad fin.
vbi gloss.clarius ponit secundum intellectum quam hic,videli
cet quod ibi restituit literas postquam fuerat institutus ipsarū
autoritate:⁊ ideo non per hoc habuit sibi nocere:quia licet per
traditionem literarū,qn̄ nondū facta esset executio,videretur
quis renuntiare iuri competenti ex literis,tamen secus videtur
quando ius non pendet ex literis:quia facta est executio iuris
contenti in literis.Et ideo talis traditio literarum non habet
11 tunc nocere.¶†Et pro declaratione textus ⁊ glosse potes con-
cludere quod aliquando quis renuntiat literis,seu iuri compe-
tenti ex literis:⁊ tunc vltimus non audietur.vij.questione.j.in
capitulo quam sit periculosum.ff.de edil.edic.l.item queritur.
§.si venditor.¶Interdum vero quis committit se gratie capi
tuli,nec tradit tamen literas:⁊ tunc non censetur renuntiasse
iuri suo,per id quod habetur in textu isto,⁊ quod supra dixit
gloss.¶Interdum committit quis se gratie capituli,⁊ tradi-
dit literas ⁊ tunc si tradidit illas antequam sit ius consecutus
autoritate illarum videtur renuntiasse iuri competenti ex lite-
ris:ideo de mero rigore non audietur,sed de equitate officio iu
dicis,per id quod habetur in capitulo sane.supra eodem.scđm
vnum intellectum.Si vero tradidisset literas postquam fuisset
consecutus ius ex literis:tunc non intelligeret renuntiare iuri
iam quesito,⁊ ideo audietur etiam de mero rigore iuris,vt est
casus in.d.c.sane.scđm alium intellectum de quo dic vt ibi di-
ctum fuit aliquando quis se commiserit misericordie capituli,
⁊ tūc idē dicendū qđ dictū est.s̄.qn̄ qs se cōmittit gratie capl'i
per id quod habetur.s̄.eod.c.sane.aliquando vero quis se com-
mittit voluntati capituli:⁊ dic idem,ſm Joan.and.⁊ Innoc.
quia voluntas debet reduci ad arbitrium boni viri,per id qđ
habetur in.l.si libertus.ff.de fideicom.liber.⁊ de iureiurando in
capitulo quintauallis.¶In glossa.iij.ibi:cassari sententia.me-
lius dixisset secundum Hostiensem cassaret irrita renuntiari,
quia ipso iure fuisset nulla,per iura infra allegata per glossam.
¶In eadem glossa ibi:sed ex alia causa.de qua patet ex litera.
nam iudices tulerunt sententiam contra subdiaconum ex eo,
quia visum fuit eis quod ex quo cōmiserat se gratie capituli,in-
telligebatur renuntiasse literis,quod non erat verum:⁊ ideo
postea erat dicta sententia cassata.Sed aduerte,quia videtur
quod dicta sententia fuit nulla tanquam lata expresso iuris er-
rore in ea.per id quod habetur in capitulo primo.de iudi.nam
lata fuit ex falsa causa in iure expressa in sententia,vt videtur
patere ex litera,dum dicit pro eo quod idem ⁊c.¶Posset di-
cere quod licet causa in sententia ⁊ sic cessaret contrarium ve-
rum:quia ista solutio videtur aliqualiter literam violare.Po-
test dici secundo quod licet dicta causa fuerit expressa in senten-
tia,tn̄ non redditur sentētia nulla ex eo,quia non erat bene cla-
rum in iure an committens se gratie capituli videretur literis
renuntiasse.nam pendebat hoc ex capitulo sane.supra eodem
quod habebat multiplices intellectus.Et ideo talis causa ex-
pressa contra ius multipliciter intelligitur,non inducit nullita
tem sententie,per id quod habetur supra eod.capitu.in senten-
tia.Et quod ibi notatur per domi.Anto.⁊ de rescrip.in.c.ab
excommunicato.Et per Inno.in.c.cum speciali.Et per Bart.
12 in.l.cum prolatis.ff.de re iudic.¶†Item aduerte quia multi-
plex potest considerari causa cassationis sententie.Una quia di
catur quod fuit lata lite non contestata.Sed an hec causa pro-
cedat,pendet ex ijs,que dixit glo.ista,⁊ etiam,que dixi super illa
⁊ adde etiam quod in causa beneficiali,de qua hic loquitur,nō
est necessaria contestatio,vt patet in clementi.ij.de iudi.iuncta
cle.sepe.de verb.signi.Olim tn̄ videbat secus,per ea que haben-
tur in.c.dudum.el.ij.de elec.de quo dicendum vt ibi.Secunda
causa quare fuit cassata sententia,potest colligi ex glossa.ij.quia
cassata fuit ex eo,quia non fuit renuntiatum literis:quāuis se
commisisset gratie capituli,visum fuit eis quod per hoc intelli-
gitur literis renuntiare.quod non erat verum.Et ideo dicta de
causa fuit sententia cassata.¶Tertia causa colligi potest ex
hac gloss.tertia,scilicet quia duo ex tribus processerunt sine ter
tio,non apparente quod tertius se excassasset,vel eis com-
misisset suas vices.Ista tamen causa licet in se posset esse vera,
tamen non videtur de mente litere,sed potius secunda.Quar-
ta potuit esse causa ſm aliquos vt tangit hic do.Anto.Et col
ligitur ex dictis Inno.quod ideo fuit cassata,quia singulares
de capitulo non debuerunt admitti ad opponendum,ex eo q2
⁊ si renuntiatio fuisset facta capitulo,ex tali renuntiatione nul
lum ius fuisset quesitum singularibus de capitulo,⁊ sic non po
terat se opponere nomine capituli,quia non habebat manda-
tum.facit.s̄.de procur.c.j.nec nomine proprio.quia nullum ius
erat eis vt singulis ex renuntiatione facta capit.quesitum.cum
aliud sit capitulum,⁊ aliud singuli de capitu.xij.q.ij.c.qui ma-
numittit.⁊.l.in tantum.§.vniuersitatis.ff.de re.diui.Ista tamē
causa non videtur hic ponderari.Et an in se fuerit legitima,
dicetur post gloss.¶In glo.iiij.ibi monitorias.Glo.fecit men-
tionem de triplici specie literarum ad beneficia:quia secundum
illa tempora consueuerunt emanare tria paria literarum,quan
do scribebatur pro aliquo beneficiando.nam primo dabantur
sibi litere monitorie.secundo preceptorie.tertio executorie:vt pa
tet ex ijs que habentur in.c.ex insinuatione.⁊.c.abbatē.de rescr.
⁊ facit etiam quod habetur in.c.constitutus.eod.titu.⁊ in ca.
capitulum.hodie non etiam primo loco dantur executorie,vt
docet experientia.¶In eadem glo.ibi:ante receptionē.Quale
autem ius habeant post receptionem,attendi debet forma rece
13 ptionis.¶†Nam si solum quis esset receptus in canonicum,⁊
sic non esset receptus etiam ad prebendam ⁊ per consequens nō
esset collata prebenda,diceretur habere ius ad prebendam,⁊ sic
ad beneficium,non autem in ipsa prebenda seu beneficio:et sic
diceretur habere ius ad rem,⁊ non ius in re.Secus si esset pre-
benda etiam collata:quia tunc diceretur habere ius in re.vt
patet ex ijs,que habentur in capitulo penul.⁊ fina.de preben d.
libro sexto.⁊ eodem titulo capitulo si postquam.⁊ de concess.o.
prebend.capitulo fina.eodem libro.Et quale ius acquirat ad
beneficia plene colligitur ex ijs que habentur in capitu.si capi-
tulum.⁊ in capitulo si soli.⁊ ibi gloss.magistra.de concessione
preben.libro sexto.¶In eadem glossa ibi:sed officium executo
rum.¶No.bene glossam ad quam sepe fit remissio,que aperte
14 decidit † quod per literas ad beneficia non queritur proprie
ius obligationis contra illos de ecclesia,vel contra ecclesiam,
sed queritur ius implorandi officium executorum vt manda-
tum apostolicum subsequatur,prout etiam ipsi requisiti ad
hoc tenentur quod tene menti.¶Et an per literas ad benefi-
cia ligentur manus collatoris,Recurre ad glossam plenā et
magistram in dicto capitulo si soli.ad id autem,quod glossa

dixit,quod ei,quod est renuntiare non potest, potes allegare quod habetur in lege si ita scriptū.§.sub conditione.ff.de leg.ij. ⁊ de ecclesijs edific.capitulo penulti. ¶ In eadem gloss.in fine. Nota pro intellectu capituli sane.supra eodem. Nam ponit vnum intellectum hic clarius quam posuerit gloss.ij. de quo dic vt dictum fuit in dicto capitulo sane. ¶ † In gloss.prefixit. ibi:facere potest.supple quando appellans non prefixit terminum sue appellationis. Quinimo etiam si prefixisset minus prolixum,posset abbreuiari, per id quod habetur de appella. personas. Et facit quod habetur eodem titulo cum sit romana.⁊.capitulo peruenit.⁊ capitulo oblate. In eadem gloss.ibi arripere iter.nota bene ex gloss.quod aliud est appellantē prefigere tempus ad prosequendam appellationem,quo casu infra tempus debet se presentare coram iudice appellationis,⁊ sic in curia,si appellatum fuit ad curiam. Aliud est statuere sibi iter arripiendum. nam tunc sufficit sibi arripere iter in termino licet in illo non reperiatur in curia. de quo in capitulo personas.de appellatio. ¶ In eadem gloss.ibi:ante terminos.

15 supple prefixos a iudice,vel ab appellante. ¶ † Appellatus autē non potest prefigere terminum ipsi appellanti: quia non est inconueniens quod appellatus ipse astringat appellanti terminum datum sibi a iure:per id quod habetur de regulis iuris. in regula indultum.⁊ not.de appellatio.in capitulo primo lib. sexto.⁊ de appellatio.sepe. In eadem glossa ibi: non valent intellige si facta sit appellatio tacite termino prefixo a iudice vel ab appellante.nam tunc litere videntur subreptitie.⁊ consequenter inualide,siue fuerint impetrate per appellatum,siue per appellantem.per id quod habetur in capit.sepe.ad finē. ⁊ in.c.oblate.de appel. In eadem glossa ibi:preuenire potest.supple per appellatum, dummodo ipse appellatus nimium non precurrat vt supplantet appellantem, vt probatur in capitulo oblate hic allegato. ¶ In gloss.fina.in prin.ista gloss.duo facit principaliter.nam primo obijcit, ⁊ dupliciter soluit. secundo tractat an ⁊ qñ appellatus ⁊ appellans teneantur mittere sufficiētē procuratorē, ⁊ sic sufficiēter instructum ad prosequendū appellationem interpositam ad curiam. Et consequenter an ⁊ quando sit tractanda in curia causa appellationis interposita ad curiam,seu ad papam:⁊ certo respectu distinguit inter appellationem ab interlocutoria seu grauamine,⁊ inter appellationē a diffinitiua. secunda pars principalis est ibi:⁊ not.hic. Et scda scde ibi:scda appellatur. ¶ In ea.gl.ibi:vbi condēnat appellans in expensis.supple,⁊ sic eadem ratione videtur q̄ sit econtra,appellatus,qui non fuit prosecutus,nisi ad impetrandum,non debuerit condemnari nisi in expensis:quia equalis debet esse conditio actoris ⁊ rei,⁊ sic appellantis ⁊ appellati.j. de reg.iur.libro sexto.⁊.ff.de regu.iur.in.l.non debet. ¶ In eadem gloss.ibi:hoc non fuit petitum. Et sic videtur velle glossa quod si sibi ibi in dicto capitulo nicolao.fuisset petitū vt procederetur ad diffinitiuam,quod tunc ad illam potuisset ⁊ debuisset procedi. Hec tamen solutio videtur aliqualiter illam literam violare.ideo gloss.dedit secundam solutionē.in ver. vel melius.que in effectu vult quod ibi lis nō erat contest.ideo nō potuit procedi ad diffinitiuam super negotio principali,per id quod legitur ⁊ nota.in.c.per tuas.j.de appellatio. Et ideo solū potuit ⁊ debuit procedi ad condemnationem expensarum:sed hic fuerit lis contestata in negotio principali,ideo potuit procedi ad diffinitiuā. ¶ An tñ hoc sit verum q̄ hic fuerit lis cōtesta.in negotio principali dictum fuit in gloss.j.⁊ super ea videtur tamen quod saltem super exceptione peremptoria potuit dici fuisse lis contestata per id quod dictum fuit super dicta gloss.prima.⁊ sententia fuerit lata super illa:ideo postea in causa appellationis potuit procedi ad sententiam cassandam vel confirmandam. ¶ In eadem gloss.ibi ac si peremptorie sit citatus.supple quo ad finiendam causam appellationis, non tamē habet vim peremptorij quo ad hoc vt si appellatum fuit ab interlocutoria finito articulo appellationis posset procedi super negotio principali sine noua citatione,vt not. Joannes andr. in capitulo sepe.super glossa que incipit,vt si lis. infra de appellationibus. ¶ In eadem gloss.ibi:nuntium sufficientem.id est,sufficienter instructum in causa appellationis. Et sic non sufficit mittere nuntium, qui tantum habeat mandatum ad impetrandum ⁊ contradicendum in casibus, de quibus sequitur in glossa.

16 ¶ † Et nota bene ex glossa quia videtur velle q̄ sola termini prefixio facta a iudice vel ab appellante ad prosequendam appellationem arctat appellatum ⁊ appellantem ad mittendum nuntium sufficienter instructum:cum alternatiue loquatur. Et sic videtur velle quod sufficiat alterum de expressatis in glossa ad hoc vt appellans ⁊ appellatus teneantur mittere nuntium sufficienter instructum. argu. in regula, in alternatiuis.infra de regulis iuris in sexto. Et idem voluit gloss.in capitulo nicolao.infra de appellationibus.⁊ videtur etiam gloss.velle potissime istud procedere, quando appellatur a diffinitiua,vt patere potest ex eo quod dicit hic glo.infra in ver.secundo appellatur.licet idem videatur velle idem,quādo appellatur ab interlocutoria: vt patet ex eo quod sequitur infra in glo. ¶ Sed Joan.and.⁊ dominus Anto.hic post eum dicunt hoc non esse verum quod sola termini statutio seu prefixio arctet appellantem ⁊ appellatum ad mittendum nuntiū sufficienter instructum,⁊ sic quod faciat causam esse in curia, ⁊ quod ibi debeat tractari. Mouentur per ea, que habentur in capitulo interposita.§.primo.infra de appellationibus. Sed certe ibi de hoc nil dicitur sed bene tangit Joan. andr.in capitulo nicolao.super gl.infra de appellatio. Et q̄ sola termini p̄fixio facta a iudice vel ab appellāte nō faciat cām esse in curia: vt ibi sit tractanda:⁊ consequenter quod arctet appellantem ⁊ appellatum ad mittendum nuntium sufficienter instructum vt tenuit Specula.in titulo de appellatio.§.qualiter. versicu. cautius.⁊ ver.porro. Et pro ipso bene facit quod habetur in capitulo sepe.infra de appellatio.vbi videtur requiri vltra termini statuitionem quod appellatio sit recepta a iudice,vel approbata a parte.

17 ¶ † Nec obst. quod habetur in dicto capitulo nicolao vbi videtur probari quod sola termini prefixio arctet appellantem ⁊ appellatum ad mittendum nuntium sufficienter instructum quia responderi potest quod licet ibi fiat mentio de prefixione termini solum,tamen debet suppleri ⁊ intelligi q̄ ibi etiam interuenit dilatio iudicij,vel approbatio partis,per ea que habentur in dicto capitulo sepe.facit quod inferius dicetur. ¶ In eadem gloss.ibi:vel ab appellante.nota bene quod terminus potest prefigi appellationi prosequende,seu ad prosequendam appellationem per iudicem ipsi appellanti. Et similiter potest etiam ipse appellans sibi prefigere tempus ad appellationem prosequendam,vt sic si non fiat prosecutio infra terminum predictum ad appellationem prosequendam appellatio,censeatur deserta,licet non fuerit lapsus terminus iuris,seu datus a iure ad appellationem prosequendam, qui est annus ⁊ ex causa biennium.infra de appellationi.capitulo ex ratione ⁊.C.de tempo.appel.authentica ei qui. Et probantur predicta per ea que habentur infra de appella.in capitulo personas. et capitulo cum sit romana.⁊ capitulo peruenit.⁊ capitulo sepe.

18 ¶ † Appellatus autem potest prefigere terminum appellanti ad appellationem prosequendam:quia non est conueniens q̄d ipse appellatus,qui est aduersarius appellantis,restringat terminum iuris ipsi appellanti.arg.regule indultum.infra de regulis iuris libro sexto. Et hoc etiam tenuit Specula. in dicto §.qualiter.circa finem. Et Joan.and.in capitulo primo de appellationi.libro sexto. ¶ In eadem glo.ibi:ab aduersario. supple,vel recipiatur a iudice.per id quod habetur in.c.interposita.§.primo statim allegato in glo. ¶ Et nota quod paria sunt iudicem recipere appellationem,vel illi deferre,vt not.Specu. in titu.de appellatio.§.nunc dicamus.ad finem. ¶ In eadem glo.ibi:⁊ hic tamen lis est contestata. Aduerte,quia si fuit appellatum ab interlocutoria,non est necesse quod lis fuerit contestata in negotio principali,nec etiam quod fuit contestata in articulo appellationis quo ad hoc vt possit finiri ipsa causa appellationis ab interlocutoria altera parte prosequente legitime alia existente contumace,prout probatur in capitulo interposita.§.fina.infra de appella. Et sic limitatio ista non videtur in dicto casu procedere. Sed bene est verum quod finita causa appellationis ab interlocutoria, ⁊ fuerit forte pronuntiatum pro appellante,⁊ sic causa principalis videatur deuoluta ad iudicem appellationis,per ea que habentur infra de appellationibus.in capitulo vt debitus.tunc si agatur de processu fiendo in causa principali,debebit pars citari. Et si lis corā iudice principalis cause fuerit contestata in negotio principali,poterit tunc procedi coram iudice appellationis ad diffinitiuam. Si autem non fuisset lis contestata in negotio principali:tunc non posset procedi ad diffinitiuam, sed ad alia de quibus tetigit gloss.in capitulo sepe.in gloss.secunda. que incipit vt si lis ⁊c.⁊ que habentur in capitulo tue. ⁊ in capitulo quoniam.§.in alijs.vt lite non contestata. Et hoc modo potest saluari ista gloss. inquantum distinguit an lis sit contestata in principali,vel non.facit quod inferius dicetur. ¶ In eadem gloss.ibi,sed consideratur vtrum terminus. ¶ Nota bene diligenter glo.que vult aperte quod quando appellatur a diffinitiua non est differentia vtrum appellatio approbetur a iudice vel ab aduersario vel non sed solum debet considerari an terminus sit p̄fix⁹ appl̄oni p̄sequēde a iudice vel appellāte: q2 si terminus sit p̄fixus, vtraq; pars tenetur comparere per p̄curatorē suffi-

19 sufficienter instructum ad totam causam. ¶ †Et sic vult gloss. quod in appellatione a diffinitiua sola termini prefixio faciat causam esse in curiam, & arctet vtranque partem ad comparendum per procuratorem sufficienter instructum. ¶ Hostiensis vero, vt refert Ioan. Andr. in c. interposita. §. primo. infra de appellationi. Et etiam Specula. in dicto. §. qualiter. ver. porro. tenet quod etiam in appellatione a diffinitiua attendi debet an appellatio recipiatur a iudice, vel approbetur ab aduersario: sicut etiam attenditur quando appellatur ab interlocutoria, iuxta preallega. decre. interpositam. §. primo. ¶ Sed Spec. in dicto. §. qualiter. ver. porro. concordat opiniões, nam dicit quod receptio seu delatio iudicis in appellatione ad diffinitiuam nihil operatur, quia iudex a quo appellatur, tenetur illi deferre. facit quod not. gloss. in capitulo primo. ad finem. infra de ap-

20 pellationibus. in sexto. ¶ †Et pro hoc etiam facit, quia eo ipso quod appellatum est a diffinitiua eo ipso suspensa est iurisdictio iudicis, absque alia inhibitione, & absque alia delatione infra de appellatio. non solum. libro sexto. Ergo delatio nihil videtur operari. Secus autem est in appellatione ab interlocutoria: quia per illam non ligantur manus iudicis a quo nisi ipse deferat appellationi. infra de appellatio. in ca. cum appellationibus libro sexto. vel nisi facta fuerit sibi inhibitio canonica secundum ea que habentur in capitulo romana. §. quod si obijciatur. & c. si a iudice non solum. de appel. libro sexto. Et isto casu posset saluari hec gloss. quatenus dicit quod non est differentia in appellatione diffinitiua, an illa approbetur a iudice vel non. Nec obstat quod habetur in capitulo oblate. infra de appella. dum dicit, nec appellationi delatum &c. quia illud notat facti contingentiam, non iuris ministerium, propter ea que superius dicta sunt vt no. Spec. in d. ver. porro. ¶ Sed quatenus glo. dicit quod in appellatione a diffinitiua non refert an appellatio approbetur ab aduersario vel non bene dixit secundum Specula. quia imo est longa differentia. nam quando approbatur ab aduersario, vtraque pars arctatur ad mittendum procuratorem sufficienter instructum: & sic censetur causa esse in curia, vt ibi tractetur, per ea que habentur in c. sepe. de appel. Secus quando non est approbata ab aduersario, quia tunc non censetur causa esse in curia, vt ibi debeat tractari. Et sic non est necesse mittere procuratorem sufficienter instructum ad causam appellationis prosequendam: sed sufficit mittere procuratorem ad impetrandum & contradicendum. Et sic hoc casu glo. non bene dixit. Et plus

21 dixit Specu. in loco preallegato quod † sola termini prefixio facta a iudice vel ab appellante, etiam in appellatione a diffinitiua non facit causam esse in curia, vt sic vtraque pars teneatur ad mittendum procuratorem sufficienter instructum. licet glos. hic tenuerit oppositum, & non bene, secundum eum. ¶ Item aduerte quia statuitio termi. facta a iudice vel a parte eo casu in quo causa non censetur esse in curia, seu non venit ibi tractanda necessario, non videtur tunc habere vim peremptorij, ex eo quia tunc non est necesse quem comparere per procuratorem sufficienter instructum: sed sufficit mittere procuratorem ad impetrandum & contradicendum, vt patet ex superius dictis, & ex ijs que habentur in capitulo interposita. in cle. prima. infra de appellationi. Et sic demum statuitio termini habet vim peremptorij seu peremptorie citationis, quando causa est tractanda in curia: & sic quando quis tenetur comparere per procuratorem sufficienter instructum quod contingit quando appellatum est ante sententiam, & appellatio est recepta a iudice, vel approbata a parte, vt patere potest ex ijs que superius dixi, & patebit etiam ex inferius dicendis. Et bene facit quod habetur in capitulo sepe. infra de appellationib. nisi probetur etiam quod in predi-

22 ctis causis habet vim peremptorij. ¶ †Et si dicatur, quid operabitur statuitio termini facta a iudice vel a parte eo casu, quo causa non censetur esse in curia, ex quo tunc non habet vim peremptorij. Dic quod operabitur duo. primo quia in impetrando non poterit dictus terminus preueniri per aliquam partium, adeo quod si ante dictum terminum fiet impetratio non facta mentione de dicto termino prefixo, impetratio erit surreptitia, & sic inualida, vt probatur in capitulo sepe. ad finem. & capitulo oblate. de appellatio. Item operabitur si appellans non compareat in dicto termino, & appellatus compareat, censebitur appellatio deserta & condemnabitur appellans ipsi appellato in expensis, vt probatur in capitulo irreprehensibilis. & capitulo nicolao. & ibi etiam per Ioan. Calderi. infra de appellatio. & facit etiam quod habetur eod. titu. in capitulo personas. & capitulo cum sit romana. ¶ Item aduerte quia licet Ioan. andr. hic in fine istius glosse fi. dicat quod hic erat questio beneficialis, in qua dicit hodie tenendum quod habetur in capitulo primo. & capitulo cupientes. de electio. in sexto. tamen secundum ista tempora inter causas beneficiales & alias causas quo ad effectum deuoluendi causam ad curiam vt ibi veniat tractanda, non bene, videtur reperiri differentia: quia in beneficialibus propter periculum vacationis iudex ex officio poterit prouidere vt lis abbreuiaretur, vt habetur in ca. oblate. §. de appel. Et secundum predicta patet quod secundum hec tempora si appellabatur ad curiam saluis causis maioribus, que sui natura erant in causa, alias causis tractande. infra de appellationib. in capitulo vt debitus. circa finem. Et facit de electio. in capitulo quamuis. in sexto. In alijs etiam beneficialibus solum ex sui accidenti, & non sui natura secundum ista tempora erant tractande in curia: puta quando appellatio erat recepta a iudice, vel approbata ab aduersario, vt patere potest ex preallegata decret. sepe. & capitulo interposita. §. primo. & ex ijs que dixi

23 supra. & etiam inferius dicetur. ¶ †Hodie vero possumus dicere quod cause beneficiales sui natura sunt tractande in curia si appellatum sit ad papam in presentia partis aduerse. vel si in absentia fuerit appellatum, appellatio fuerit intimata appellato secundum formam clemen. causam. de electio. Nam tunc etiam licet non fuerit recepta appellatio a iudice vel approbata a parte, tamen debet tractari in curia. Et licet non sit aliquis terminus statutus a iudice vel a parte ad prosequendam appellationem infra tempora, de quibus in capitulo primo. de electio. in sexto. & eo. tit. & lib. c. cupientes. ¶ In appellationibus tamen facit super electione vel postulatione facta ad ecclesiam regularem, vel ad ecclesiam cathedralem, ad papam seruari debere tempora que habentur in dicto capitulo. cupientes. In alijs minoribus beneficijs proprie loquitur capitulum primum. de elec. in sexto. ¶ Cause autem non beneficiales & olim & hodie sui natura censentur esse in curia esse tractande per appellationem interpositam ad papam. Sed demum ex accidenti, scilicet quando appellatio recipitur a iudice vel approbatur a parte, alias necessario non venit tractanda in curia, si potest fieri impetratio vt cognoscatur extra curiam secundum formam capituli statutum. de rescriptis. in sexto. & capituli litigantes. de off. or. eo. lib. Et de eo casu in quo de necessitate non est causa tractanda in curia, si appellans impetrauit iudicem ibi in curia, & fecit aduersarium citari coram, videtur quod vsque ad litem contestatam poterit citatus obijcere quod causa ibi in curia non est tractanda, sed potius extra, vt notauit Specula. in titu. de delati. §. primo. ver. illud quoque. Post litem autem contestatam non posset hec exceptio obijci, cum sit dilatoria, per ea que leguntur & notantur infra. c. exceptionem. infra de excep. & capitulo inter monasterium de re iudica. & in lege exceptionem. C. de probationi. quod tene menti. ¶ Vlterius pro declaratione materie huius gloss. finalis. et eorum, que superius sunt tacta. ¶ Et quia decre. Nicolao. videtur contradicere potissime a contrario sensu decre. interposita. §. primo. infra de appellationibus. Nam videtur contradicere in duobus. primo inquantum ibi videtur litera velle quod sola statuitio termini faciat causam esse in curiam, vt teneantur partes comparere sufficienter instructe, vel procuratorem mittere sufficienter instructum. Nam illud videtur contra dictam decre. interposita. §. primo. que non videtur curare de statuitione termini, sed solum an appellatio fuerit recepta per iudicem, vel approbata per partem: & sic videtur velle quod si non fuit recepta per iudicem, nec approbata per partem quod sufficiat mittere procuratorem ad impetrandum & contradicendum, vt ibi aperte dicitur, licet facta fuerit statuitio termini: quia de illa ibi non fit mentio. ¶ Vnde secundum verum intellectum decre. Nicolao suppleri debet vt intelligatur quod vltra statuitionem termini fuerit recepta appellatio a iudice vel approbata a parte. Et pro hoc bene facit decret. sepe. de appella. Item videtur in alio contradicere, quia in dicto capitulo nicolao. a contrario sensu videtur innui quod si non fuerit terminus statutus ab homine, tunc sufficiat mittere procuratorem ad impetrandum & contradicendum quod videtur esse contra predictam decr. interposita. §. primo a contrario sensu vbi videtur innui quod si appellatio sit recepta a iudice vel approbata a parte, licet terminus ab homine non sit statutus, non sufficiat mittere procuratorem ad impetrandum & contradicendum. Et propter secundum verum intellectum contrarius sensus dicti capi. Nicolao. debet intelligi & limitari secundum ea que habentur in d. c. interposita. §. j. ¶ Et propter predicta & pro clariori & pleniori etiam doctrina eorum, que no. in d. c. Nicolao. & plenius in glo. fi. huius

24 capi. †Si queritur quando in causa appellationis satis sit quod partes comparerent coram iudice ad quem per procuratorem institutum ad contradicendum & impetrandum, an vero sit necesse quod per procuratorem sufficientem instructum debeant comparere, distingui potest secundum Io. cald. in d. c. nicolao. quia aut est appel

latum ante sententiam diffinitiuam: aut appellatum est a sententia diffinitiua. Primo casu aut appellatio non est recepta a iudice vel approbata a parte. Si non fuit recepta a iudice, nec approbata a parte, ⁊ tunc conclude ꝙ aut terminus aliquis non fuit statutus ab hoīe, hoc est a iudice vel ab appellante ad appellationem prosequendam: ⁊ tunc sufficit quod compareat appellans per procuratorem ad impetrandum ⁊ contradicendū, vt probatur in dicto. c. interposita. §. j. Aut terminus fuit statutus ab homine: ⁊ tunc secundum Abbatem in dicto. c. Nicolao. non sufficit mittere procuratorem ad impetrandum ⁊ contradicendum, nisi etiam saltem habeat mandatum sufficiens ad expediendum articulum appellationis, vt videtur probari in dicto. c. Nicolao. ¶ Sed Hostien. ⁊ Joan. andr. post eum, et consequenter Joan. Calde. tenent quod hoc casu non est necesse talem procuratorem mittere, sed sufficit quod habeat solum mandatum ad impetrandum ⁊ cōtradicendum. Pro quibus bene facit quod habetur in preallegato. c. sepe. ⁊ in dicto. c. interposita. §. j. per quas suppleri debet dictum. c. Nicolao. vt videlicet intelligatur quando vltra terminum statutum interuenit appellatio fuit recepta a iudice vel approbata a parte non autē debet intelligi quando non fuit recepta a iudice nec approbata a parte propter ea que habentur in dicto. c. sepe. ⁊ dicto capitulo interposita. §. j.

25 ¶ † Satis est ergo quod tunc quando appellatio non est recepta a iudice nec approbata a parte terminꝰ operetur quod preueniri non possit per aliquam partium in impetrando, vt probatur in preallegato. c. sepe. Operatur etiam quod si appellans in dicto termino comparuerit, condemnabitur in expensis appellans ipsi appellato. infra de appellationi. c. reprehensibilis. ⁊ dicto. c. sepe. si autem appellatio fuit recepta a iudice, vel approbata a parte. vt scȝ sit tractanda in curia, tunc satis videretur quod appellans mittat procuratorem ad impetrandum ⁊ contradicendum, vt innui videtur in dicto capitu. Nicolao. a sensu contrario. ¶ Vel secundum Joan. Calde. dici potest quod hoc casu debet mittere procuratorem sufficientem ad expediendum articulum appellationis, per id quod habeẗ in dicto. c. interposita. §. j. a contrario sensu. Et ista pars iustior videtur ad faciliorem expeditionem litium. Et sic dicit Joan. Calde. se audiuisse curiam etiam seruare ⁊ ideo hec pars est tenenda. ¶ Aut fuit statutus terminus ab homine: ⁊ tunc aut appellatus petijt per principales per se vel procuratores sufficiēter instructos ad totam causam compareri in curia, quādo est appellatum ad papam, ⁊ tunc non sufficit mittere procuratorē ad expediendum articulum appellationis tantum, sed oportet quod habeat mandatum etiam sufficiens super principali, ⁊ ad prosequendum negotium principale expedito articulo appellationis, vt probatur in capitulo cordi. infra eodem libro sexto. ¶ Et aduerte ne erres, quāuis Joan. Calde. istud non tangat quod licet appellatus approbet appellationem interpositā ante sententiā vt sit tractanda in curia, tamen ex hoc solo non tenetur appellans mittere procuratorem sufficienter instructum super principali ad ipsum prosequendum, expedito articulo appellationis, si contingat pronuntiari bene appellatum, ⁊ sic cā principalis videatur deuoluta ad iudicem ad quem est appellatum, secundum ea que habentur infra de appellationi. in capit. vt debitus. Sed sufficiet mittere procuratorem sufficienter instructum ad prosequendum articulum appellationis. licet glo. in dicto capitulo Nicolao. aliter videatur sentire, ⁊ non bene.

26 ¶ † Sed si appellatio fuerit approbata per appellatum, ⁊ vltra hoc petierit quod appellans compareat sufficienter instructus super negotio principali, tunc bene est verum quod non sufficit mittere procuratorem instructum ad expediendum articulum appellationis tantum: sed oportet quod etiam habeat mandatum sufficiens super negotio principali, vt patet in dicto capi. cordi. quod est. c. j. de appel. in. vj. Et sic videtur quod hoc casu expedito negotio appellationis in curia etiam expediri debebit negotiū principale. ¶ Sed tunc surgit vnum dubium quod non tangit Joan. Calde. an poterit expedito negotio appellationionis procedi in principali sine alia citatione. Nam videẗ quod sic: quia als nil videretur operari petitio appellati. Et istud videntur voluisse domini de Rota in sua conclusione. cl. xxix. alias est. cciiij. ⁊. ccv. Sed in contrarium facit, quia videtur quod expedito articulo appellationis super principali, quantum de iure poterit fieri. Et sic videtur quod requiritur citatio, per ea que leguntur ⁊ notantur in. c. causam que supra de rescriptis. Item potest dici quod petitio appellati satis operetur, quia faciet quod negotium principale erit tractandū in curia vbi als si non fuisset facta petitio per appellatum, de quo in dicto capitulo cordi. videtur quod necessario negotiū principale non fuisset tractandum in curia inuito ipso appellante.

Et ista pars videtur rationabilior. Et hoc etiam dixi in dicto capitulo sepe. infra de appellationibus. aut appellatus solū approbauit appellationem, ⁊ non petijt quod appellans compareat sufficienter instructus etiam super causa principali. ⁊ isto casu quāuis non teneatur appellans comparere per procuratorem sufficienter instructum ad expediendum articulum appellationis, ⁊ sic causam appellationis. Nam etiam hoc facere deberet ipsa appellatione recepta vel approbata, licet terminus ab homine non sit prefixus, vt supra dixi. fortius ergo hoc facere debebit, quando ista duo simul concurrunt, scilicet receptio iudicis vel approbatio partis ipsius appellationis ⁊ terminus hominis. facit quod habetur in dicto capitu. Nicolao. Et hec de primo casu

27 † principali quādo appellatum est a diffinitiua, tunc distinguit Joan. Calde. aut appellatio fuit recepta a iudice vel approbata a parte, aut nō. primo casu dicit indistincte ꝙ non sufficit mittere procuratorem ad impetrandum ⁊ contradicendum, sed oportet quod absens personaliter compareat, siue terminus sit statutus ab homine siue non. Alias enim receptio vel approbatio nil operaretur quod est contra mentem. c. interposita. §. j. scd̄o casu dicit Joan. Calde. quod etiam si terminus fuerit prefixus ab homine, hoc est a iudice, vel ab appellante: satis est mittere procuratorem ad impetrandum ⁊ contradicendum. Hoc enim casu non potest distingui articulus appellationis a negotio principali, ex quo a diffinitiua est appellatum. Et istud, scd̄m eum, videtur magis iuri consonum, quam illud quod notat glo. hic, in isto. c. veniens. ¶ Nec obst. si dicatur quod termini prefixi nil operabitur, cum appellatur a diffinitiua: quia hoc est falsum secundum eum. Nam habebit effectum quod terminus preueniri non poterit ab aliqua partium infra de appellationibus. capitulo sepe. ⁊ capitulo oblate. ¶ Item operabitur quod non erit necesse absentem citari pro condemnatione expensarum, vt. d. c. sepe. Et illud dicit debere intelligi repetitum in alijs membris supra positis, quando terminus fuit prefixus, dicens etiam quod non est necesse absentē citari quantum ad illa: que tenebatur secundum formam huiꝰ distinctionis. ¶ Item dicit intelligendum quod ad illa procedetur parte instante. Als satis erit absentem cōdemnari in expensis, vt dicitur in. d. c. Nicolao. Et hanc distinctionem intelligit veram esse, saluis appellationibus interpositis in causis beneficialibus quibuscūqȝ, in quibus dicit forte tenendum quod habetur in. c. j. ⁊. c. cupientes. de elec. in. vj. ⁊ sic residet Joannes Calde. Et aduerte quia videtur reprobare glo. fina. hic positā. primo inquantum glo. voluit quod sola statuitio termini quādo appellatum fuit a diffinitiua operetur quod causa sit tractāda in curia. Nam ipse tenet contrarium, vt superius patet. Et idem etiam hic tenuit Joan. and. qui voluit quod statuitio termini sola non solum quando appellatur ante sententiam, sed etiam quando appellatur a sententia diffinitiua, non facit cāȝ esse in curia, per ea que dicuntur in preallegato. c. interposita. §. j. Sed certe ibi de hoc non dicitur, sed bene dicitur in. d. c. Nicolao. super gloss. per Joan. and. Et idem etiam voluit Specula. in titu. de appel. §. qualiter. ver. porro. Et sic in hoc sit communis opinio est contra glossam hic positam. Et communis opinio verior videtur, quia non videtur bene reperiri iure cautum quod sola termini prefixio faciat causam esse in curia: sed videẗ exigi quod appellatio sit recepta per iudicē, vel approbata per partem, per ea que habentur. j. de app. c. sepe. ⁊. c. interposita. §. j. ¶ Nec obstat iste textus, quia videtur suppleri quando etiam interuenit receptio iudicis vel approbatio partis sicut in simili suppletur. c. Nicolao. per dictum. c. sepe. ⁊ per dictam decret. interposita. §. j. ¶ Vel posset dicere vt hic etiam tangit Joan. andr. quod hic loquitur in causa beneficiali, in qua hodie est dicendum prout habetur in dicto. c. j. ⁊ in. c. cupientes. de elect. lib. vj. ¶ Item in alio reprobat glo. inquantum hic glo. quādo appellatur a diffinitiua: non facit differentiam, an appellatio recipiatur per iudicem, vel approbetur per partem, sed solum an statuatur ab homine terminus ad prosequendam appellationem. Idem Joan. Calde. vt patet ex superius dictis, quādo appellatur ad diffinitiuam, distinguit eodem modo quo distinguitur quando appellatur ab interlocutoria, seu ante sententiā an appellatio recipiatur, nec approbetur, vt patet ex superius dictis per eum. ¶ Sed aduerte, vt superius tetigi, Specula. in. d. ver porro. quando appellaẗ a diffinitiua, aliter dixit, licet Hostien. videatur tenuisse opinionem quam secutus fuit Jo. Cal. vt tetigi superius. Et etiam tangit Specu. in loco preallegato. nam Specula. posuit tertiam opinionem glo. hic, ⁊ opiniones Hostien. ⁊ Joan. Calde. possunt reduci ad concordiam.

28 † Dicit enim quod vbi appellatur a diffinitiua, receptio seu delatio iusticie nil operatur. ⁊ sic procedit opinio Hugo. ⁊ gl. Et ratio

est

est, quam etiam superius tetigi, quia in appellatione a diffinitiua etiam ante aliquam diffinitionem vel delationem suspensa est iurisdictio iudicis a quo. Secus quando appellatur ab interlocutoria seu ante sententiam, vt patet infra de appellationibus non solum. libro sexto. Sed quãdo approbatur per partem, tunc bene approbetur talis probatio vt causa censetur esse in curia, etiam quando appellatur a diffinitiua. Et sic hoc casu procedit opi. Host. ⁊ Joan. cald. Et istam partem, quam tenuit Spec. videtur etiam tenuisse Jo. an. in preallē. c. nicolao. super glo. vbi dici ꝙ Spec. in hac materia aliquid dixit de suo quod alʼs cõmuniter non contingit. Item aduerte inquantũ dixit Jo. Cal. ꝙ vbi terminus fuit prefixus, non est necesse citari absentem quantum ad illa: ad que tenebatur ſm formam distinctionis supra posite. No. per hoc forte voluit ꝙ si appellatum fuit ante sententiam, ⁊ appellatus approbauit appellationem, ⁊ sic tractaretur in curia, si etiam petijt quod appellans veniat instructus, etiam super negotio principali, ꝙ tunc finito articulo appellationis non erit necesse citari absentẽ, vt possit procedi in principali, si terminus fuit prefixus appellationi. Et istud vt dixi supra videnẽ etiam tenuisse domini de Rota in loco superius allegatõ. Et forte etiã fuit de mente do. Anto. hic. Circa tertium membrum, quod ponit in materia gl. Sed

29 vt superius tetigi, † cum terminus prefigatur appellationi ꝓsequende, non videtur ꝙ trahatur ad negotium principale, qđ venit expediendum expedito negotio appellationis. Tamen illud, quod fit circa vnam rem, non porrigit effectum ad aliud. arg. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. Et quia est etiam in. c. j. de appellationibus in sexto. dicitur quod expedito articulo appellationis, procedetur super principali, quatenus de iure poterit. Et sic videtur quod necessaria erit citatio, per ea q̃ habentur in. c. cãm. s̃. de rescri. Et ista pars videretur de iure verior. Tamen tene menti dictum dominorum de Rota, ⁊ Jo. calde. in dicta distinctione, ⁊ domini Anto. hic. Ubi autem appellatus solus approbasset solam appellationem, ⁊ non petijsset ꝙ appellans veniret instructus etiam super negotio principali, tunc clarum est ꝙ si appellans velit procedere super negotio principali, vel etiam appellatus expeditus negotio appellationis, quod necessaria erit citatio absentis, vt voluit Joan. an. in. c. sepe. de appella. super glo. vt si lis. ¶ An autem eo casu in quo finito articulo appellationis ꝓcedetur super principali, poterit procedi ad diffinitiuam lite non contestata. Conclude quod licet in causa appellationis ab interlocutoria non requiratur contestatio, vt. j̃. de appe. c. interposita. §. fi. tamẽ super negotio principali conclude ꝙ si ante appellationem fuerat lis conte. super negotio principali, tũc finito articulo appellatiõis ab interlocutoria poterit procedi super principali ad diffinitiuam, per id qđ habetur. j̃. de app. in. c. per tuas. Et idem si non fuisset contestata, si esset causa, in qua non requiretur contestatio, vt contingit quandoqꝫ secundum notata in. c. causam. ⁊. c. prout. de dolo ⁊ contu. Si aũt, nõ fuisset contestata lis in negotio principali ante appellationem, nec esset casus in quo nõ posset procedi lite non contestata, tunc non posset procedi ad diffinitiuam lite non contestata super negotio principali, nisi fieret contestatio. Illa autem non facta non posset procedi ad diffinitiuam, sed ad alia remedia, de quibus per gloss. in dicto capit. sepe. in glo. que incipit vt si lis. ⁊ de quibus in capitulo tue. ⁊. c.

30 quando. §. in alijs. vt lite non contestata. ¶ † Item adde superius dictis quod licet quando est statutus terminus ab homine ad appellationem prosequendam ipsi appellanti, si appellans non comparet in termino appellatio censetur deserta, et si appellatus compareat, condemnabitur appellans sibi in expensis infra de appellationibus. in capitulo reprehensibilis. et capitulo sepe. ⁊ capitulo personas. ⁊ hoc si ipse appellatus non impetrauit iudicem. quod potuit facere, etiam post terminuꝫ: quia ante non potuisset preuenire impetrando: vt patet in dicto capitulo sepe. et si impetrasset iudicem, ⁊ coram illo vellet procedere, quod posset iuxta finem anni, ſm ea que habentur in authen. appellatore. C. de tempo. appel. ⁊ per Joan. andr. in c. ex ratione. j̃. de appel. Tutius posset etiam appellans prosequi appellationem: quia rescriptum impetratum per appellatum factum est commune, ſm ea que notantur in. c. ex conquestione de restitu. spo. ⁊ in. c. j. de probat. ¶ Nec obstat si dicatur quod vbi appellatio est deserta, non tenet processus, etiã si fiat de cõsensu ambarum partium, ſm ea, que habentur in cle. si appellationem. de appel. quia illud verum, quando vtraqꝫ pars fuit negligens in prosequẽdo infra terminum iuris. Secus qñ infra terminum ab homine statutum vna pars est negligẽs, sed alia non, que vult prosequi postea infra terminum iuris. nam tunc factum partis diligentis prodest etiam illi qui fuit negligens: licet ex sua persona negligens esset exclusus. ar. l. si post mortem §. fina. ff. de contra habu. ⁊ eius quod notatur in. l. petende. C. de tempo. restitu. in integ. Et istud tenuerunt domini de Rota in sua conclusione. lxij, alʼs. lxiij. Quod tene menti. Licet autem appellatus comparuisset in termino, ⁊ impetrasset, tamen si nollet vti rescripto, ⁊ vellet illi renuntiare antequam illius virtute fecerit citari aduersarium, poterit, per ea que nota. in dicto cap. ex conquestione. Et hoc casu poterit, dicere appellationeꝫ desertam, ex quo appellans non comparuit in termino statuto sibi, per ea que habentur in dicto capitulo reprehensibilis. et capitulo sepe. Et hec sufficiant de materia quam tetigit gloss. fina. hic que materia, vt patere potest ex dictis superius, multas dubitationes in se habere videtur, sꝫ illam clarius ⁊ plenius sum prosecutus, quam communiter tractatur per docto. Et per predicta non est necesse instare in ijs, que dixit hic dominꝰ Anto. circa istam materiam, qui reducebat illam ad tria mẽbra. primum est, an eo ipso quod appellatio interposita extra curiam causa dicatur esse in curia, vt sic ibi debeat tractari. Secundum est quid sit effectus quod causa censeatur ibi esse in curia. Tertium est, an dato quod causa sit in curia possit omni casu procedi ad sententiam diffinitiuam contra contumacem. nam qd iuris est in predictis tribus dubijs, satis ptꝫ ex ijs, que dicta sunt superius. ¶ Circa primum tamen videtur velle qđ glo. hic velit quod termini statuitio non faciat causam esse in curia. Sed certe si gloss. ben eponderetur, vt loquatur alternatiue, voluit contrarium.

31 † verum est tamen quod sola termini statuitio non facit causam esse in curia, nedum si appellet̃ ante sententiam, sed etiam si a sententia, ſm cõmunem opinionem doctoꝝ. licet gl. hic aliter dixerit, sed non bene põderat. tñ ꝙ circa primũ dubiũ vr̃ velle ꝙ statuitio termini habeat demũ vim peremptorij: quãdo causa est tractanda in curia. de quo etiam dixi supra. ¶ Circa scđm aduerte inquantũ dicit ꝙ effectus est ꝙ vbi est in curia, non requiritur alia citatio. intellige dictum eius, quando statutus fuit terminus ab homine: alʼs nõ procederet, nisi in casibus beneficialibus, de quibus in. c. j. ⁊. c. cupiẽtes. de elect. in. vj. est etiã effectus quod non sufficit eũ mittere procuratorem ad impetrandum ⁊ contradicendum, sed debet mitti sufficienter instructus ad expediendum articulum appellationis. Et sic non videtur expediens quod mittatur instructus ad expediendum negotium principale finito articulo appellationis. quod intellige nisi appellatus hoc petijsset: vt patet in capitulo primo. de appellationibus in sexto. ¶ Circa tertium non insisto, quia melius ⁊ clarius dixi supra quã ipse loquatur. dicit tamen quod licet quandoqꝫ posset procedi ad diffinitiuam contra contumacem, si tamen pars de hoc non curat, sed solũ petit qđ ꝯdẽnet̃ contumax in expensis: hoc etiã fieri posset, per ea que habentur in dicto capitulo Nicolao. de appellationibus. ¶ Dominus Flor. hic nihil dixit de materia huius glos. fina. Sed remisit ad ea que habentur in. c. Nicolao. preallegato. ¶ Expedita materia glo. fin. restat nunc aliqua expedire in materia renuntiationis, que hic tetigit Innocen. et Joan. andre. ¶ Et vt expediam illa, Oppono contra text. an textus hic videtur velle quod si iste Joannes renuntiasset capitulo lr̃is suis seu iuri qđ habebat ex lr̃is ꝙ tũc singulares de capitulo potuissent se opponere contra eum. nã contra hoc facit, quia si renuntiatio fuit facta capitulo, non videtur quod alijs tanquam singularibus saltem absentibus aliquod ius nõ fuit quesitum, ⁊ sic videtur ꝙ non poterant se opponere. Nam nomine capl̃i nõ, si nõ habebant mandatum a capl̃o. s̃. de procur. c. j. nec etiam nomine proprio: qꝛ nullum ius videtur fuisse eis quesitum vt singulis ex renuntiatione facta capl̃o. ad hoc quia aliud est capl̃m, aliud singuli de capl̃o. xij. q. ij. l. c. q manumittit̃. ¶ Sed potest responderi ſm Innocen. primo ꝙ hic isti singures canonici non se opponebant immediate ex iure renuntiationis quesite eis, sed propter renuntiationem causabant ⁊ allegabant defectum iuris in agente, ⁊ sic dicebant sua interesse ꝙ ius non habens non admitteretur ad ecclesiam, nec intruderetur ad illam. Sicut in simili dicitur ꝙ posset se opponere ne falsis literis aliquis intrudatur. j̃. de crimi. fal. in. c. super eo. quo casu possunt intantũ se opponere ꝙ etiam si capitulum mandaret eis ꝙ se non opponerent, non haberent obedire: quia tũc se non opponunt pro iure capituli, sed se opponunt pro iure et interesse communi, ⁊ sic etiam eos tangẽte. fatetur quesitũ per renuntiationem ꝙ tunc ipse Joannes licet prius renuntiasset, posset agere, etiam inuitis singularibus de capitulo. facit quod habetur. s̃. eod. titu. c. cum inter P. ¶ Sed Hostien. dicit ꝙ licet procedere posset dictum Inno. quando capl̃m sponte recepisset eum post renuntiationem, per dictum. c. cum inter P. tamen non potest procedere quando remisisset capitulum renuntiationẽ: qꝛ per hoc non reuiuisceret ius iam extinctum,

32 nisi ad alium actum procederetur. † Cum per consensum

partium & iudicis non possit iurisdictio extincta reuiuiscere. infra de officio delega. significantibus. facit quod no. in capitu. primo. de offic. delega. in. vj. Et per dicta habes vnam solutionem ad contrarium. ¶ Aliam dat Innocen. quam dicit sibi magis placere, videlicet quod isti poterant se opponere etiam immediate ex renuntiatione, quasi etiam eis ius fuerit quesitum. Concludens regulam, quod renuntiatio facta quantumcunque parte absente prodest illi, cui est vtilis, etiam dato quod sit absens. Allegat quod habetur in. l. accusatorem. C. qui accu. non possunt. & vij. q. j. in. c. quam sit periculosum. & ff. de acqui. here. l. ij. & l. is potest. & j. de prescriptio. c. penul. & C. de pactis. in l. postquam. facit quod habetur in. l. si ea. C. qui accusa. non possunt. Et subdit quod renuntiatio fieri potest non solum expresse, sed etiam tacite, vt colligi potest in hoc. c. in versic. duo. & in. l. recusari. ff. de acqui. heredi. Et. C. de resti. mili. in. lege secunda. & 33 eo ipso. † quod quis renuntiat rei sue, conceditur occupanti: multo fortius, secundum eum: qui hz rem suam pro derelicto, quo casu certum est, quod conceditur occupanti. lege prima. & per totum. ff. pro derelicto. & instit. de rerum diuisio. §. penul. & fina. fatetur tamen Innocen. quod per renuntiationem quis non amittit dominium rei, quam tenet, licet amittat possessionem. Allegat. ff. de acquirenda possessione. l. si quis vi. §. differentia. Quinimmo plus dicit, quod si quis renuntiat iuri vel seruituti quam habet in aliqua re, etiam absente domino, statim res est libera. Et idem dicit si quis renuntiat liti, per legem postquam liti. C. de pactis. Intelligo quia preiudicabit renuntianti renuntiatio etiam facta absente aduersario, vt nota. in dicta lege postquam liti. Necobstat quod habetur in lege sicut. C. de repudiã. hered. quia respondet Innocen. quod ibi dicit, quod non valet renuntiatio hereditatis, quam quis prius adiuerat ad exonerationem renuntiantis, quia non potest per suam renuntiationem alij preiudicium facere sed in suum damnum bene potest preiudicare renuntiatio renuntianti secundum Innocen. Et no. bene diligenter dictum Innocen. 34 quod sepe allegatur, videlicet † quod si quis renuntiat iuri suo, etiam absente aduersario, preiudicat sibi talis renũtiatio. Et videtur potissime velle hoc procedere quando agitur de renuntiatione iuris realis. Et idem tamen videtur velle generaliter, quando quis renuntiat iuri sibi competenti. Et ad idem etiam allegatur dictum Inno. & Jo. an. j. de pac. in. c. cum pridem. an aũt simpliciter procedat dictum Inno. patet ex. j. dicẽdis. ¶ Et aduerte etiam, qz in illo. c. cum pridem. videtur loqui quando renuntiatio fit liti. nam dicit speciale odio litium vt renuntiatio preiudicet renuntianti etiam si fiat absente aduersario. do. vero Anto. hic dixit pro declaratione eorum, que hic tetigit Innoc. videnda esse quatuor. primum est an renuntiatio facta parte absente si quis velit renuntiare dominio quod habet, noceat quo ad perdendum dominium. Scdo an nocebit quo ad perdendũ ius aliqd reale vel personale. Tertio quid iuris de confessione facta parte absente. Quarto quid iuris de renũtiante liti pate absente. ¶ Circa primum concludit do. An- 35 tonius. † Quod renuntians vel habens rem pro derelicta intendit perdere dñium & possessionem, & tunc perdit vtrunque. d. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. pos. Aut intendit perdere dñium, sed non possessionem: & tunc non perdit etiam dñium me vt probatur in. d. §. differentia. Et põt esse ratio, qz tunc nõ videtur habere rem pro derelicta ex quo etiã dominiũ non acquiritur sine possessione. facit quod habetur in. l. j. in princip. ff. de acqui. posses. Et possessio nõ potest per alium occupari: ex quo non est vacua, & sic per consequens non potest dominiũ acquirere. Aut intendit perdere possessionem, sed non dominium: & tunc potest hoc facere etiã, vt puto, si in re insistat, per dictum §. differentia. nam tunc licet insistat, non tenebitur possidere, sed simpliciter retinere, sicut colonus vel depositarius. lege. j. C. communia de vsucap. & l. rei commodate. ff. commodati & lege 36 licet. §. rei. ff. depositi. † Et in hoc differt possessio a dominio qz facilius quam dominium amittatur, vt ibi patet. Et predicta procedunt, quando constat de mente. Interdum vero quis intendit perdere dominium, & hoc constat sed non apparet an velit perdere possessionem: & sic dubium est de animo circa possessionem, an eo ipso quod vult perdere dominium velit etiã perdere possessionem. ¶ Quidam, vt Jaco. de raue. tenuerunt q non & sic volunt quod non perdit possessionem, ex quo non apparet quod velit illam perdere. Et per hoc dixit quod nõ pdet etiã dñium, ex quo nõ perdit possessionẽ, per id quod superius est dictum. Et supra dictam opinionẽ videt etiam voluisse glo. in. d. §. differentia. ¶ Sed Dy. & Bar. & etiam Rayne. de Forliuio, & sic cõiter docto. tenent quod tunc perdet vtrunque, & sic possessionem & dominium, quod ex quo constat de animo q velit perdere dñium, Cum illud nõ possit perdere, nisi etiã perdat possessionem, presumi debet quod velit perdere re etiam possessionem. ar. l. illud. ff. de acqui. pos. Et sic etiam residet hic dominus Antonius. Tu potes concordare opiniones, per ea que etiam dixi in. d. §. differentia. ¶ Quia prima opinio potest habere locum, quando non obstante renuntiatione insistat redire, alias in re. quod notauit glo. in dicto. §. differẽtia. in prima solutione & in. l. j. ff. pro derelic. Nam tunc ex quo insistit in re, non videt verisimiliter velle perdere possessionem, ideo neutrum perdet. Secus vbi non insisteret in re: quia tunc ex quo non apparet aliquis actus, per quem videatur velle possessionem retinere, ex quo vult perdere dominium, & non potest illud perdere, nisi etiam perdat possessionem: in consequentiam presumi debet q velit perdere possessionem, ex quo als renuntiatio dominij nõ teneretur, argumẽto preallega. l. illud. ¶ Et per predicta potest 37 inferri ad intellectum dicti Innoc. hic, inquantum dicit † qd per renuntiationem quis amittit dñium rei, quam tenet intelligo quãuis illud videatur amittere per renuntiationem. nam non amittit, si rem tenet, & sic illi insistat, & per hoc non videtur perdere possessionem, facit quod supra dixi. Et dum dicit qd quis non amittit dominium rei quam tenet, licet amittat possessionem, intelligo eum velle quod amittit possessionem rei, quam tenet, si velit possessionem amittere. Nam hoc facere potest, vt patet ex superius dictis, licet non possit amittere dominium rei, quam tenet, licet renuntiet, vel velit renuntiare ipsi dominio. Et iste videtur intellectus Innocen. per ea que habentur in dicto. §. differentia. Et per predicta etiam videtur limitandum primum membrum, in quo dixi quod si, renuntiãs vel habens pro derelicto intendit perdere dominium & possessionem: quod perdit vtrumque. Nam illud videtur intelligendum quando non tenet rem, & sic illi nõ insistat. Secus si teneret rem, per id quod dixi supra post Innocen. de quo dixi etiaz supra circa vltimum casum. dominus tamen Ant. nõ declarauit bene dictum Innocen. quod etiã superius recitaui: sed forte voluit declarationem patere ex distinctione quam feci. Dominus autem Florianus videtur aliter intellexisse dictum Innocen. nam dicit Innoc. velle, quod per renũtiationẽ nõ amittitur dominium, sed possessio per dictam legem si quis vi. §. differentia. quod dicit esse notandũ & signandum. Et procedit secundum eum, cum quis renuntiat beneficio in manibus non sui superioris: quia tunc non perditur titulus, per id quod habetur, & quod dictum fuit supra eodem titu. c. quod in dubijs. Necobstat secundum eum, quod no. xv. questione. vj. in capit. j. vbi dicit gl. q etiam per metũ perdit dñiũ: quia respondet, qd aliud est tradere, & aliud renuntiare. & de intellectu dicte glos. remittit ad notata per se in capitulo cum ad sedem. de restitutio. spol. a. Sed certe non video quod si traderetur etiam beneficiũ alteri sine licentia superioris, quod posset transferri dominium beneficij: quia eadem ratio esset, que in renuntiatione, ex quo non fieret cum autoritate superioris. ¶ Unde aduerte quod licet putem verum in se dictum domini Floria. inquantum vide- 38 tur † quod per renuntiationem factam de beneficio in manibus non sui superioris, non perdat dominiũ, sed possessio per id quod notauit Inno. in. d. c. quod in dubijs. & quod ibi etiaz dixi. Tamen non puto quod illa fuerit mens Inn. quam voluit dominus Flo. in eo quod dixit hic Innoc. quod per renuntiationem quis non amittit dominium rei, quam tenet, licet amittat possessionem per dictam. l. si quis vi. §. differentia. Sed eius intellectum puto fuisse illum, quem supra dixi. Et per hoc habemus primum expeditum. ¶ Et adde supradictis quod si quis non tenens rem, simpliciter habeat illam pro derelicta, quia sic expresse dicit coram testibus, vel renuntiet etiam simpliciter iuri quod habet in illa, quod tunc videtur velle perdere dominiũ & possessionem, per id quod habetur in lege prima. ff. pro derelicto. & quod etiam hic dicit Innocen. & talis videtur esse eius mens in dubio per ea, que habentur in dicta lege prima. Et quod etiam hic dixit Innocen. Et adde etiam prout hic tetigit dominus Florianus & etiam Barto. in. l. rem que nobis. ff. de acquiren. possessio. quis dicitur satis habere res pro derelicto, etiam si aliter non constat si res erat tributaria, & permisit illam esse vacantem per biennium, per id quod habetur in l. qui illos. C. de omni agro deserto. libro. xj. In alijs autem rebus quando presumatur quis & videatur habere rem pro derelicto. remittit Innocen. ad ea que dixit in capitulo querelam. de electio. Et tangitur etiam per Barto. in dicta. l. rem que nobis. 39 & hec est additio domini Joan. de Imo. † Et per predicta videtur quod si quis simpliciter renuntiet iuri quod habet in re, si illam non tenet, vt quia est absens, licet illam animo possideat C. de acquirenda possessione. l. licet. quod perdit possessionẽ et dominium licet dominus Flo. velit quod tunc solũ perdit possessionẽ & non dominium. Nec obstat dictum Inno. quia alius est

est intellectus Inno. vt predixi. et loquitur etiam Inn. qn̄ quis tenet rem, cui renuntiat, vt patet ex eius verbis. ¶ Circa secū dum nunquid renuntiatio facta absente parte preiudicet in iure personali vel reali. de quo tangit hic Inn. et glo. et Bar. in l. non solum. §. si liberationis verba. ff. de libe. legat. ¶ Concludit hic domi. Anto. quod aut agitur de preiudicio iuris realis: et tunc talis renuntiatio preiudicat, etiam si fiat absente parte, vt voluit hic Inno. et facit quod habetur in d. l. si quis. vi. §. differentia. ff. de acquir. possel. et ff. pro derelicto. l. j. et per totum. aut agitur de preiudicio iuris personalis: et tunc dicit q glo. iuris ciuilis videtur cōtrariare. nā glo. in d. §. si liberationis videtur velle q prosit etiam absenti, saltem quo ad doli exceptionem. et illa glo. reputatur singularis, et non est alibi. et idem etiam videtur voluisse hic Innocen. vt patet ex ijs superius dictis et recitaui post eum. Sed glo. in l. idem in duobus. §. j. ff. de pact. et l. Pomponius scribit. ad finem magne glo. ff. de nego. gestis videtur tenere contrarium. sed Guil. de cuneo videtur ibi in dicta l. Pomponius tenere glossam primam, que est in dicto. §. si li-

40 berationis. † Finaliter do. Anto. hic concludit quod aut talis renuntiatio fit in iudicio: et tunc habet preiudicare, licet fiat parte absente, per. l. postquam liti. C. de pac. et hoc etiam tenuit Bar. in dicto. §. si liberationis. et ratio est secundum eum ibi, et sequitur hic dominus Ant. quia ibi in iudicio est iudex, qui representat locum partis. l. si dō causam. C. de euictio. et sic transit hic dominus Anto. ¶ Sed aduerte, quia ipse Barto. in dicta l. postquam liti. videtur velle q non sufficiat renuntiationem fieri in iudicio coram iudice, sed requiratur etiam quod iudex acceptet pro absente tanquā publica persona, vel tabellio tanq̄ publica persona acceptet p absente nam bene videt iudex: et tabellio tanq̄ publica persona posset alteri querere, iuxta ea, que habentur in l. eū pro quo. ff. de in ius vocā. et in l. j. §. ius publicum. ff. de iustitia et iure. et in l. non quasi. ff. rem pup. sal. fo. Jac. vero de Butrig. in dicta lege postquam liti. dicit quod si absens fuerit citatus, et forte fuerit contumax, quod tunc eius absentia dei presentia repleatur. l. properandum. §. cum autē. C. de in dic. tunc proderit renuntiatio facta in iudicio ipsi absenti. Secus dicit, si absens non fuisset citatus, nec consequenter fuisset contumax: quia tunc non noceret renuntiatio facta absente parte. sed contrarium videtur voluisse ibi glo. et etiam Innocē. hic, et j. de pactis in capit. cum pridem. et idem etiam Bald. in dicta. l. postquam. et idem etiam ibi tenet Ricard. de saliceto, et etiam domi. Barto. de Saliceto per illum textum, qui loqui videtur indistincte, siue pars sit presens. et videtur etiam habere locum si agatur reali actione siue personali, dum dicit liti de predio mote. nam satis etiam potest dici lis mota de predio, si petitum fuit predium actione personali, forte ex eo, quia promissum fuerit dari per reum ipsi actori, vt etiam voluit Salicetus in dicta lege postquam liti. licet Barto. in dicto. §. si liberationis. secundum vnam solutionem videatur intelligere quādo lis fuit mota actione reali. Additio domini Joan. de Imola. et ista pars videtur esse communis, vt patere potest ex supradictis: et sic videtur tenenda, per ea, que habentur per Jo an. Andr. in c. j. et c. ne innitaris. de constitu. facit etiam pro hac parte quod dicetur in sequenti membro. ¶ † Interdū fit

4 renuntiatio extra iudicium: et tunc dicit dominus Anto. post Barto. in dicto. §. si liberationis. quod aut est presens aliquis, qui recipiat renuntiationem nomine absentis: et tunc preiudicat renuntiatio, licet fiat absente parte, per legem rescriptum. §. fina. ff. de pactis. quod procedetur etiam dato quod ille, qui recipit nomine absentis, nō habuit ad hoc mandatum, dūmodo absens postea ratificauerit gestum ipsius domini, per id quod habetur in dicta lege rescriptum. §. primo. et bene facit etiam quod not. in l. huiusmodi. in princip. per gloss. ff. de lega. primo. et institu. de inutili. stipu. in §. alteri. ¶ Aut tempore renuntiationis ipsius iuris personalis non interfuit ibi aliquis recipiens loco absentis: et tunc non preiudicat talis renuntiatio secundum Barto. in dicto. §. si liberationis. et sequitur hic dominus Antonius. allegat quod habetur in l. et heredi. §. nos autem. ff. de pact. et quod habetur eodem titulo in lege si tibi. §. si pactus. et in dicta lege idem in duobus. §. primo vnde non potest tunc, secundum eum, queri absenti ex solo facto creditoris. Quod dicit domi. Ant. esse verum, quando agitur de renuntiatione facta iuri personali quesito ex facto suo. nam talia iura non possunt per simplicem renuntiationem abdicari. l. quis ergo casus. ff. de peculio. et facit quod habetur in l. iij. ff. pro socio. Si autem esset ius quesitum facto alterius, vt in legato vel in hereditate relictis: tunc dicit qd̄ bene valeret renuntiatio, et preiudicaret: quia tale ius potest quis a se abdicare antequam illud agnoscat lege si quis ita. cum ibi not. ff. de condictioni. institu. et lege seruum filij. §. primo. ff. de lega. primo facit. l. sicut. C. de repudi. heredi. et ideo tunc competeret exceptio doli, quasi dolo peteret, petendo cum actionem non haberet propter renuntiationem, vt colligi potest ex iuribus preallegatis. et sic dicit posse intelligi gl. in d. §. si liberationis. Allegat etiā ad predicta q notauit Bar. in l. j. C. de pac. et sic residet do. Ant. hic. ¶ Sed aduerte inquātū do. Ant. post Bar.

42 tenet † quod si fiat renūtiatio iuris personalis quesiti ex facto renuntiantis vel sui autoris extra iudicium parte absente etiam nemine recipiente pro absente, quod tunc talis renuntiatio non preiudicat renuntianti, nec queritur ius absenti. Innocē. sicut dixi, videtur velle contrarium. et idem gloss. in dicto. §. si liberationis. et idem Guil. de Cuneo in dicta. l. Pomponius, et Salicetus in dicta. l. postquam liti. et idem etiam ibi Ricar. de Saliceto, vt ibi refert Salicetus. et pro ista parte facit, quia renuntiatio videtur esse actus pendens a voluntate renuntiantis, qui potest suo iuri renuntiare. l. penult. C. de pac. et no. in capitu. si diligenti. j. de foro competen. et ideo videtur quod alias, si quis in presentia testium etiam extra iudicium renuntiat iuri sibi competenti ex obligatione personali contra absentem, videtur q talis renuntiatio habeat sibi preiudicare, si absens postea illam ratam habet, et ex illa velit se tueri. Nam videtur quod saltem exceptio doli sibi competat contra ipsum renuntiantem: vt voluit gloss. in dicto. §. si liberationis. imo plus videtur posse dici quod competat ipsi absenti propter talem renuntiationem exceptio taciti pacti, quod tacitum pactum potest surgere ex facto inter absentes, vt probatur in lege secunda et ibi etiam not. per docto. C. de pactis. vnde sicut ibi quando creditor hereditarius agit contra emptorem hereditatis sponte suscipientem iudicium videtur tacite velle renuntiare iuri, quod habebat contra heredem, qui non adit hereditatem: et ex hoc oritur exceptio taciti pacti ipsi heredi. Ita videtur in proposito, ex quo creditor renuntiat iuri suo contra absentem, videtur quod tacite videatur velle non conueni-

43 re absentem, et pacisci de ipso non conueniendo. † Et pro hoc etiam faciat, quia in dubio debemus fauere liberationi arg. l. arrianus. ff. de actionibus et oblig. ¶ Nec obstat huic opinioni. l. lex allega. heredi. §. nos autem. et l. si tibi. §. si pactis. que allegantur per Barto. in dicto. §. si liberationis. quia loquuntur in pacto, in quo requiritur consensus duorum quando fit: vt. l. j. ff. de pactis. qui non interuenit quando altera pars est absens: et non fit pactum mediante nuntio vel epistola. Nam alias est secus. l. Labeo. ff. de iureiurand. Sed hic nos loquimur in renuntiatione, que pendet a voluntate ipsius renuntiantis. Et per hec etiam responderi potest ad gloss. l. idem in duobus. §. primo quia loquitur in pacto, nō in renuntiatione. nam ibi dicit quod si extraneus facit pactum cum creditore, modo q ipse me non conueniet, quod ex tali pacto nihil mihi queretur. Illud tamen videtur esse verum de iure ciuili: sed de equitate canonica videtur esse sec⁹: quia videtur q de tali equitate possit per extraneum queri absenti, per id quod legitur, et quod etiam no. per gloss. in c. quotiens cordis oculus. j. q. vij. ¶ Nec obstat etiam si dicatur quod confessio facta etiam ad liberandum absente parte non videtur habere preiudicare, vt dicetur in sequenti membro. quia responderi potest secundum Salicetum et Ricardum, quod aliud est in confessione, aliud in renuntiatione quia propter confessionem quis agit principaliter declarare, non autem inducere: sed per renuntiationem quis agit renuntiare principaliter, et sic tollere obligationem, cui actui est fauendum secundum iura: cum obligationes censeantur odiose, et liberatio fauorabilis. l. arrianus. ff. de

44 actio. et oblig. ¶ † Item non obstat si dicatur quod obligatio personalis queritur ex consensu duorum, scilicet creditoris et debitoris. et sic per consequens sicut contrahitur per cōsensum duorum, tolli debeat, per id, quod habetur in regula prima. j. de regu. iur. et ff. de regu. iur. l. nihil tam naturale. Quia responderi potest secundum Salicetum, quod contrarium procederet, si ageretur de tollendo obligationem puta per pactū vel per acceptilationem. secus quando agitur de ipsa tollenda per renuntiationem: quia licet obligatio videatur esse penes creditorem et debitorem, tñ improprie videtur esse penes debitorem, sed proprie penes creditorem, qui habet debitorem obligatum: vt legitur et not. in l. regulariter. ff. de peti. here. Et ideo ex quo proprie principaliter ius obligationis censebitur consistere penes creditorem, videtur q illi possit renuntiare, vt sic debitor postea, si velit, possit se tueri exceptione doli vel taciti pacti si conueniatur, per ea que notat glossa in dicto. §. si liberationis. et quod habetur in dicta. l. secunda. C. de pact. Et hec pars satis videtur posse probabiliter sustineri. Que videtur

etiam approbari per Bar. ⁊ Sali. ⁊ per Inno. hic, ⁊ per Guil. de cun. in loco preallegato. licet Bar. aliter dixerit ⁊ do. Anto. post eum, vt patet ex. s. dictis. ¶ Et pro illa etiam facit. d. l. postquam liti. intelligendo quod dicta lex procedat etiam si actum fuerit actione personali. nam etiam sic potest intelligi, vt. s. dixi hec tamen pars non est sine dubitatione, propter id quod. s. dixi ⁊. j. dicetur de confessione ad liberandum, licet responderi posset vt superius dixi, ⁊. j. dicetur. Additio do. Joan. de Imola. Et per hoc sit expeditum secundum.

45 ¶ † Circa tertium, videlicet de confessione, concludit do. Anto. ꝙ si confessio fiat ad obligandum, illa non nocet, nisi fiat parte presente, vel alia pro ea recipiente, vt probatur in. l. certum. §. si quis absente. ff. de cõfes. ⁊ not. etiam in. l. j. C. de confes. ⁊ in. c. fi. j. de confes. ¶ Idem dicit si fiat ad liberandum: quia quatenus ex illa inducitur probatio, videtur esse planum secundum eum quod non probat, nisi facta fuerit parte p̄sente. facit quod habetur in. d. §. si quis absente. ⁊ quod no. in. d. c. fi. de confess. ¶ Quatenus autem induceret dispositioné, vt contingit quandoqꝫ, puta quãdo quis dicit, confiteor te non teneri mihi. Nam videtur inducere etiam tacitum pactum de non petendo. l. tale pactum. in prinici. ff. de pac. Idem dicit per notata per Bar. in. d. §. si liberationis. ⁊ per ea, que habentur in. c. fi. j. de succes. ab intesta. ⁊ sic residet. ¶ Sed contra predicta facit, quia videtur quod confessio ad liberandum facta parte absente noceat, per id quod habetur in §. ⁊ licet. in aut. de testi. colla. viij. ¶ Sed Barto. in. d. §. si liberationis. respondet ꝙ licet ibi dicat confessionem factam coram vicinis, non excludit quin etiam facta fuerit coram parte. ⁊ sic etiam debet intelligi ⁊ suppleri per. d. §. si quis absente. secũduꝫ eum. ¶ Item aduerte quia quod dictum est de confessione facta ad liberandum, quando etiam potest induci seu inducit dispositionem seu tacitum pactum, videtur facere contra opinioné, que vult ꝙ renuntiatio iuris etiam personalis facta absente parte valeat. ¶ Sed potes respondere ꝙ aliud in renuntiatiõe, que videtur pendere a volũtate renũtiantis, qui pōt fauori ⁊ iuri suo renũtiare. l. penultima. C. de pac. ¶ Aliud in cõfessiõe, que principaliter tendit ad declarandũ, ⁊ ꝯsequenter ad probãdũ, in qua requiritur partis presentia: vt in. d. §. si quis absentem. ⁊ licet quandoqꝫ inducat dispositioné, vt est dictũ, tamen videt ꝙ illa dispō non habeat effectum, ex quo ipsa cõfessio non est facta parte presente, quia sicut in principali, quatenus videlicet tédit ad declarandum ⁊ ad probandum requiritur partis presentia, ita etiam videtur ꝙ requiritur in accessorio incidenti, quatenus valet accessorie, ⁊ incidenter inducit tacitũ pactum. arg. j. de re. iur. accessorium. in. vj. ⁊. l. iij. §. qui habet. ff. de seruitu. rusti. predi. vbi patet ꝙ si non valet principale expressum, non valet etiam tacitum. additio do. Jo. de Imo.

46 ¶ Ité aduerte † qȯ confessio facta ad obligandum, etiam si fiat parte presente non nocet, nisi facta fuerit cum causa, si fiat extra iudicium: vt. j. de fide instru. in. c. si cautio. Secus si fieret in iudicio parte presente: quia noceret, licet non haberet in se causam annexam: vt legit ⁊ no. in. l. j. ad fi. ff. de interroga. act. ⁊ plene dixi in. d. c. si cautio. ¶ Propter predicta non esset necesse instare in eo quod hic tãgit do. Glo. ¶ Nam dicit quod illud, quod dicit hic Innocen. videlicet renuntiationem prodesse absenti, facit ad id, quod dicit quod confessio liberatoria prosit absenti, vt notatur per gl. in. l. non solum. §. si liberationis. ff. de libe. lega. In contrarium tamen facit, secundum eum, quod habetur in. c. si cautio. in glo. que incipit. puta ad finem. j. de fide instru. sed respõderet quod ibi loquitur de confessione obligatoria: secus de liberatoria, de qua predixi. De qua tamen liberatoria concludit quod si sit in reali, prodest habenti, vt in. d. glo. §. si liberationis. ⁊. C. de pact. l. postquam liti. Cum dicit, liti de predio mote, ⁊c. quasi velit quod ibi agebatur reali. Sed certe etiam potest intelligi quod ibi agebatur personali vt superius tetigi. ¶ Aut fit in personali: ⁊ tunc concludit ꝙ si fit alicui recipienti pro absente, valet per l. rescriptum. §. fi. ff. de pact. ¶ Et ponit tunc exceptionem doli contra competentem. ⁊ sic potest intelligi, secundum eum, gl. in d. §. si liberationis. Si vero fit nemine recipiéte: tunc non valet, vt. d. c. si cautio. ⁊ in. d. c. fi. j. de succes. ab intesta. de quo etiam remittit ad notata per Bart. in. d. §. si liberationis. Sed certe melius ⁊ plenius declaraui superius. ¶ Ex predictis tamen infert hic dicit domi. Floren. quod si iste Joannes, de quo hic renuntiasset, valuisset renuntiatio ad commodum absentis: quia facta fuisset super titulo beneficij, quod videtur ius reale esse, quod habetur in re id est, in beneficio. quod dicit esse notandum. sed certe in hoc vltimo inquantum dicit, hic erat ius reale competens in re, videtur maledicere: quia hec renuntiatio fiebat ante factam collationem, ⁊ antequam facta sit collatio non dicitur quis habere ius in re, seu in beneficio, sed ad rem, hoc est ad beneficium consequendum: vt probatur in capit. penul. j. de preben. in. vj. ⁊ de concess. preben. in. c. fi. ad fi. eod. libro. Et per hoc sit expeditum tertium.

¶ Circa quartum membrum ⁊ vltimum concludit hic dominus Anto. si queritur an renuntiãs liti videatur renuntiare iuri in iudicio deducendo vel iam deducto, quod aut quis renuntiat

47 † liti ante inchoatũ iudiciuꝫ. ⁊ intelligitur non esse inchoatuꝫ, licet pars sit citata, si libellus non sit porrectus: quia non cogitur quis prosequi litem vt legitur ⁊ no. in aut. qui semel. iuncta gloss. C. quomodo ⁊ quãdo iudex. ⁊ tunc non videtur renuntiare iuri sibi competenti. Allegat pro casu quod habetur in. c. ex tenore. s. de rescriptis. ⁊ facit qȯ habetur. j. de prescriptio. in. c. nichil. ⁊ dixit maxime hoc procedere quando quis desistit a litigio, forte vt euitet scandalum. facit quod habetur in. d. c. nihil. aut iam in iudicio res erat deducta ⁊ sic iudicium inchoatũ, intelligo saltem per citationé ⁊ porrectionem libelli, licet lis non fuerit contestata, per ea que habentur in dicta aut. qui semel. ¶ Nam hic reo instante cogitur actor ad prosequendum, vt ibi patet. ⁊ hoc casu concludit quod aut renuntiatio fit ex parte actoris, aut fit ex parte rei primo casu subdistinguit: quia aut actor renuntiat instãtie, aut renuntiat liti. si renuntiet instantie, tunc dicit quod si reus consentit tali renuntiationi, valet talis renuntiatio, et preiudicatur solum in instantia, non autem preiudicatur in iure vel actione competente actori: quia verba talis renuntiationis hoc non important. Quod aliud sit instantia, aliud ius vel actio compe[t]ens actori, probatur Instit. de actioni. in. §. primo iuncta. l. properandum. C. de iudic. cum de separatis non sit fienda mentio. l. fina. de calum. Et possit actor renuntiare instantie tantum ex quo pars aduersa consentit, absque eo quod perdat actioné, vt probatur licet ipse alleget in. l. prima coniuncta glo. C. de prescrip. long. temp. aut actor renuntiat instantie, si pars aduersa contradixit ⁊ non acceptauit renuntiationem, quod facere poterit, per id quod habetur in aut. qui semel preallegata. ⁊ in cap. causam. j. de dolo. ¶ Nunc dicit Barto. in dicta. l. postquam liti quod tũc nedum perditur instantia sed etiam substãtia actionis. seu ipsa actio mouetur: quia soli instãtie renuntiare non potest inuito aduersario, vt patet in dictis iuribus, sed bene posset renuntiare instantie ⁊ iuri seu actioni sibi competenti dicta. l. postquam liti. ⁊ ideo ex quo ipse actor renuntiat instantie aduersario non consentiente, cum talis renuntiatio non possit valere, nisi etiam denuntietur actioni deducte in instantia, ex quo vult renuntiare instantie, vr̄ etiã velle renũtiare iuri ⁊ actioni sibi ꝯpetenti, ex quo alias inuito aduersario instãtie renũtiare nõ posset argu. l. illud. ff. de acqui. hered. Quod intelligit Bar. esse verum nisi renuntiaret instantie saluo sibi iure actionis. Et sic apparet expresse quod nollet renũtiare actioni, quia nõ vult nec instantie, quia non potest, ex quo aduersarius nõ consentit. Secus vt dixi, quando simpliciter renuntiat instantie: quia tũc videtur etiam renuntiare actioni: vt. s. dixi quod dicit do. Anto. procedere si persistat in renuntiatione. ⁊ aliter non declarat: sed de hoc. j. dicam. si autem renuntiat liti ipse actor, tunc dicit quod ipse perdit instantiã, vt ius inductum in ipsam instantiam, ⁊ sic ipsam actionem. ⁊ est ratio secundum eum, quia ex quo vult perdere litem, videtur etiam velle perdere arma competentia per litem: ⁊ per consequens etiam videtur velle perdere substantiam actionis. est tamen verum secundum eum prout dicit Barto. in lege naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. ren. possess.

48 † quod licet renuntiando liti perdat instantiam et ius actionis, non tamen perdit substantiam, ex qua actio producitur. ⁊ ideo non obstante tali renuntiatione non poterit agere, licet tunc obstabit exceptio. allegat quod habetur in. l. siue apud acta. C. de transactio. ⁊ facit quod habetur in. l. si seruus fundo. eodem titulo ⁊ in. l. penult. C. de vsucap. pro emp. ¶ Secundo casu quando fit renuntiatio ex parte rei quia reus renuntiat liti: tunc dicit quod aut ipsi reo competebat exceptio: ⁊ tunc ex tali renuntiatione dabitur actori replicatio contra exceptionem, que prius reo competebat. aut vero non competebat exceptio: ⁊ tunc dicit quod talis renuntiatio litis, quam facit reus, nihil operabitur, ex quo exceptio sibi non competebat. et hoc videtur procedere, quando actori competebat actio dicit postea Bar. quod licet reus renuntiet liti, non per hoc dabitur actori remedium actionis: quia talis renuntiatio non est materia apta ad producendum actionem, que solum producitur subsistente materia debita. l. iurisgentium. §. j. cum ibi notatis. ff. de pact. ⁊ sic residet dominus Anto. hic in isto quarto articulo. de quo per Barto. in. d. l. postquam liti. ⁊ ibi etiam per glo. Bal. ⁊ Salic. Sed aduerte qꝛ non videtur pfecte dixisse vñ attẽde pro declaratione huiꝰ articuli ꝙ aliud est instãtia, aliud

49 ius, seu actio: vt colligitur Insti. de ac. §. j. C. de iud. † Ité instantia de

tia de iure ciuili incipit demũ in ɔtestatione litis.d.l.pperãdũ. §.j.de iure autẽ canonico in cã principali nõ est dare instantiã, quo tpe finiaẗ,vt no.i.c.venerabili de dolo ꝛ cõt.ꝛ in.c.pe.de iu di.Sꝫ de iure ciuili finiẗ triennio cõputãdo a tpe ɔtestatẽ litis. ¶Item attende,q2 iuri de futuro simplici renuntiatione renũ tiari nõ põt,sed bene ꝑ pactũ:vt.l.si ita scriptum.§.si sub ɔdi tiõe.ff.de le.ij.iũcta.l.j.C.de pac.¶Et quod dixi de renũtiatiõe, intellige qñ fit extra iudiciũ parte abñte,fm noã.d.l.j.C.de pac. ¶Nã in iudicio põt renũtiari iuri futuro.l.in plurimũ.cũ ibi no tatis.ff.de acqui.hered.ꝛ in.l.j.ff.de cura.bo.dando.¶Itẽ etiã pmitte ꝙ nomẽ litis,qñqꝫ sumiẗ ꝓ instãtia cãe,vt ptꝫ.d.l.ppe rãdũ in prin.ꝛ.§.j.¶Qñqꝫ significat etiã actionẽ.l.litis nomẽ. ff.de verbo.signi.et.l.litem.C.de procu.faciat ad predicta.l. cãs. C.de trãs.Et sic videẗ ꝙ nomẽ litis significare posset vtrũqꝫ,vi delicet instãtiam ꝛ actionẽ.ꝛ illud etiam voluit glo.in.l.postqꝫ liti.C.de pactis.Istis premissis est aduertendũ circa primum membrũ inquantũ do.Ant.dicit ꝙ si aliquis renuntiat liti an te incohoatũ iudiciũ,non videẗ procedere:†quia vt dixi,nomẽ li tis nedum significat instantiam,sed etiam significat actionem. ꝛ sic videtur quod ex quo quis renuntiet liti,videtur renũtia re instantie ꝛ actioni.ꝛ per hoc videtur ꝙ cũ ius ꝛ actio sit de presenti,ꝙ illo respectu teneat renuntiatio.ꝛ licet instantia sit de futuro,si nondum erat lis contestata,tamen si fiat in iudicio renuntiatio videtur valere,cum in iudicio renuntiari possit iu ri de futuro,vt.s.dixi,quamuis glo.aliter videatur sentire in.d. l.postqꝫ liti.sed nõ bene,vt ibi no.per doct.¶Nec obstat quod habetur in.d.c.ex tenore.q2 ille presbyter nõ renuntiauit liti,sed dixit ꝙ nolebat litigare corã illis iudicibus,coram quibus ci tauerat aduersarium.ꝛ sic probat dictum do. Anto.c.nihil. de prescrip.nõ facit etiam ad propositum,vt ibi patet.Et per hoc potest inferri quod si extra iudicium renuntiatur liti,non vide tur quod teneat renuntiatio quo ad ipsam actionem que com petit de presenti.¶Et licet non videatur teneri quo ad instan tiam,quia est de futuro,quod nondum sit incohoata,ꝛ iuri de futuro non videatur posse renũtiari simplici renũtiatione extra iudicium,vt est dictũ:tamẽ ex quo renũtiatio tenet super actio ne,ꝛ sic super principali,in consequentiã videtur tenere super ac cessorio instantie:quia volẽti incohoare instantiã,ex quo renũtia uit actioni renuntiando liti obstabit exceptio.Nã exceptio renũ tiationis litis est exceptio litis finite:ꝛ sic potest opponi ad pro cessum,vt notaẗ per Bar.ꝛ Bal.in.d.l.postqꝫ liti.ꝛ sic patet do. Anto.non bene dixisse circa primũ casum.¶Item adde circa secundũ inquantum tenet cũ Bar.ꝙ si post citationẽ factã pro reo ꝛ libellum porrectum,ꝛ multo fortius si post litem contesta tam actor renuntiet instantie contradicente aduersario,q2 tũc intelligiẗ renuntiare etiã actioni,nã illud non videtur verũ.cũ aliud sit instantia ꝛ aliud actio,vt superius est dictum. ideo vi detur ꝙ tunc si aduersarius acceptat remediũ ipsius instantie, valebit,per ea que dixi.s.ꝛ que habentur in.l.j.C.de prescri.long. temp.Si autẽ non acceptat,non videẗ ꝙ non valebit ipsa renũ tiatio,ex quo non potest renũtiare instantie inuito aduersario, per.d.auẗ.qui semel ꝛ illam partẽ tenuit Bal.ꝛ Salic.in.d.l.post quam liti.¶Non autẽ est dicendũ ꝙ tũc renuntiando instãtie videẗ etiã velle renuntiare actioni,q2 maius preiudiciũ instatur in renũtiatione actionis qꝫ instantie.Nã licet pereat instantia, poterit actio in noua instantia intẽtari.Sed vbi renũtiatũ est actiõi,in nulla instãtia poterit agi:q2 ɔtinue obstaret exceptio. ꝛ ideo licet actor renũtiet instãtie,que est modici preiudicij re spectu renũtiationis actionis,que est maioris preiudicij,nõ vẽ verisimile ꝙ renũtiando instãtie videatur velle renũtiare actiõi. ¶Nec obstat quod dixi.s.circa tertiũ articulũ ꝙ quandoqꝫ qs renũtiãdo intẽdit perdere dñium intelligiẗ etiã in dubio velle ꝑ dere possessionẽ:q2 alias non posset perdere dominiũ:q2 ibi qs volebat perdere id,qd est maius possessione ꝛ maioris pͥudicij: ideo facilius ibi volẽdo pdere dñium,qd est maius possessione, videẗ velle perdere id,quod est minus,scꝫ ipsã possessionem,ex quo aliter non potest pdere illud quod est maius,qd principali ter vult perdere.Sed hic volebat perdere id quod est minꝰ,scꝫ ipsam instantiã.Ideo nõ sequiẗ ꝙ per hoc videatur voluisse ꝑ dere id,quod est maius:quia non debet presumi in dubio ꝙ qs velit suum iactare:vt.l.cũ de indebito.ff.de proba.¶Nec obstat etiã predictis.l.illud.ff.de acqui.her.q2 alio casu loquiẗ.Nã ibi agiẗ de eadẽ hereditate pdenda:hic aũt ageretur vt per renũtia tionẽ factã super re maioris pͥudicij.qd non vẽ in dubio esse fiendũ,ꝓ id,quod superius est dictũ.¶Item adde inquantum dicit†ꝙ si quis renũtiat liti,ꝙ perdit instãtiã ꝛ ius deductũ in iudicio,ꝛ per ɔñs actionẽ.nã vltra rationem allegatã ꝑ eũ videẗ esse ratio,q2 litis nomẽ significat etiã actionẽ.ꝛ sic nedũ instan tiã,sed etiã actionẽ.Et iõ renũciando liti videẗ ipse actor renũ tiare liti ꝛ cause,vt dixit gl.in.d.l.postqꝫ liti.ꝛ sic etiam instãtie ꝛ actiõi.Facit qd habeẗ in.d.l.litis nomẽ.ff.de v.sig.ꝛ no.etiã Sal. in.d.l.postqꝫ.Item etiã adde quatenus dixi de renũtiatiõe litis, que fit ꝑ reũ,ꝛ dicit ꝙ si actori nõ ɔpetebat actio,ꝙ nihil operaẗ, nec ꝑ hoc dabiẗ actori actio,nã dicit Bal.ꝛ Sali.in.d.l.postqꝫ. ꝙ imo tunc operabiẗ:q2 reus renũtiando liti vẽ per hoc fateri actorẽ fouere ẽt iustã cãm:ꝛ se reũ fouere iniustã facit qd habeẗ in.l.si maritus negauerit.ff.de adult.ꝛ in.l.si aduersariꝰ.C.de fi. de instru.ꝛ in.c.ꝑ tuas.el.j.ad finẽ.de simo.vbi dicit ꝙ reꝰ male conscius sibi cessit liti.ꝛ sic scdm predictos videẗ ꝙ tũc quãdo reus renũtiat,poterit actor petere ꝙ cõdemnet,quare videatur fateri actorẽ fouere iusticiã,de se fouere litẽ iniustã,per ea q̃ ha benẗ in iuribꝰ preallegatis.qd tene mẽti.ꝛ per hoc sit expeditus quartus articulus.¶Adde tñ ꝙ id qd dixi.s.ꝙ†qñ quis renũ tiat liti,intelligiẗ renũtiare instãtie ꝛ actiõi,ꝛ sic liti ꝛ cause, vt etiã voluit gl.in.d.l.postqꝫ liti.C.de pact.in.j.gl.ꝙ cedit in rebus prophanis.Secꝰ in beneficijs,in quibꝰ nõ põt fieri renũtiatio, nisi in manibus sui superioris.Et iõ si quis in causa beneficiali renũtiet liti ꝛ cause corã illo,corã quo litigaẗ si non est talis qui posset resignationẽ recipere,seu renũtiationem beneficij,per ta lẽ solũ intelligeẗ renũtiatũ instãtie.ꝛ sic do.de Rota dicunt ser uari in curia fm stylũ curie,in sua conclusione.ccclij.de quo ibi plenius per eos.Additio do.Jo.de Jmola.¶Ultimo tãgit hic Joã.an.qd si papa mandat aliquẽ recipi in canonicũ bononie, cũ sit paratus omnibus beneficijs renuntiare,an debeat prece dere renuntiatio,an vero collatio.Et respondet post vincen.qd debet precedere renũtiatio,si litere admittanẗ:ꝛ si postea restat, succurreẗ,ei per id quod habeẗ in.c.nisi cũ pridẽ.j.de pac.ꝛ.j.de re.pmu.in.c.cũ vniuersorũ.Et putat Inno.ꝙ tũc ageẗ potiꝰ ex officio iudicis implorato,qꝫ ex vi actionis.facit quod no.in cle. vnica de rerũ permu.ꝛ hec sufficiant quasi loco repetitionis hu ius capituli.do.Jo.de Jmola vtriusqꝫ iuris doctor.

1 Renuntiatio facta in mortis articulo an valeat.
2 Emulus quid sit,ꝛ an varia habeat significata.
3 Decipere ij soli possunt,de quibus confiditur.
4 Renuntiatio non tenet,que per fraudem emuli facta est.
5 Consilium seu propositum mutare quando liceat.
6 Preses imperium a se abdicare non potest.
7 Renuntiatio facta de beneficio sine consensu superioris est in ualida.

Ecce coram nobis.

Si prelatus absoluit subiectos ab obediẽtia,nõ ꝓpter hoc plature re nũtiat.h.d.ꝛ est cõis diuisio,ɔsultatio ꝛ respõsio secũ da ibi. nos aũt.† No.pͥo ꝙ valet renũtiatio facta etiã in mor tis articulo ẽt qñ nõ est spes de sanitate,ꝛ sic defectꝰ spei retinẽ di bñficiũ nõ annullat renũtiationẽ pendẽtẽ ex volũtate renũtiã tis.nã,vt hic satis innuiẗ,si renũtiatio fuisset facta in manibꝰ diocesani episcopi,valuisset lꝫ facta fuisset eo tpe,quo desperareẗ de vita ipsius renuntiantis,ꝛ esset grauiter infirmus.Qd intel lige verum,dũmodo,tẽpore quo fit renũtiatio,sit sane mẽtis, ꝓ id qd legitur ꝛ no.j.de regula.in.c.sicut tenor ꝛ in.c.sicut nobis. xvij.q.ij.c.j.¶†Item no.ꝙ Emulus diciẗ inimicus.qnõ aũt hꝫ multa significata verbum emulor,ꝛ sic alijs modis dicitur quis emulus,no.per glo.in.c.simus.xlvj.di.ꝛ in proemio Digestorũ. in fi.tertij.¶Itẽ no.ꝙ Emulus seu inimicus diciẗ:qui cõsulit nobis seu alicui id qd tẽdit ad detrimẽtũ eiꝰ,cui ɔsuliẗ:sic ẽt ali bi dr ꝙ nõ est amicꝰ noster qui nr̃a bona tollit.s.vt lite nõ cõte. in.c.accedens.el.ij.¶Itẽ no.secundum domi.Flor.ex textu ibi. non crederet prouerbio vulgato.†quod illi soli possunt nos de cipere de quibus cõfididimus,ꝛ quos credimus nõ esse decepto res facit ꝙ habetur in.c.non omnis qui dicit pax vobis ami cus est.v.q.v.¶Itẽ no.ꝙ ꝑ actũ accessoriũ nõ inferẗ ad princi pale.nã renũtiatio abbatie accessorie inducit absolutionẽ mo nachorum ab obedientia,ꝛ tamen licet abbas monachos ab soluat,non per hoc intelligiẗ renũtiare,vt hic patet.facit quod habetur in.c.si ɔfirmationẽ de elec.li.vj.ꝛ in.l.ex pupillari.ff.de vul.ꝛ pupil.Ex quibus sequitur ꝙ accessoriũ nõ regulat princi pale,nõ contra.Potes etiam notare ꝙ induciẗ renũtiatio nisi qd geritur necessario inferat.facit qd dixi in proximo notabili, ꝛ qd habeẗ in precedẽti.c.Itẽ no.ꝙ ꝑ actũ renũtiatiõis alicuiꝰ ɔsecutiui exceptio seu renũtiatio facta a principali qs pͥncipali renuntiare nõ vẽ.¶†Itẽ no.argumentũ qd pmissio renuntia tionis facta ad consiliũ ꝛ fraudẽ emuli,de quo quis cõfidit,nõ tenet qd ad hoc,vt ꝓpter illã cedere cogatur,licet si illã presen tasset superiori,ꝛ vt obtinuisset licentiam non posset penitere. s.e.c.quidã ꝛ sic do.An.residet.sꝫ certe etiã tũc succurrereẗ ꝑ id qd dixit glo.ij.Item no.ꝙ aliud est superiorẽ vocare vt quis re nũtiet in eius manibꝰ.aliud in presentia eius renũtiationẽ face re seu offerre illo acceptante,vt colligiẗ ex isto textu,iuncto.c.q. dã.s.e.ꝛ facit qd.j.diceẗ.Itẽ no.argumẽtũ ꝙ i manibꝰ soliꝰ epi

absq; consensu capituli posset fieri cessio, etiam ab inferiori prelato, et sic honorabili membro de quo dicendū fuit in.c.quod in dubiis.et in.c.admonet.s.e. Itē no. illud vulgatū † quod sapiētis est mutare ppositum seu consiliū, vbi videt quod primū esset sibi pernitiosum ad hoc qd habet in.c.qualr.el.j.cū ibi notatis per glo.j.de acc.et in tex.et gl.in aut.de nup.§.j.colla.iiij.vbi etiā glo. ad literā hoc notat. Itē no.quod pactū absolutiōis subditorū ab obediētia prelat⁹ nō vr̄ renūtiare plature, etiā si interueniat vocatio superioris, vt in eius manib⁹ cedat: si tū postea nō fiat cessio. Ultimo not.argumētū quod abbas vel superior prelatus posset absoluere subditos ab obediētia vel iuramēto obedētie sibi prestito. sed cōtrariū est verū, vt hic tāgit gl.fi. Nec ob. iste tex. quia ponit facti ɔtingentiā, et nō iuris ministeriū: quia de iure illud nō pōt. et omnino, vt etiā hic tangit .d.Ant. quia promissio et iuramentum inobedientie prestatur ei ad finē, vt magis propter illa studeat quis placere deo, quam illi cui inobediētia et iuramentū prestat. Et ideo nō pōt illi, cui prestat tale iuramētū, remittere, nō talē promissionem, per id qd no. Jo.An.in.c.preterea.j.de spō sal. Item est alia ratio secundum eū quia durante principali non videtur quis posse renuntiare ei, quod necessario depen-
6 deat ab illo. † Et quia, vt alibi dicit lex, non pōt preses a se abdicare imperiū: vt.l.legatus.ff.de offi.presi.nec similiter pater patriā potestatem.C.de pa.potesta.in.l.abdicatio. Item potest esse ratio: quia renuntiatio non potest fieri nisi in manibus superioris et sic episcopi diocesani in casu capituli: et illa debuit pcedere absolutionem monachorū. Et ideo cū non precesserit, nō potuit abbas absoluere monachos. Et per hoc videtur quod in casu capituli non erat necessaria noua promissio, que facta fuerat per monachos, cū absolutio non tenuisset. sed potest dici quod forte facta fuit de facto ad cautelam. In gloss.ij.ibi: sed hoc non esset supple.s. quod iste esset soluendo, si facta fuisset renuntiatio abbatie ex eius consilio fraudulo so. nam ipsa abbatia seu beneficium abbatie est res spiritualis, et sic non recipit estimationem pecuniariam. facit qd habetur.j.q.iij.in.c.si quis prebendas. et insti.de rerū diuisi.§.sacro. et propter hoc dixit glo.quod non esset soluendo ille qui addit cōsilium in casu isto. Facit qd no.glo.in simili in.c.coram.j.de offi.dele.et in.c.cū olim.de causa poss. et de qōne qualiter quis obligetur ex consilio, habetur.j.de regu.iur.a nobis ex consilio.libr.vj.et per Bart.in.l.non solum. §.si mandato.ff.de iniur. In gloss.iij.in fi.soluit Joan.andr. post Hosti.contraria glo.licet glo.non soluerit quod illa procedūt in iis, que non dependent a iure vel iuris aut iudicis potestate, et respiciunt preiudicium renuntiantis tantū et non alienū
7 † sed nō valeret expresse renuntiatio non intercedente consensu superioris: ideo multominus debet valere tacite. Facit.j.de preben.in.c.dilecto. aliter potest dici secundum do.Ant.quod hic nō fuit tale factum, ex quo concluderetur voluntas renuntiati: quia ad exclusionē alicuius consecutiui non sequitur exclusio principalis, saltem quando declarat voluntatē esse circa principale aliter excludendum, vt hic fuit: quia vltra absolutionem monachorum fecit vocari diocesanum vt cedere posset. et per hoc etiā non obstat secundum do.Ant.qd habetur.s.e.c.ex transmissa dn̄s vero Glo.hic aliter soluit contrarium.nā dicit post Inno. quod hic absolutio monachorū non obtinuit vim resignationis: quia resignatio debet precedere absolutionē, per id qd habetur in.l.pe.ff.de offi.presi.nec potest fieri resignatio sine autoritate illius a quo recipit beneficium, vt.s.e.c.quod in dubiis. et tāgit etiā hoc vltimū in glossa. dic etiam ad.c.ex ore. potest responderi quod ibi loquitur de renuntiatione beneficii, que inducitur per obedientiam prestitam alteri tanquam prelato. nam ex hoc infert necessario quod inobediens non se, sed illū reputet prelatū. Sed secus hic secundum eū: quia absolutio monachorū nō est cōpassibilis cum abbatia. posset ei dici, secundum eū, quod essent absoluti ad tempus, vel aliud simile. Sed solutionē Hostiē. vt predixi sequitur Jo.and. Extra glossas potest opponi inquantū hic videtur litera quod iste archiepiscopus reuelauerit cōfessionem istius abbatis sibi factā. nam videtur quod hoc non debuerit facere.j.de peni.et remis.in.c.omnis.so.potest dici quod fuit facta manifeste, et nō in foro penitentie. et sic non obstabit contrariū. Uel si dicat quod fuerit facta in foro penitentie, potest dici quod reuelauit de volūtate confitentis. quod facere potuit: sicut etiam sibi volenti posset fieri testimonium confessionis et reconsiliationis eius, vt legitur vt no.in.c.testimonium.j.de test.et.j.de sumo.nemo. Itē secūdo potest opponi quod ex quo vocauit superiorem vt cederet, debeat compelli ad cedendū.s.e.in.c.quidā. soluit Hosti. quod ibi fuit petita licentia cedendi, et obtenta: hic autē nōn fuit etiam petita, licet vocatus esset superior. Sola autē vocatio secundū Hoff.non habuit nocere: sicut nec vocatio patroni facta per libertū in ius sine venia petita.ff.de in ius vo.in.l.quis.est enim locus penitētie, vt ibi patet et etiā hic. et facit.ij.q.vj.c.si quis li-

bellos. et in.l.si penituit.ff.de diuort. Item secundum Hostiē. ibi super hac causa vtilitatis ecclesie vel proprie salutis, hic causa seductionis et infirmitatis. Item ibi precessit deliberatio et instantia importuna, hic secus: quia postea penituit, vt hic patet.

1 Cessionis beneficii causa legitima est insufficientia.
2 Abbas cedere non potest in manibus monachorum sibi subiectorum.
3 Collectiuo nomini competit vterq; numerus.
4 Doctor semel approbatus propter insufficientiam remoueri a docendo.
5 Resignationem beneficii recipere quis iure possit.
6 Monachus an cum licentia solius abbatis, possit monasteriū dimittere.
7 Monachus ad religionē arctiorem licentia petita, licet nō obtenta, transire potest.
8 Monachus causa subsistente an possit ad aliud monasterium transire, solo consentiente abbate.
9 Papa solus dispensare potest cum monacho volente transire ad aliud monasterium sine causa.
10 Abbas an indifferenter monacho ad aliā religionem transire volenti licentiam concedere debeat.
11 Presbyter per abbatem presentatus, et ab episcopo institutus in vtrius manibus renuntiare debeat.

Dilecti filii. Abbas exemptus absq; licētia pape renuntiare non potest.h.d.et in prima ponitur conuentus petitio, in secūda ipsius repulsio, et negotii commissio tertia ibi:
1 cum igitur. † Nota primo vnam causam legitimam ad cedēdū, videlicet propter insufficientiam. de qua.s.e.c.nisi pro defectu. Et no. bene secundum do.Glo.quod propter insufficientiā nō est platus iure incapax tituli, sed debet renuntiare, iuxta ea que habentur in.d.§.pro defectu. Item quod monachus vnius monasterii potest eligi in abbatē alteri⁹ monasterii. de quo dic vt ha-
2 betur in.c.nullus.de elec.in.vj.et in cle.j.de elec. † Itē no.quod nō valet cessio abbatis facta in manibus monachorum sibi subiectorum: quia non valet si non fit in manibus inferioris superiore volente illa probare, potest compelli ad cedendum. Itē no.quod hic videtur casus pro eo quod disputat Jo.an.in regula infirmatur.de reg.iur.in.vj.videlicet quod dato quod secundum cōem opi. cessio ad preiudicium cedentis teneat cōditionaliter, si superior illā approbet, vel si velit, ita quod non possit cessio reuocari, nō tamē tenetur superiore volēte ratū habere. licet quidam, et non bene, dixerint distinguendū an res sit integra vel nō. de quo satis dictum fuit.s.co.c.quod in dubiis. Potest etiam induci decreta. ista proprie quod non teneat cessio. quod patet secundum domi. Anto. ex eo quia papa hic mandat quod iterato cedat. quod non esset, si tenderet ad preiudiciū cedentis. Sed dici potest, secundum eum, quod superior poterit eligere quā viā vult, an videlicet approbet cessionē, an vero quod agat ad iterato cedendum, quia
3 nō tenuit quo ad ipsum superiorem. quod tene menti. † Itē potes notare quod nomini collectiuo singularis numeri congrue potest dari numerus pluralis, pōt etiā dari numer⁹ singularis vñ secundum grāmaticos congrue dicitur populus currūt, et populus currit. et sic etiam ɔgrue dici potest ɔuentus intimauit, et cōuentus intimauerunt. de quo per Jo.cal.in decret. capitulum. s.de rescriptis. In glo.j.ibi.l.iij.et bene facit quod habet in.c. ea que.j.de offi.archidia. In ead.glo.ibi magister propter in-
4 sufficientiam. † Nota bene ex glo.quod magister et doctor licet semel fuerit approbatus tamen propter insufficientiam, et sic ex causa, potest reprobari et remoueri a docendo: vt probatur in.l.ij.et ibi etiam not.hic allegata in glo.et etiam in.l.sed et reprobari.ff.de excusa.tut.et.l.vt gradatim.§.j.ff.de mu.et.ho.et adde etiam quod not.in.c.primo hic allegato de officio custod. vbi gloss.vult quod demum propter negligentiam debet prelatus remoueri, si fuerit in magna negligentia: hic potius deberet aliter puniri. In glo.in verbo, manibus in principio supple secundum abbatem. Et not.bene ex eo quod sequitur in gloss.quod ad illum spectat recipere renuntiationem seu resignationem beneficii, ad quem spectat confirmatio, et eodem modo collatio. et idem notauit gloss.in dicto.c.quod in dubiis.s.eodem titu. Sed aliter dixit gloss. post Innocen. in cle-
5 men.prima.de renun. videlicet † quod ad eum pertinet recipere resignationem, ad quem pertinet destitutio. et quid in hoc tenendum, plene dixi supra eodem cap.quod in dubiis. In eadem gloss.ibi: sed hoc contingi. quasi velit quod ideo hic non fuit coactus cedere, ex eo quia cesserat in manibus inferioris, sed propter insufficientiam. et sic vult glo.quod in casu huius capituli poterit cogi ad renuntiandum per istos delegatos. sed Goffred. hic tenet contrarium, dicens quod iste abbas non

potuit compelli ad cessionē, si bene debuit admitti cessio eius per istos delegatos, si voluit sponte renuntiare. sed gloss. vt dixi, tenuit contrarium. Hostien. hic dixit quod vigore rescripti, de quo hic, q propter illud committebatur ministeriū, nō potuisset p istos delegatos cogi p id qd habet. j. de offi. dele. in. c. fi. sed bene de iure cōmuni poterat cōpelli ad cedendum. Et sic pdicta potest saluari opi. Goffr. Sed do. Floren. simpliciter teneo at glo. scilicet q hic potuerit cogi: allegat etiam quod habetur. s. co. ti. c. quod in dubijs. z. c. quidam. do. Ant. hic dicit posse dici q hic debuit admittere cessionem a voluntario, non ab inuito: quia si papa voluisset istum priuare, non habebat nisi cessionem iam factam per ipsum approbare, cum illa tenderet ad preiudicium renuntiantis, vt dicit gloss. et sic non mandasset ipsum restitui. quod tamē fecit. z sic per hoc denotatur secundum eum, quod non fuit intentio pape istū abbatem inuitum priuare. An autē insufficiētia tūc habeat repellere prelatū, remittit ad nota. in. c. nisi. §. ne pro defectu. s. eod. ti. Mihi satis placet opi. Hosti. per quam opiniones reduci possunt ad cōcordiam. An autem Canonicus posset renuntiare in manibus capituli: vide tex. z glo. j. de simo. c. ex insinuatione. de quo plene dixi. s. eod. c. quod in dubijs. ¶ † In gloss. pen. ibi: se transferre, zc. Supple sine licentia pape, vel legati de latere. nam ille etiam potest dare licentiam Abbati exempto, vt hodie est expressum. j. de elec. in. c. si Abbate. li. vj. licet Hosti. aliter diceret. ¶ In eadem 6 glo. in fi. † Sed nunquid monachus de licentia solius Abbatis possit dimittere monasterium. dixit Inno. q sic, dummodo ad aliud arctius monasterium se transferat. j. de regulari. c. licet. et xix. q. iij. statuimus. et per hoc q soli Abbati facit obedientiā. xij. q. j. c. non dicatis. si autem vellet fieri monachus alterius monasterij paris, vel minoris religionis, z sic ad illud transiret, nō poterit illud facere sine licentia episcopi: Sed cum autoritate episcopi poterit tunc id fieri dispensatiue, argu. c. significatum. j. de regula. Sed si esset arctioris religionis, poterit sine licentia episcopi, vt est dictum. Alij tamen, vt refert Inn. dicunt necessarium esse consensum conuentus, etiam si ad arctiorem transeat religionem arg. c. ij. lxij. di. z dicti. c. statuimus. Alij vero, secundum Inn. dicunt necessarium consensum episcopi arg. c. qui vere. xij. q. j. Quod credit Inn. verū esse quantum ad hoc vt alius Episcopus eū nō ordinet sine licētia ei⁹, nisi primo fieret monachus alicuius monasterij arctioris religionis z sic residet Inn. 7 z aliter non declarat. Tu potes dicere † q si vult trāsire ad arctiorem religionem, non requiritur consensus conuentus: quia tunc potest transire licentia petita a suo superiore, z sic ab ipso abbate, licet non obtēta, vt probat in. c. licet. j. de reg. Nec obstat preallegatum. c. statuimus. quoniam debet intelligi z limitari per illud. c. licet. An autem tunc requiratur consensus, potes dicere vt etiam voluit hic do. Anto. z satis videtur fuisse de mente, q aut vult transire ad monasterium arctioris religionis: z tunc in eadem diocesi, tunc non requiritur consensus episcopi. Secus quando ad monasterium alterius diocesis. Et sic etiam videtur fuisse mens Inn. Si bene ponderentur eius verba. facit quod cōsueuit dici in. c. admonet. z in. c. quod in dubijs. s. eo. Si autem velit transire ad monasteriū laxioris religionis, tunc si sine causa vult transire, non potest sine licentia pape: quia illud esset contra ius, cum debeat monachus in suo monasterio remanere et commorari. j. de iureiur. in. c. sicut ex literis z facit etiam quod no. per Jo. and. post Hosti. z ideo requiritur etiam licentia pape. facit quod habetur in. c. proposuit. j. de conces. prebē. z istud etiam tenet gl. que reputatur no. in hac materia, in. c. cum singula de prebend. in. vj. z idem etiam voluit glo. in. c. non est. j. de re 8 gula. † An autem subsistente causa poterit cum licentia Abbatis transire. gloss. satis videtur innuere q non, in. d. c. non est. et in. d. c. cum singula. inquantum dicit solummodo q si vult transire ad parem religionem cum causa, q poterit cum licentia Abbatis z conuentus. Et sic videtur innuere q secus si ad laxiorem. Sed Hostien. in. d. c. non est videtur velle q cum licētia Abbatis z conuentus possit transire nedum ad parem, prout voluit glo. in. c. cum singula. z videtur etiam velle in. d. c. non est. sed etiam ad laxiorem poterit, z sine causa subsistente, cum licentia Abbatis z conuentus. sed Inno. hic, vt patet ex superius dictis, vult q requiratur dispensatio episcopi z q episcopus possit dispensare causa subsistente, siue velit transire ad parem religionem, siue ad laxiorem, facit quod habetur in preallegato. c. significatū. z ibi etiā dicit q facilius dispensabit in illo qui in minoritate ingressus fuit monasterium seu religionem. Joan. an. in addi. ad Spec. in ti. ij. §. sunt quoq super. xxxiiij. vbi Specul. 9 tangit de materia. z remanet in conclusione † q si monachus vult transire ad monastrium paris vel inferioris religionis si ne causa, tunc solus papa posset dispensare: cum causa autē poterit episcopus dispensare, siue velit transire ad parem, siue ad laxiorem, per dictum Inn. requiritur tū consensus Abbatis et conuentus ipsius monasterij, cuius est monachus, per. d. c. statuimus. xix. q. ij. dñs tamen glo. hic dicit q si Abbas haberet iurisdictionem quasi episcopalem, q tunc sufficeret eius licentia cum conuentu, z sine episcopo, quando causa subesset, per id qd no. glo. in cle. j. de reb. ecc. non alie. quod tene menti. Et nota bene predicta, q sepe fit remissio de hac materia ad id, quod habetur hic. sed plenius z clarius dixi, quam dixerint doctores. z se pe etiam de facto occurrit ista materia, an videlicet monachus possit transire ad aliam religionem, vel ad aliud monasterium. ¶ Quando autem dicatur monasterium esse arctioris religionis vel arctioris vite, vide per Joan. and. in. c. sicut infra de re 10 gula. z ibi p do. Flor. z do. Ant. Iuxta predicta potest queri † an indifferenter Abbas debeat dare licentiam monacho transeunti ad aliam religionem. dicit Inno. q non, sed illam demum dare debet, si sit certificat⁹ de religione q sit arctior, z q illi de monasterio, ad quod vult transire, velint eum recipere. z si aliter recederet monachus, esset transitiuus z apostata cū non esset in alterius obedientia. dicit tū Innoc. q forte posset Abbas dare monacho licentiā q sub obedientia sua iret, z quereret locum religiosum, qui sibi placeret. Consuluit tū Abbas q non faciat hoc, nisi vt euitet maius malum, vt quia forte si non daret dictā licentiam, sua autoritate recederet facit quod not. glo. in cle. vlt. de elect. Et ex predictis nota secundum do. Flor. q quando petitur talis licentia ab abbate, potest illam denegare, nisi sit informatus de secundo monasterio, q sit strictioris vite, seu strictioris relig. onis, z q monasterium tale velit illum recipere. dicit tamen q aliqui hoc non seruant, sed minus bū. Et ad predicta facit quod legitur z no. in. c. sicut. de iureiur. z in. d. c. cum. vlti. de electio. tene menti predicta. ¶ Extra gl. potest opponi primo q litera male dicit dum dicit, elegerunt canonice: quia electio non potuit esse canonica, ex quo non tenuit renūtiatio, per id quod dicit glo. fi. Solutio. dic q elegerunt canonice, scilicet prout episcopi dicebant, sed non secundum veritatem. vel expone canonice: id est concorditer vel expone, id est seruata forma. c. quia propter de electio. Secundo oppono q ex quo iste Abbas finaliter debebat cedere, videtur q non debuit restitui, cum circuitus debeat euitari: vt in cle. auditor. de rescrip. l. dominus testamento. ff. de condict. indebi. Solue q hic fuit factum vt satisfieret iuri facit quod legitur z notatur in. c. ad petitionem. j. de accu 11 sationib. Querit hic vlterius Jo. and. † de presbytero presentato ab Abbate, tamen per episcopum instituto, in cuius manibus debebit renuntiare. dic q in manibus episcopi de consensu Abbatis. arg. c. in lateranensi. de preben. z in. c. ad hec. §. fin. de offic. Archidia. z per hoc dicit qd si renuntiet in manibus Abbatis quoad temporalia, non valebit talis renuntiatio: q illa sunt adeo coniuncta, q vnum sine alio esse non potest prima. q. tertia. c. si quis obiecerit. z plus dixit Host. q propter renuntiationem factam in manibus Abbatis poterit episcopus illum remouere, per id quod legitur z notatur in. c. quod in dubijs. s. co. vltimo per hanc decreta. determinauit Archid. olim q si Abbas cessit nō in manibus superioris, z superior postea non habeat ratam cessionem, potest petere a monachis vt obedientiam de nouo promittant, z sic possessionē recuperet, quā videbatur perdidisse. Ad idem allegatur quod habetur supra c. primo. vij. q. iij. c. denique. z ibi. q. ij. c. j. z. q. j. §. fi. z per hec sit expedita hec decretalis, z iste titulus, in quo fuerunt multa notabilia, vt patere potest ex ipsius processu. Deo gratias.

¶ Adest nunc finis partis prime Joan. de Imola super primo decretalium libro de sua secūda compilatione cum duabus rubricis sequentibus ex eiusdem lectura antiqua extractis.

LECTORI IVRIS PONTIFICII Studioſo S.

EN TIBI, Lector, damus commentarios Ioan. Imolani Iuriſconſ. clariſsimi in titulum de offic. ac poteſta. iudic. deleg. nuſquam antehac excuſſos. Eos nō ita pridem ex Italia atque adeo ex ipſa Ioan. de Anania doctoris eximii bibliotheca huc ad nos perlatos curauimus quàm emendatiſsimos in manus ſtudioſorum iuris canonici uenire. Reperies certè omnia in his commentariis & dilucidius, & copioſius multo tractata, quàm in aliis commentariis, qui in hunc ipſum titulum ſub eiuſdem Imolani nomine hactenus in lucem prodierūt. Quos hîc annectere non libuit, ne quis nos ταυτολογεῖν merito incuſaret. Habent enim hi commentarii quicquid in prioribus continebatur, ac multa præterea alia. quodquidem ſtudioſus lector facilè deprehēdet: & noſtram hanc operam in promouendis iuuenum ſtudiis boni, ut ſpero, conſulet. bene uale.

De officio ⁊ poteſtate iudicis delegati Rubrica.

Summarium.

1 Titulus de officio iudicis delegati quare preponatur in decretis titulo de officio legati, atque etiam titulo de officio ordinarij.
2 Officium ⁊ poteſtas qui differant.
3 Delegatus quis dicatur.
4 Delegatum nonnunꝙ̄ habere iuriſdictionem nonnunquam nudum miniſterium.
5 Electus ad cuſtodiam alicuius arcis aut caſtri an poſſit eligi ad aliud officium ſtante ſtatuto, quod electus ad certum officium non poſſit ad aliud eligi intra preſtitutum tempus.

VIſum ⁊ tractatū eſt in titulis precedentibus de ijs qui gerunt vices alienas in diuinis officijs, ⁊ de iuriſdictione voluntaria. reſtabat igitur videre, de ijs, qui gerunt vices alienas in iudicijs et iuriſdictione cōtentioſa. verum quia delegatus pape eſt maior quocunque alio legato vel ordinario in cauſa ſibi commiſſa. ideo hic ſubiecit rubricam de officio ⁊ poteſtate iudicis delegati. de materia non habetur ſpecifice in decretis ſed in aliquibus canonibus ⁊ precipue in.c. quia ſunt culpe. xxviij.di. cum ſimilibus. ⁊ reperitur in.vj. ⁊ clementinis. ¶ 1 †Circa hanc rubricam poſſunt aliqua queri: primo quare tractatus iſte de offi. dele. premittitur tractatui de officio legati, ⁊ de off. ordi. conſiderato ꝙ iuriſdictio ordinaria, quam etiam dicitur habere legatus. j. de offi. lega. c. ij. ſit magis fauorabilis, quā delegata. ſ. de reſcrip. c. ad hec cum ibi notatis. ⁊ facit etiam ꝙ no. in. c. j. de reſcriptis ſed per gl. potes reſpondere, qđ ideo fuit, vt tetigi in continuatione, quia delegatus pape in cauſa ſibi cōmiſſa eſt maior quocunꝗ ordinario. j. c. ſane. ⁊ etiam maior eſt legato in dicta cauſa. de offi. lega. ſtuduiſti ⁊ ideo de ipſo delegato tanquam digniori premiſit. ⁊ hec ratio eſt bona, prout hic tractatur de delegato pape de quo vt plenius ⁊ principaliter hic tractatur: licet non procederet prout tractatur de delegato ordinarij. ſed papa habuit reſpectum, quod vt plurimū ⁊ principaliter de eius delegato tractatur in hoc titulo: licet quandoque de alio delegato tractetur. ſecundo poteſt queri, quare additur hic in rubrica verbum (⁊ poteſtate) ⁊ non in alijs rubricis ſequentibus, nec ſimiliter in rubricis digeſtorum ⁊ C. in quibus tractatur de officijs. potes dicere ſecundum Joan. And. quod hoc eſt de voluntarijs, de quibus ratio neceſſario non eſt reddenda. de reſcriptis in capit. ſi quando cum ibi notatis. ⁊ in. l. non omnium. ff. de legibus. ¶ 2 †An autem aliqua ſit differentia inter officium ⁊ poteſtatem, dic ꝙ ſic: quia officium reſpicit id quod principaliter committitur, ſeu delegatur: poteſtas vero reſpicit id, quod de iure propter delegationē poteſt puta cum queritur, an delegatus poſſit ſubdelegare, vel compellere ſubdelegatum, vel punire impedientes, vel procedere ſine condelegato. ¶ 3 †Quid autem ſit delegatus, potes dicere, quod eſt ille, cui a ſummo pontifice, vel ordinario, vel delegato principis cauſa cognoſcenda committitur ⁊ determinanda vel exequenda, proprium nihil habens. facit. l. j. §. qui mandatam. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſ. ⁊ quod not. Specul. in ti. j. circa principium poſſet 4 †etiam queri, quare non dixit potius de iure delegati: cum officium ſepe denotet nudum miniſterium ſine iuriſdictione. de conſuetu. c. j. lib. vj. videtur ꝙ potius debuiſſet dicere de iure delegati. dic quod compilator non ſolum habuit reſpectum ad iuriſdictionem delegati, ſeu ad delegatos habentes iuriſdictionem, ſed etiam ad non habentes, quibus committitur nudum miniſterium, de quibus. j. eod. c. fi. ⁊ ideo potius poſuit verbum de officio, quod poteſt comprehendere habentes iuriſdictionem, ⁊ habentes nudum miniſterium. Spec. tamen commiſcet iſta tria, videlicet officio, poteſtate, ⁊ iuriſdictione delegati: vt patet ex ijs que ponit in ſpecu. titu. primo circa principium. ⁊ propter predicta aliqui habent hic quandam queſtionem, que non fuit domi. Anto. ſed dicitur fuiſſe domi. Petr. de Ancha. ⁊ ſic videtur fuiſſe quedam additio facta ad lecturam domi. Anto. ¶ 5 †Et queſtio eſt talis, ſi ſtatuto cauetur, quod electus ad certum officium non poſſit ad aliud eligi infra certum tempus, an ſi aliquis fuit electus ad cuſtodiam alicuius arcis ſeu alicuius caſtri vel ciuitatis, an poterit talis eligi ad aliud officium. j. dictum tempus: ⁊ videretur quod ſic: quia officium quoddam eſt cum iuriſdictione, quoddam ſine iuriſdictione. vt patet ex ſupradictis. ⁊ videtur quod in dubio debeat intelligi de officio cum iuriſdictione per ea que habentur. C. ⁊ ff. in rubricis que loquuntur de officijs. facit quod habetur in. l. officiales. C. de epiſco. ⁊ cleri. Jtem facit, quia verbum officium videtur etiam verificari in officio non habente iuriſdictionem: vt patet in rubric. precedentibus. poteſt dici quod attendi dentur verba ſtatuti, ſi de illis poteſt apparere ex precedentibus vel ſequentibus, an voluerint ſtatuentes ſumere officium pro officio, ſiue iuriſdictione. An vero pro officio cum iuriſdictione. facit quod habetur in ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. primo. Si autem in contētis in ſtatuto hoc non apparet, nec poſſet coniecturari: ſtandum eſt conſuetudini, ſi de illa appareret quia illa poteſt interpretari ſtatutū. ſ. de conſuetu. cum dilectus. ¶ Ubi autem de conſuetudine etiam non appareret, videtur quod ex ſui ſignificato poſſit comprehendere officium cum iuriſdictione, ⁊ etiam ſine iuriſdictione: vt patet ex ſuperius dictis, quod in vtroque debeat intelligi, ex quo indiſtincte loquitur. j. de priuile. cap. quia circa ⁊ l. in fraudem. §. fin. ff. de priuile. credi. ⁊ ſic videtur quod aliud officium infra dictum tempus de quo in ſtatuto contineretur habere non poſſit facit quod habetur in lege prima. C. de mu. ⁊ ho. non conti. libro decimo. Joannes de Jmola doctor vtriuſque iuris.

1 Poteſtatis appellatione comprehendi poteſtatem facti et iniuſtam, nedum iuridicam ⁊ iuſtam.
2 Poteſtatis verbum aliquando feminino aliquando maſculino genere poni. ⁊ quam ſignificationem in alterutro genere habeat.
3 Metum iuſtum inferri ex minis ⁊ terroribus potentis.
4 Mine quid differant a terrore.
5 Agentes et conſentientes pari pena puniri. ⁊ numero. 10. et. 18. et. 19.
6 Juriſdictioni iudicis etiam non habentis territorium ſubijcitur quis ob delictum contra iuriſdictionem eius commiſſum.
7 Delegati iuriſdictionem poſſe ex prorogatione iuris extēdi ad perſonas non contentas in reſcripto, non etiam ex diſpoſitione hominis.
8 Delegatus ad hoc vt poſſit punire delinquentes contra iuriſdictionem ſuam, an oporteat delictum eſſe notorium.
9 Conſilium dans alicui vt delinquat, an ⁊ quatenus puniatur.

11 Opem prestans delinquenti an plectatur eadẽ pena cum delinquente, vbi propter aliquam qualitatem augetur pena delicti ꝛ nu. sequen. ꝛ. 14. ꝛ. 16.
13 Opem prestans nonnunquam magis punitur quã delinquens ratione qualitatis sibi inherentis.
14 Delictum puniri atrocius vel mitius pro ratiõe temporis quo perficitur.
17 Receptator delinquentis an puniatur eadem pena qua delinquens.
20 Delegatus an possit mulctam pecuniariam imponere.
21 Delegatus an possit punire turbantes iurisdictionem illius turbatione non manifesta. ꝛ nu. sequen.
23 Litigantem licentians in publico si in occulto comminetur ei, potest cogi ad prestandam cautionem de non impediendo, si de hoc apparuerit.
24 Iudex potest cogere aliquem ad prestandã cautionem de non turbando, si subest aliqua presumptio de turbatione.
25 Delegati iurisdictio ad quas personas extendatur ratione turbate iurisdictionis.
26 Delegati iurisdictio ob cuiusmodi iniurias extẽdatur ad extraneas personas. et quid si facta sit iniuria ei qui vocatus erat coram delegato, non tamen facta est in contemptum iudicis. nu. sequen. ꝛ. 28. ꝛ. 32.
29 Iurisdictio iudicis suspenditur per legitimam appellationem.
30 Aduocatum delinquentem in aduocatione vel testem delinquẽtem in testimonio an possit delegatus punire.
31 Iudex an possit punire delinquentem in personam suam.
33 Delegati iurisdictio ad quas causas extendatur ratione turbate iurisdictionis.
34 Delegatus ad quas penas possit procedere ratione turbate iurisdictionis.

Quia quesitum. Hoc capitulum duobus modis potest intelligi: vno modo quod intelligitur de ordinario: quia decreta. dirigitur episcopo londonẽsi qui erat ordinarius. Et pro isto intellectu etiam facit litera circa finem, dum dicit, poteris. Alius intellectus est, ꝙ intelligitur de delegato. pro quo facit litera, dum dicit precipimus. ꝛ dum dicit, mandatum nostrum. ꝛ quia etiam ista decretal. ponitur in titu. de officio delega. et sic in dubio debet intelligi, quod loquitur episcopo londoneñ. tanquam delegato. argu. l. imperatores. ff. de in diem adiect. ꝛ per hoc facit, quia intelligendo de ordinario decretal. non habet dubium. ꝛ ideo iste secundus intellectus communiter tenetur: secundum quem hoc dicit. delegatus pape recipit potestatem non solum in partes, sed etiam in alios suam iurisdictionem turbantes. hoc dicit. Et est communis diuisio. Consultatio, ꝛ responsio. secunda pars ibi, sic tibi respon-
1 demus. ¶ † Not. primo, quod appellatione potestatis non solum comprehenditur potestas iuridica ꝛ iusta, sed etiam potestas facti ꝛ iniusta. per quam quis iniuste opprimitur. quomodo autem hoc verbum potestas potest multipliciter sumi, habetur in. l. potesta. ff. de verborum signifi. ꝛ facit quod not. ſ. de re-
2 gu. iur. super rubrica libro. vj. ¶ † Et non etiam, ꝙ hoc verbum potestas hic ponitur in femineo sexu. et concordat. ſ. de iud. c. si. alibi ponitur in masculino. ſ. de homicid. tua. §. primo. Et dicit hic Ioan. Andr. quod quando respicit dignitatem, ponitur in feminino: vt hic patet, ꝛ in dicto cap. fin. sed vbi respicit habentem dignitatem ipsius officij, tunc ponitur in masculino: vt patet in dicto cap. tua. §. j. ſ. de homici. ¶ Non autem pro generali conclusione rescripti: ꝛ consequenter libelli, quando papa mandat iustitiam alicui ministrari, vel quando quis petit sibi iustitiam ministrari. ſ. de ordi. cogni. c. ij. ¶ † Not. quod mine
3 ꝛ terrores potentis inferunt iustum metum. facit, quod habetur in. l. si per impressionem. C. ꝙ metus causa. ꝛ quod etiam no. ſ. eod. causam matrimonij. ꝛ in. l. j. §. que onerande. ff. quarum
4 rerum actio non datur. ¶ † Not. quod aliud est terror, aliud sunt mine. nã potest dici, quod mine stant in verbis minatorijs: terror stat in factis ex quibus surgit. ¶ Et not. quod siue impediatur seu turbetur iurisdictio per minas, seu per terrorẽ, procedit dispositio huius capituli. Idem dicit Innocen. si per dolum, vel vigore statuti iniusti impediatur: per id quod habetur de senten. excommu. in cap. grauem. ꝛ sic qualitercunque in-
5 iuste impediatur iurisdictio, procedit. ¶ † Not. illud vulgatum, quod agentes ꝛ consentientes pari pena puniuntur ex testimonio scripture: prout habetur leuitici. xx. c. ¶ Not. argu. pro generali allegatione, vt illa sufficiat de quo in capitulo vestra. ſ. de coha. cle. ¶ Not. ꝙ mandatum superioris non debet esse elusorium. facit lex si pretor. ff. de iudic. ꝛ de postu. c. bo-
6 ne. ij. ¶ † Et not. quod propter delictum commissum contra iurisdictionem iudicis subijcitur quis iurisdictioni eius etiam
7 si non habeat territorium. ¶ † Not. casum, in quo iurisdictio delegati extenditur ad alias personas, quam contineatur in rescripto ꝛ contingit hoc ex prorogatione seu dispositione iuris. ex dispositione autem hominis non extenditur ad alias personas: dicto capitu. p. et. g. ſ. eodem. ¶ Not. quod delegatus recipit iurisdictionẽ quodãmodo ad exercitium potestatis censure in contumaces ꝛ rebelles sue iurisdictioni: licet in delegatione sibi facta aliter de hoc non fiat mentio. ¶ An autem possit mulctare seu mulctam aliquam imponere, tangit hic
8 Innocen. de quo dicetur. ſ. eodem de causis. ¶ † Potes etiam notare, quod ad hoc quod delegatus possit punire delinquentes contra eius iurisdictionem, videtur quod requiratur, quod delictum sit manifestum, ꝛ sic notorium. Facit de filijs presb. cap. quoniam. Aliqui tamẽ dicunt sufficere, quod de hoc appareant sufficientes coniecture, ꝛ euidentia argumenta. arg. capi. secundi de cleri. peregri. de quo tangetur super gloss. fin. ¶ In gloss. prima ibi, iactura cause secunde ꝛ illa respicit interesse partis hic agitur de alia pena extraordinaria secundum domi. Anto. in gloss. secunda ibi in primo casu negligentie. puta si quis videt aliquem paratum ad peccandum, et commode potest impedire et negligit id facere, in casu isto peccat minus quam faciens: ideo pariter non puniuntur, nisi in casu. c. quanto. de sentẽ. excommu. secundum vnum intellectum. tamen secundum intellectum gl. ibi minus etiam punitur. Itẽ ibi minus hoc verũ sm Host. si ille cui datur consiliũ erat aliter facturus. secus si aliter non erat facturus: quia tunc erit par delictum: ꝛ sic pariter punietur facit. ſ. de homicid. capitu. sicut dignũ. §. qui vero.
9 ¶ † Et sic not. bene quod Hostien. voluit quod consulens delictum fieri seu vt quis peccet, puniatur, siue ille, cui consulitur: aliter erat facturus, siue non. primo tamen casu minus punietur facit quod not. Ioan. Andr. in regula nullus ex consilio. ſ. de regul. iuris. libro sexto. ꝛ etiam Dyn. videtur velle, quod in delictis non distinguatur an delinquens cui prebetur consilium aliter esset facturus vel non. ꝛ idem Barto. in lege non solum. §. si mandato. ff. de iniurijs. quod videtur intelligendum secundum ea que dixi supra post Hosti. text. tamen cum glo. videtur facere ad oppositum institu. de obliga. que ex delict. nas. in. §. placuit. ꝛ. §. ope. ꝛ videtur etiam illam gloss. sequi Innocẽ. in capitu. querelam supra de elec. sed communiter tenetur quod dixi ꝛ de materia etiam dixi in dicto capitu. querelam. Et vt ibi dixi forte de iure verior est opinio gloss. in. §. ope. quam etiam sequitur Innocen. in dicto capitu. querelam. Et pro illa gloss. bene facit text. in dicto. §. ope. communiter tamen tenetur, quod superius dixi. ¶ Item aduerte inquantum dixi, quod consulens minus punitur, quam faciens. nam contrarium videtur probari in capitu. tanta. lxxxvj. dist. allegato in gloss. sed dic, quod illud fuit ratione dispensationis facte cum principali delinquente, ꝛ non cum consulente. Ideo ibi fuit minus punitus
10 faciens quam cõsulens propter dictam dispensationẽ. ¶ † In ead. gloss. ibi equaliter puniuntur. hoc videtur intelligendum, quando agitur de imponenda pena, que non venit augmentata propter aliquam qualitatem, sed ex natura delicti imponenda: nam tunc regulariter eadem pena puniuntur delinquens, ꝛ ille qui sibi cooperatur in delicto, prestando auxilium ꝛ opem nisi aliud reperiatur expressum lege prima. C. de raptu
11 virgi. ꝛ. l. prima. C. de nilli agge. non rumpendis. ¶ † An autem quando propter aliquam qualitatem augetur pena delicti, puniatur pariter delinquens ꝛ prestans opem, tangit hic dom. Anto. tãgendo dicta Barto. de quibus per eum in. l. is qui opem. ff. de furtis. nam quandoque quis prestat opem ante maleficium, vel in ipso maleficio, quandoque post maleficium. primo casu si pena augmentatur propter qualitatem superuenientem ex post facto preter propositum delinquentis, et tunc prestans opem non punitur eadẽ pena qua principalis. Exẽplũ si quis prestitit opẽ alicui ad furtum cõmittendũ, postea principalis fur antequam portauerit rem ad locum destinatum, deprehenditur cum furto, ꝛ sic efficitur fur manifestus lege si quis in seruitutem. ff. de furtis. ꝛ per consequens tenebitur tanquam pro furto manifesto. secus tamen est in prestante opem: quia non tenebitur tanquam pro furto manifesto, sed solum tanquam pro non manifesto. dicta. l. is qui opem. ꝛ per hoc etiam potest inferri, quod si pena delinquentis principaliter augmentatur propter contumaciam ipsius delinquentis, hoc non preiudicabit prestanti opem. facit quod habetur in lege prima. ff.
12 de in litem iuran. Aliquando vero † augmẽtatur pena propter qualitatem inherentem persone delinquentium tempore delicti commissi, et secundum propositum delinquentium: puta quia principalis offendens est filius, et prestans opem est extraneus: et tunc punitur prestans opem eadem pena.

l. vtrum. ff. ad. l. pompe. de parrici. Et secundum hoc potest inferri, ꝙ si secūdum formam statutorum puniretur in plus nobilis delinquens quam alius, ⁊ popularis prestaret sibi opem in maleficio cōmittendo, ꝙ tūc eadem pena puniretur. ¶ † An autem econtra si popularis delinquat ⁊ prestat sibi opem nobilis, an puniretur ea minori pena, qua punit᷑ popularis an vero magis punietur ex quo est nobilis: dic ꝙ magis punietur, ⁊ sic hoc casu magis punietur prestans opem ratione qualitatis sibi inherentis, quam principalis delinquens. quod tene menti. ⁊ pro hoc facit. l. qui seruo. §. item placuit. ⁊ ibi per Bart. ff. de furtis. † aliquando vero augmentatur pena ratione qualitatis inherentis delicto ratione loci vel temporis vel persone eius in quem delinquitur. Exemplum, si existens extra plateam vel extra ecclesiam prestat opem assistendo ibi delinquēti in platea vel ecclesia, ne alius impediat eum: nam communiter consueuit esse maior pena contra delinquentem in ecclesia vel platea, quam econtra vel potest etiam poni exemplum si aliquis de die prestat opē, dando arma alicui de die, qui vult alium offendere: ⁊ postea ille cū dictis armis offendit de nocte: nā ꝯsueuit magis puniri delictum de nocte quā de die: vel etiam potest poni exēplum, si quis prestat opem alicui, vt offendat titiū dādo ei arma tēpore quo titius est laicus, ⁊ ille offendit tempore quo factus est clericus, ⁊ sic tempore quo imponitur maior pena ratione qualitatis persone, in. s. dictis casibus est dicendum ꝙ eadem pena punietur prestans opem. ⁊ ipse delinquens. ⁊ sic augebit᷑ etiā pena in prestante opem. ⁊ hoc ideo quia † in delictis attenditur tēpus quo iam delictum perficitur. l. si quis vxori. §. neqꝫ verbo. ff. de furtis. ⁊ facit quod habetur in. l. qui seruo. in versic. plus pomponius. ff. de furt. ⁊ quod no. glo. in. l. j. §. persuadere. ff. de seruo cor. ⁊ insti. de obliga. que ex qua. delic. nas. §. ope. ⁊ † predicta procedūt, quando verba sunt in rem scripta: vt quia dicunt, pro furto vel homicidio talis pena imponatur. facit quod habetur in. l. hec verba. ff. de adulterijs secus si sint scripta in personam: puta, quia dicit statutum, si quis occiderit, vel si quis percusserit aliū, puniatur tali pena: quia tūc prestans opem nō punietur tali pena: cū prestans opem non dicatur proprie ipsum delictum ꝯmittere. l. aut qui aliter. §. fi. ff. ꝙ vi aut clam. ⁊ facit quod no. Bart. in dicta. l. is qui opem. ff. de furtis ⁊ in dicta. l. qui seruo. quādoqꝫ vero † quis prestat opem post delictum cōmissum, puta ad euadendum: vt quia receptat delinquentem: ⁊ tūc non semp puniatur eadem pena. l. j. ⁊ ij. C. de ijs qui latro. licet quandoqꝫ eadem pena puniatur vt patet in dicta. l. j. in causa tamē heresis est certum ꝙ receptans hereticum punitur eadem pena. vt in. c. excōmunicamus. §. credētes. ꝭ. de hereticis. Et aduerte quia hoc tertium membrum de cooperante intelligit hic do. Florē. de cooperante principaliter: pro hoc allegatur tex. hic dum dicit principales fautores. ⁊ sic videtur, ꝙ alij non puniantur equaliter, nisi exprimatur hoc in iure sicut dicit exprimi in text. ⁊ gloss. in cle. j. in principio in glo. que incipit, quia hec litera. de penis. sed certe ista opi. non videtur bene iure probari. ⁊ in cle. de penis. non fit etiam hec differentia. ⁊ ideo videtur, † ꝙ stemus sub regula, ꝙ quilibet opem prestans pariter puniatur facit ꝙ habetur in. l. in hoc iudicio. ff. de seruo cor. nec ob. iste tex. ꝙ ideo forte hic dixit de principalibus fautoribus, quia verisimile est, ꝙ si illi puniantur, alij eorum sequaces desistent a turbatione, si videantur ipsos principales fautores desistere propter penam eis impositam. non autem dixit de principalibus fautoribus ex eo, quia etiam alij opem prestantes non possent pariter puniri. cum superius dixerit simpliciter, quod agentes ⁊ consentientes pari pena puniantur. ⁊ hec pars videtur verior esse nisi forte valde magna esset multitudo prestantium opem: quia tunc posset procedere, ꝙ principales fautores magis punirentur, quam alij: per id quod habetur in. c. latores de cleri. excommu. ⁊ etiam ibi in principio videtur expressum, ꝙ quando non est magna multitudo, ꝙ omnes pariter puniuntur: nec distinguantur alij a principalibus fautoribus: vt ibi patere videtur in ea. gloss. in fine. Hostien. dicit gloss. procedere in hoc vltimo casu in maioribus criminibus: puta in heresi. nam tunc bene magis punitur prestans autoritatem, quam faciens: vt in iuribus allegatis in gloss. in alijs dicit ꝙ est par delictum: ⁊ sic vterqꝫ pariter punietur per id quod habetur in. l. j. ⁊ ij. C. de ijs qui latro. vel ali. cri. re. occul. sed certe vt dicit domi. Floren. ibi loquitur, quādo post delictum commissum quis defenditur: puta qꝛ occultat᷑, ne capiatur non autem loquitur quando quis autorizat in delicto, dicendo illud non esse delictum: ⁊ propter hoc suadendo illud fieri posse. vnde videtur ꝙ tunc indistincte quando quis taliter autorizat magis peccet, tanquam magister erroris: ⁊ ideo magis puniatur ⁊ de materia gloss. tetigit hic Innocen. ⁊ gloss. ij. q. j. in. c. notum. ⁊ facit quod habetur in. c. facient. lxxxvj. distin. ⁊ quod notauit etiam gloss. in dicta cle. j. de penis. de consensu † autem quesito, qui potest prestari mandando, vel ratum habendo, non dixit gloss. forte ideo quia tales iuris interpretatione censentur esse agentes. ꝭ. de senten. excom. in. c. mulieres. ⁊ eo. ti. in. c. cum quis. libro. vj. ⁊ intellige de rato habente quando delictum fuit suo nomine commissum: vt habetur in dicto. c. cum quis ⁊ ad materiam facit ꝙ non. Bart. in. l. ꝙ si vnius. §. seruus ff. de iniur. vbi etiam tractat an aliquo casu mādans dicatur vere actum facere, an vero semper per fictionem de quo etiam per eundem in. l. si is qui. ff. de vsuca. ⁊ ibi etiam dixi. ¶ In glo. fin. in fine ⁊ no. bene glo. dum dixit, de quibus in rescriptis ⁊c. quia voluit ꝙ decretal. intelligatur in delegato, ⁊ sic etiam communiter intelligunt doct. vt dixi circa principium decret. Sed † aduerte: quia potest esse dubium, an delegatus possit mulctare, seu multam pecuniariam imponere: nam litera hic non exprimit: sed dicit de potestate exercendi censuram. Innocen. tū hic tenuit, ꝙ sic. ⁊ pro hoc facit, quia quamuis dicatur in litera de districtione ecclesiastica, non tamen per hoc tollitur, quin possit etiam alter punire, ⁊ sic mulctare. facit ꝙ habetur. ꝭ. eod. pastoralis. ad finem. ⁊ de rescriptis. in. c. ceterū. ⁊ quod habetur. ꝭ. c. preterea. ⁊ in. l. ij. C. de sportul. ⁊ in. l. j. si quis ius di. nō obtem. ff. de hoc tamen an delegatus possit imponere mulctam plenius dicetur. ꝭ. c. de causis. ¶ † Iuxta predicta etiam potest dubitari, an poterit punire turbantes etiam pro non manifesta turbatione. Conclude, ꝙ si est manifesta, clarum est ꝙ potest: vt hic patet. Idem si est euidens ex coniecturis verisimilibus. ar. eorum que habentur in. c. j. ⁊. ij. de cleri. peregri. ⁊ de vsu. cum in dioce. ⁊ in l. licet imperator. ff. de le. j. plus etiam voluit hic domi. Floren. ⁊ videtur esse etiam de mente Inno. ꝙ etiam super occulta turbatione poterit se intromittere, ⁊ super illa se informare, vt sic fiat sibi manifesta. vnde dicit, ꝙ poterit incidenter cognoscere ad effectum vt ei manifestetur, si sibi non erat manifestum. ⁊ talis cognitio sufficit ad imponendam penam, de qua hic dicitur: que non imponitur principaliter, vt delictum puniatur, sed incidēter, vt iurisdictio non impediatur domi. Anto. † hic circa quintum membrum seu in versic. ad quintum vbi tractat, que exigātur, vt delegatus possit punire turbantes eius iurisdictionem, recitat, opiniones. nam quidam voluerunt dicere, quod non poterit punire, nisi offensa sit notoria. vnde pro occulta recurrendum erit ad ordinarium. Inno. finaliter videtur residere, ꝙ poterit punire, etiam si notoria non sit offensa: non vt imponat penam ordinariam: quia nec actio nec inquisitio instituetur coram eo: sed imponendo penam extraordinariam. ar. l. nullū. C. de testi. Specu. in tit. de delegato. §. sequitur versicu. item ad eius officium. tenet opi. ꝙ exigatur, ꝙ offensa sit manifesta seu notoria, vt de illa possit punire. ⁊ hoc videtur sequi Ioan. and. in addit. spec. super versiculo preallegato. mouetur, Speculator, quia certa actio non potest de hoc coram eo institui sed certe non per hoc sequitur, ꝙ non possit incidenter inquirere pro tuenda sua iurisdictione ad finem imponende pene extraordinarie. licet ratio Speculatoris videatur inferre, ꝙ non possit imponere penam ordinariam: ꝙ Innocen. negauit. ⁊ sic videtur ꝙ opi. Innocen. possit sustineri. ¶ Nec ob. litera, dum dicit, si eos manifestos ⁊c. quia ponderandum est ꝙ nō dixit si manifesta fuerit offensa: quia tunc posset procedere opi. specu. facit quod legitur et not. in cap. j. ꝭ. eod. libro. vj. vbi bona glo. sed dixit, si eos manifestos cognouimus. possibile est autē, ꝙ licet offensa non fuerit notoria, tamen postea per probationes, quas poterit iudex ex officio recipere pro tuenda sua iurisdictione, secundum notata per Barto. in. l. iiij. §. hoc. ff. de damno infecto. poterit fieri offensa manifesta, facit. ꝭ. de coha. cleri. c. fin. d. tamen Anto. hic residet in opi. specu. ¶ † Et subdit etiam, ꝙ si aliquis in publico licētiat litigantem, sed in occulto minatur ei, ꝙ poterit cogi ad prestandum cautionem de non impediendo, si de hoc apparuerit. allegat quod habetur. ꝭ. de prescript. c. literis. ad fin. ⁊ de senten. excommu. grauem. facit etiam. ꝭ. de restitu. spolia. literas vnde concludit † ꝙ si quis actualiter non turbat, tamen est presumptio vel dubitatio de turbatione, poterit iudex cogere illum ad prestandum cautionem de non turbando. facit quod habetur in. c. literas. ad fi. ꝭ. de restit. spolia. ⁊ quia pōt iudex prouidere et debet partibus locum esse tutum. ꝭ. de appellationi. c. ex parte. si vero tanta esset crudelitas, ꝙ non posset per cautionem mederi, suspendenda est censura, donec tempora mutentur, vel deus aut eius vicarius apponat remedium. Facit quod habetur in dicto. c. literas. ad fi. ⁊ de renuntia. nisi. §. pro graui. Si tamen per temporalem potestatem posset constringi, ⁊ actor instaret, non esset iustitie veritas relinquenda. de homici. in. c. postulasti. ⁊ facit etiam quod habetur in. c. qui scādalizauerit. ꝭ. de regu. iuris. ¶ Extra gloss. est sciendum, ꝙ domi. Anto. hic voluit declarare materiam decretal. per quinqꝫ membra principalia: primum est ad quos extenditur iurisdictio delegati ratione turbationis. secundum

Secũdum ad quas iniurias. tertium ad quas causas: hoc est, an poterit procedere ordinarie pro tali turbatione, an vero extra ordinarie. Quartũ ad quam penam extenditur potestas delegati ratione turbationis. Quintum que exigantur, vt potestas delegati possit exerceri ratione turbatiõis, ꝛ precipue. ꝯ extraneos. 25 quod vltimum expediui super glos. ¶ † Circa primũ concludit, quod extẽditur ad partes contentas in rescripto ꝛ etiã ad extraneos, quatenus eius iurisdictionem turbatret cuiuscunqꝫ sint dignitatis. ĩ. eo. c. sane. lo. ij. et de partibus hoc non est dubium. facit quod habetur in. l. j. ff. si quis ius di. non obtẽ. de extraneis satis probatur hic, ꝛ in dicto. c. sane. ꝛ intellige, ꝙ ad omnes illos licet extraneos extendetur iurisdictio delegati, ad quos se extendit interdictio delegantis. ꝛ sic iurisdictio delegati pape extenditur ad omnes cuiuscunqꝫ prouincie turbantes iurisdictionẽ sicut et iurisdictio pape. secus in delegato inferioris a principe: qa solum extenditur ad subditos ipsius delegantis: ꝛ ad alios demum, si turbent iurisditionem delegati in suo territorio: secus si extra: per id quod habetur in. c. ij. §. j. de constitu. libro. vj. ꝛ in. l. 26 fin. ff. de iur. omni. iudi. ¶ † Circa secundum considerat. vj. causas nam quandoqꝫ delinquit extraneus in partem principaliter ob iniuriam iudicis: quandoqꝫ ꝛ secundo delinquit in partẽ principaliter propter iniuriam partis, ꝛ in consequentiam iudicis. quandoqꝫ ꝛ tertio delinquit in partem solum ob iniuriaꝫ partis. quandoqꝫ ꝛ quarto delinquit in partem non propter iniuriam partis nec iudicis, sed sic quia putat esse equum. quandoqꝫ ꝛ quinto delinquit principaliter in iudicem. quandoqꝫ et sexto delinquit in personas alias, ꝛ partibus ad iudicium alias necessarias: puta in aduocatum testem, procuratorem, vel nuncium. primo casu clarum est ꝙ potest iudex ipsum punire, ex quo turbaẗ eius iurisdictio, ꝛ fit in eius iniuriam. facit quod habetur ij. q. vj. si quis ab episcopo ꝛ. ĩ. de penis dilectus ꝛ. xxiij. q. iiij. c. si illi de quo etiam in Specu. e. ti. §. sequitur. ver. quid ergo si altera Secũdo casu quando principaliter delinquit ob iniuriã partis, et in consequentiam iudicis, vt quia scit illum quem impedit venire ad iudicium, seu vocatum fuisse ad iudicium, ꝛ forte eum capit ꝛ spoliat: dic idem: ꝙ poterit talem punire, ꝛ facere relaxari captũ: ꝛ restitui ablata. xxiij. q. iij. c. si quis romipetas. ꝛ. c. pater-27 narum. Tertio casu † quando delinquit principaliter propter iniuriam partis, forte quia est eius inimicus ꝛ non in consequentiam ob iniuriam iudicis, vt quia nesciebat eum ad iudicium vocatum, an poterit tunc punire? Innocen. hic posuit opiñ. nam aliqui tenent quod non, ex quo dolus non fuit cõmissus aduersus iudicẽ. ar. l. fulcini⁹. §. j. ff. ex q. causis in pos. ea. ꝛ. l. pretor. §. ij. ff. de iis que in frau. credi. Alij tenuerunt contrarium qꝛa poterit iudex delegatus mandare vt spolia restituat, ꝛ etiam captum relaxet ꝛ si non fecerit mandabit eum puniri penali iudicio: sed non poterit ipsum punire. Et ad. ll. in. contrarium allegatas respondet, quod loquũtur, quando solũ lex intendit dolum puniri: sed hic simpliciter datur potestas contra impedientes iurisdictionem. ꝛ sic ex quo impediunt, licet non faciant ex illa causa vt impediant, sed ex alia, ex quo tamẽ dolose agunt, videtur ꝙ possint puniri. preterea licet talis non sit in dolo respectu iudicis, saltem fuit in culpa, dando operam rei illicite. ꝛ re ipsa videtur in consequentiam iudici, cuius iurisdictionem turbat, quodãmodo iniuriam inferre. ꝛ in ista parte residet hic Innocẽ. d. Anto. hic concludit, quod si iniuriam faciens aliquid est cõsecutus de bonis iniuriati, poterit delegatus mandare, vt illud restituat. quia aliter non videretur defendere suam iurisdictionem penali iudicio, nisi illud mandat restitui: vt voluit Innocentius hic. sed in c. cum dilectus. de penis. videtur tenere contrarium vbi dicit qꝺ etiam si extraneus arripiat possessionem a conuento rei de qua est questio, quod delegatus inter conuentum ꝛ extraneum, non cognoscet. sed certe vt tangit hic. d. Anto. illud videtur procedere nisi per spoliationem factam actori vel reo contingat impediri liberum exercitium iurisdictionis delegati: quia tunc poterit se intromittere per hunc tex. ꝛ sic intelligatur dictum Innocen. hic. si autem turbans iurisdictionem non est aliquid consecutus de bonis actoris vel rei, ꝛ sic agitur solum de pena imponenda respectu iniurie, ꝛ tunc licet sint opini. vt. s. dixi, tamen Innocẽ. ꝛ Ioan. and. videntur residere, quod poterit punire per. l. j ff. si quis ius di. non obtempe. quod dicit. d. Anto. procedere, si velet eum punire quasi ex culpa: quia dando operam rei illicite ꝛc. turbauit iurisdictionem. ꝛ sic saltem re ipsa delinquit contra iudicem. ideo illo respectu poterit punire. secus secundũ eum, si agatur de pena ordinaria respectu doli: quia illam non posset imponere, ex quo dolus non fuisset commissus contra iudicem. per. l. eum qui. §. penulti. ꝛ si. ff. de iniur. ꝛ per notata per Bart. in. l. diuus. ff. de sicca. sed certe non videtur habere dubium quod dixi. quia delegatus illam imponere potest, vnde melius dixisset, secus si ageretur de pena imponenda doli. Quia respectu iudicis non 28 fuit dolus commissus ꝛ hoc de tertio casu. ¶ † Quarto casu cõclude quod poterit puniri quia videtur esse in dolo, vel saltem in lata culpa putando sibi licere impedire, ne pars veniat ad iudicium: cum scire debeat, quod in dubio parendum est iudici: ꝛ precipue quãdo nulla esset contentio de iurisdictione inter partes. Idem si sit contentio, ꝛ nihil sit pronunciatum: ꝛ fortius si sit pronunciatum pro iurisdictione, ꝛ non sit appellatum. facit. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. si autem fuisset appellatum legitime, tunc cogendo partem, ne pareret iudici a quo esset appellatum, 29 non esset puniendus quia † suspensa est iurisdictio iudicis per legitimam appellationem. ĩ. de apella. dilecti. ꝛ de sen. excummu. licet. lib. vj. ꝛ hoc de quarto casu. ¶ Quinto quãdo delinquitur contra iudicem, seu contra eius officium, vt quia aduocatus de-30 linquit in aduocatione coram iudice, vel testis in testimonio † ꝛ tunc dicunt, quod punire poterit ꝛ similiter scriptores circa scripturam delinquentes, ꝛ nuncios delinquentes circa relationem l. moris. ff. de penis. hec tamen opiñ. non placet Inno. quia illa l. moris ꝛ. l. multum. C. de testibus. que videtur facere pro predictis loquitur in ordinarijs. delegati autem hoc facere non possunt per se, sed debent id facere per ordinarios. in autẽti. de testi. §. si ꝓ ignoti. coll. vij. ꝛ notauit Guil. in. l. in periũ. ff. de iur. om. 31 iudi. quod limitat. d. Anto. † Si vero delinquitur in personam iudicis, dicit hic Innocẽ. ꝙ poterit iniuriam propriam vindicare. allegat. ij. q. vij. si quis ab episcopo. xxiij. q. iiij. si illic. ꝛ sic videẗ quod poterit excõmunicare iniuriatorem: nec absoluetur, nisi satisfaciat de iniuria. ĩ. eod. ex literis. sed do. Anto. tenet hic contrarium, videlicet quod non poterit punire iniuriam factam in eius personam. quia nõ debet esse iudex in sua causa. l. vna. C. ne quis in sua causa iudi. quod intellige verum, nisi esset talis iniuria, ex qua surgeret turbatio iurisdictionis: quia tunc posset, per hunc textum. ꝛ sic intelligitur. c. dilectus. preallegatum. nec obstant predictis iura. s. allegata. quia locum habent in ordinario vindicante iniuriam non propriam sed ecclesie. de quo tamẽ dic vt nota. per Innocentium. ĩ. de verborum signifi. c. ex parte 32 ꝛ de senten. excomu. c. dilecto. Sexto ꝛ vltimo casu † quando delinquitur in psonas necessarias ad iudicium, dic quod potest etiam extraneos delinquentes in tales ad turbandã iurisdictionem iudicis punire: per hoc. c. ꝛ per. l. ij. ff. de iurisdic. om. iudi. et idem Specul. in dicto. §. sequitur ver. Item ad officium. licet videatur ibi hoc intelligere cum distinctione, an iniuria sit manifesta vel non, vt dixi. s. ꝛ hoc de secundo principali. ¶ † Circa 33 tertium videlicet quo ad quas causas extendatur, ꝛ sic an poterit procedere ordinarie, an extraordinarie tantum, concludit post Innocen. quod poterit solum punire procedẽdo extraordinarie et ex officio, ꝛ similiter cogere partes, vt desistant. ordinarie vero cognoscendo de causa non poterit. ꝛ per hoc Innocen. in dicto c. dilectus. dicit, ꝙ si aliquis extraneus possessionem, de qua est questio, abstulerit a reo conuento, ꝙ non habet delegatus iurisdictionem in talem extraneum: nec potest illum punire, nisi quãdo cõmissio esset generalis: vt ipse ibi tangit. potes dicere illud verum, nisi ex tali spoliatione turbaretur iurisdictio ipsius iudi-34 cis: per ea que superius dixi. ꝛ hec de tertio. Circa † quartum videlicet ad quas penas possit ꝓcedere, Conclude, ꝙ ad extraordinarias tantũ, nõ autẽ ad ordinarias. ꝛ sic poterit mulctare tã partes quã extraneos turbantes. dicta. l. j. si quis ius di. nõ obtem. ¶ De hoc tamen an possit delegatus mulctare, plenius dicetur ĩ. eo. de causis. ¶ Poterit etiam imponere penas censure: vt hic patet. Item etiam in expensis condẽnare: secundum notata in c. fina. de res. quia commissa iurisdictione, omnia censentur commissa, siue quibus cõmode iurisdictio exerceri non potest. ĩ. eod. c. preterea. ꝛ. c. ex literis. ¶ Circa quintum autem non insisto: qa declaraui super glos. fina.

1 ☞ Delegatum iudicem posse dici executorem.

2 Delegatos debere super sedere, vbi in forma literarũ ad eos directarũ repritur varietas: nec prius de negotio cognoscere, quã principem consuluerint.

3 Litere secunde diuerse a primis non facientes de illis mẽtionem impetrate ad eosdẽ iudices an impediãt ipsos iudices ne ex primis literis possint cognoscere. ꝛ nume. 8.

4 Literis diuersis in forma sub eadem data ad eosdem iudices impetratis quid agendum sit ipsis iudicibus. ꝛ quid si ad diuersos iudices sint litere huiusmodi impetrate. nu. sequenti.

6 Literis sub eadem forma et data ad diuersos iudices impetratis, an possint procedere iudices inconsulto principe.

7 Litere an possit a diuersis ad diuersos iudices contra eundẽ impetrari super causis adinuicem cõnexis.

Sane si a nobis. Si diuerse litere sub eadeꝫ data ꝛ forma contraria impetrãtur, ꝛ presentanẗ a diuersis ad eosdeꝫ iudices, supersedebitur de vtrisqꝫ, donec papa cõ-

sulatur hoc dicit.secundum verum intellectum,qui colligitur ex notatis per glos.in.c.ex tenore.de rescriptis.et in prima ponitur statutum.in secunda eius ratio.secunda ibi,ne pro veritate literarum.† nota primo quod delegatus potest dici executor de quo infra eod.c.pastoralis.§.quia et pro hoc litera ista dum dicit executioni posset tamen exponi executioni.i.examinationi et cognitioni,per quam peruenitur ad executionem.j.eo.significasti.et c.si quando dicit tamen hic.d.Anto.quod delegatus literarum apostolicarum potest dici executor ex eo,quia litere nõ creat ius de nouo,sed tendunt ad exequendum ius creatum super que impetrantur.facit quod habetur.j.de foro compe.si quis contra.† nota quod vbi in forma literarum datur varietas,supersedere debent delegati,donec papa consulatur:ne ex varietate literarum impediatur terminatio causarum.nota quod iurisdictio iudicis dati per binas literas suspenditur seu impeditur demum a die notitie secundarum literarum.facit quod habetur.j.de restitut.spo.audita.et hoc notabile colligitur secundum vnum intellectum quem dicam super glos.fina.venio ad glossas In glo.prima ibi: sed hodie.et sic videtur velle glos.quod ante decret.vt debitus. procedat precedens intellectus† sed certe hoc non videtur verum quia si apparet,que sint prime litere,et que secunde et secunde non faciant mentionem de primis,licet habeant formam diuersam, videtur quod non valeant secunde,sed prime,etiam quando ad eosdem iudices sunt impetrate.quia eadẽ ratio videtur esse quando impetrantur ad eosdem iudices,que est, quando impetrant ad diuersos.quia vtrobique secunde videntur subrepticie, ex quo non faciunt mentionem de primis.et sic videtur, quod per primas debeat procedi.nec sit necesse consuli papam. ¶ Item aduerte,quia inquantum gl.allegat decret.vt debitus.videtur velle quod hodie stetur presentationi,vt sic debeat procedi per illas que prius fuerint presentate.et sic non erit necesse consuli papam. sed certe possibile esset,quod ambe simul.fuissent presentate:et sic cessaret tunc.c.vt debitus.et per consequens tunc etiã hodie potest habere locum hoc capitulũ.nec ob si dicatur,quod litera dicit,postea opponũtur. et sic videtur presupponere, quod alique fuerunt prius presentate.quia responderi potest,quod litera nõ dicit,postea presentãtur:sed dicit,postea opponuntur. et potest esse,quod simul fuerunt presentate:et postea quando altera partium vtitur literis,ex aduerso opponitur de alijs literis. In eadem glossa in fine.et sic videtur velle quod intellectus non procedat.similiter etiam non videtur procedere primus per id quod dixi super glo.vnde tertius est intellectus secundum docto.† vt decretal. intelligatur de literis directis ad eosdem sub eadem data,sed forma contraria:quo casu seruandum est quod hic dicitur,ex quo non apparet de prioritate date,et apparet de cõtrarietate forme in procedendo.sed contrarium procedit, quando apparet de prioritate date.nec ob.litera,dum dicit,postea. quia vt dixi,notat diuersitatem temporis quo ad actum oppositionis non quo ad actum impetrationis.preterea potuit esse quod altere fuerunt impetrate de mane,altere de sero,tamen sub eadem data ambe fuerunt concesse:et sic non bene apparet de prioritate ex forma literarum.facit quod habetur in.c.ex tenore de rescriptis.et sequitur etiam hic Goffredus et Innocẽtius,et sum in ista sententia.Quart⁹ fuit intellectus † vt intelligatur de diuersis literis ad diuersos iudices impetratis sub eadem data, et forma contraria.nam etiam cum non appareat de prioritate date, recurrendũ est ad papam vt consulat quas seruari velit.contrariũ autẽ procedit,quãdo litere sunt diuerse in dicta.et pro ista lectura bene facit.quod not.in dicto.c.ex tenore.Nec obstat,si dicat quod iudices debens cognoscere de viribus literarum:secundum formam.c.pastoralis.supra de rescriptis.quia potest responderi quod illud capitulum habeat locum,quando constaret de prioritate literarum.sed vbi non constat,tunc procedat hoc capitu. Uel posset dici,quod vtraque practica posset saluari.quia poterit papa consuli per hunc textum. Item poterunt iudices procedere secundum practicam illius decret. ad cognoscendum que preualeant.nam poterit fieri probatio coram eis,que fuerint prius imperate,licet eadem sit data:per ea que habentur in capitulo penultimo de rescriptis.in sexto et per notata in dicto capitulo pastoralis.tamen propter predicta tutius est tenere precedentem intellectũ.Quint⁹ intellect⁹ est † qd loquat de literis ad diuersos iudices impetratis etiam sub eodem tenore et sub eadem forma et data:quia tunc ex processu diuersorum iudicum posset sequi intrincatio processuum.nam possent diuersa sentire.s. de rescriptis.super literis.et.j.de conces.preben.quia diuersitatem. et ideo vt euitetur intrincatio processus,debet supersederi, et papa cõsuli.facit de ordi.cogni.in.c.tuã.† Sextus fuit intellectus, quando impetrat a diuersis,et ad diuersos super causis ad inuicem connexis et contingentibus contra eundem:quia tales questiones cõtra eundem a diuersis personis non debent illo opponente coram diuersis,sed eodẽ iudice tractari.p id qd habet in.l.si pariter.ff.de libe.causa.vbi patet,quod si vnus impetrat contra Titiũ sup vsufructu domus vel fundi,alius sup proprietate eiusdem rei,debẽt dicte cause tractari coram iudice. et hoc intellige, quando possunt coram eodem iudice tractari: aliter esset secus. de ordi.cogni.in.c.tuam.et ad materiam facit quod not.supra de rescriptis.i.c.pastoralis.§.j.et in.l.j.et.ij.ff.de qbus reb.ad eundem iudic. ¶ In glos.fina.in fine sed certe† tunc videtur,quod si cõstat secũdas nõ reuocare primas,qp p primas tũc sit pcedẽdũ,sed salua gloss.qr debet intelligi,quando nõ apparebat, que essent prime. vt quia data erat eadem in vtrisque. vel intellige secundum domi.Floren.quod probabile erat dubium de reuocatione:et sic an secunde reuocarent primas.et ideo tunc Papa debet consuli.j.de iudicijs.c.cum venissent.et.j.de senten.excommunica.inter alia. sed vbi non esset probabile dubium,tunc procedendum esset per primas, si apparet de prioritate, ex quo secunde non reuocarent illas. ¶ Potes etiam aliter exponere literam, dum dicit ,si innotuerit. intelligendo, scilicet de secundis. quia non exhibentur, non credetur opponenti de ipsis. de rescriptis.c.cum contingat. et iudicibus non imputaretur, si procederent per primas: per id quod habetur de appellatio. c. si duobus.et infra de restitu.spoliato.c. audita. secundum Joan. Andre.et sequitur etiam domi.Floren. Joannes de Imola vtriusque iuris doctor.

1 ☞ Delegatum posse vices suas alteri subdelegare,si sit impeditus.et an cessante impedimento non possit.
2 Delegatum non posse subdelegare causam arduam,que exigit presentiam illius.
3 Delegatus potest sub hoc modo subdelegare, vt subdelegatus teneatur eius consilium ante sententiam requirere. et nume.10. et.11. et an teneatur subdelegatus sequi tale consilium. numero 13.et.14.
4 Delegationes causarum quibus personis fieri debeant.
5 Delegare vices suas etiam eum videri, qui causam alteri committit aliquo sibi retento.
6 Fieri non posse id censeri,quod commode fieri non potest.
7 Uerba hec,liberum sit,quid importent.
8 Delegatus quando possit subdelegare partibus inuitis, et quãdo non.et quando partibus non contradicentibus.et an et quãdo possit cogere subdelegatum vt acceptet.nu.seq.
12 Mandati formam diligenter esse seruandam.
15 Delegatus subdelegans et retinens consilium an in dubio presumatur retinuisse vt iudex,an vt vir bonus.
16 Uerba debere intelligi secundum naturam subiecte materie.
17 Delegatus subdelegando an possit retinere consilium tertij. et nu.seq.et.21.
19 Arbitri potestatem liberam esse,vt pronunciare possit,quicquid libuerit:non etiam iudicis.
20 Iudex iussus sequi consilium tertij in iudicando quid agere debeat si consilium illud sit contra eius conscientiam.
22 Intellectus ad.l.item si vnus.§.item Pomponius. ff.de arbit.
23 Statutum quod iudex teneatur committere causam consilio sapientis si partes hoc voluerint,an valeat.
24 Sententia iudicis iussi per statutum sequi consilium sapientis an valeat,si ita concipiatur,pronuncio secundum formã consilij.
25 Consilium dare an quis possit cogi.
26 Delegatus committẽs causam simpliciter donec reuocauerit, an videatur commisisse sententiam,et quid si commiserit causam et sententiam donec vel nisi reuocauerit,an sit trãslata potestas sententiandi.nu.seq.

SI pro debilitate. Delegatus pape impeditus potest subdelegare causam, que sine ipso potest commode terminari.h.d. ¶ Et primo ponit dictum. secundo ipsius determinationem seu limitationem.tertio ponit exceptionem secũda ibi,ita quod si res.tertia ibi,nisi forte. ¶ In tex.ibi, tanti est,scilicet ponderis quod exigat concilium regni. No.primo† quod delegatus principis si est impedit⁹ potest vices suas in causa sibi commissa alteri subdelegare. et sic a contrario videretur,quod non possit subdelegare,vbi non esset impeditus. sed contrarium est verum, per ea que habentur in.l.a iudice. C. de iud.et infra eodem.pastoralis.et ideo non debet sumi argumentum a contrario sensu: quia resultaret iuri cõtrarius intellectus. Facit quod not.glos.in.c.vno.infra de etate et qualita. libro.vj. Facit etiam quod dicetur super glos. j. et infra eodem cap.fina. ¶ †Nota quod licet regulariter possit subdelegare, fallit quando causa est adeo ardua, quod exigit presentiam eius,cui est causa delegata. de quo in.c.fina.infra eodem. ¶ Nota quod delegatus† põt subdelegare sub tali modo, videlicet quod subdelegatus debeat consiliũ eius requirere ante sententiã:quod videt verum,

verum, maxime quando causa est tanti ponderis, quod exigat consilium. Idem tamen videtur, si sit alia causa: per id quod habetur in.c.si delegatus.lib.vj. per quod capitu. decisa sunt aliqua hic notata per Innocen. et facit quod habetur infra eodem super questionum. Nota quibus † personis sit fienda delegatio: quia personis idoneis et discretis. et hodie etiam requiritur quod sint in dignitate, vel canonici ecclesie cathedralis, quando delegatus pape subdelegat. de rescriptis. statutum. in principio. et in §. in nullo. lib.vj. requiritur etiam quod non sit minor. xviij. annis, infra eo. titu. c. cum vicesimum. † nota quod cōmittere dicitur suas vices, qui alteri delegat causam etiam aliquo sibi retento de quo in dicto.c. si delegatus nota quod † illud dicitur fieri posse quod cōmode fieri potest et illud dicitur non posse fieri, qd commode fieri non potest. facit.l. nepos proculo.ff. de verborū significa. et quod habetur. xx.q.ij.c. faciat. potes † etiam notare de significato horum verborum, liberum sit. quia denotant actum posse fieri, sine alterius requisitione, et sine pena, vel alia reprehensione. facit quod nota. in.c. licet episcopus. de preben. lib. vj. In glos. prima ibi renuentem. Supple acceptare subdelegationem. in eadem glossa in fine ibi, iusta causa debet subesse. hoc non est verum quo ad potestatem subdelegādi: per id quod habetur in.l. a iudice allegata in glossa et infra eod.c. pastoralis. sed quo ad potestatem compellendi renuentem acceptare, bene distinguitur an ex iusta causa fiat subdelegatio, an vero voluntarie et malitiose, vt se exoneret: vt patet in dicto.c. pastoralis. † vnde concludit hic. do. Ant. quod aut queritur, an delegatus possit subdelegare partibus inuitis et dic qd sic, nisi electa esset industria persone. j. eod. titu. c. fin. quia tunc demum volentibus partibus posset subdelegare: nisi causa esset grauis, et concernēs publicam vtilitatem: quia tunc non posset etiam partibus cōsentientib⁹. dicto.c.fi. † Aut querit an possit subdelegare partib⁹ nō cōtradicētib⁹ et tūc dic q si est impedit⁹, pōt, vt hic dicit et videtur, quod etiam poterit compellere subdelegatum, si recuset acceptare. per.c. pastoralis preallegatum. si autem non est impeditus, dic quod etiam tunc potest subdelegare. cum hec potestas sit libera: et detur a iure. dicta.l. a iudice. et dicto.c. fina. infra eod. et in c. pastoralis. non tamen poterit tunc cogere subdelegatum acceptare, si ipse subdelegans malitiose se vellet exonerare. dicto.c. pastoralis. al's videretur, quod posset ipsū compellere. per dictū capitulū, de quo dic vt ibi. et hec vera in delegato pape vel principis. ¶ An autem delegatus ab inferiore possit sibi subdelegare, tangetur. j. eo.c. super questionum. et tangitur in cle. j. de offic. dele. nam videtur, quod non possit subdelegare per ea que habētur in dicta.l. a iudice. An tamen hoc indistincte procedat tangitur per glos. dicte cle. j. et tangetur in dicto.c. super questionū. in glos. ij. hec glo. facta fuit timore contrarij. quia videtur quod si delegatus vices suas commiserit, desierit esse iudex. j. eo. titu.c. super questionum. §. porro. et sic videtur, quod non debeat habere participium amplius in causa: et per consequens videtur quod non debeat requiri eius consilium. cuius timore facta est glo. dū dicit, quod requiretur eius consilium tanquam viri discreti, et sic boni viri, et non tanquam iudicis. † Aduerte tamen, quia ex tex. cum glos. habet quod qñq delegatus cōmittit totā causam solo retento consilio, quandoq autē delegatus committit causam simpliciter, donec reuocet. quandoq vero cōmittit causam et sententiam retenta executione. et de omnibus istis tangit hic Innocentius sed de duobus vltimis dicam post glossas. † primo casu quando cōmittit causam retento consilio, an hoc possit fieri. hic videtur casus quod sic. et tunc est dubium, an tunc arctetur subdelegatus petere consilium, et sequi. pro cuius declaratione aduerte, quod aut subdelegans retinet consilium in sui personam, aut in personam tertij. Si retinet in sui personam, proprie loquitur hic text. et hoc casu dic, quod si non requirit consilium vel non expectat congruo tempore, non valet sentētia. s. de elec. c. cum in vetri cum ibi notatis. et de arbi. c. cum olim. et facit pro hoc, † quia forma mandati est diligenter seruanda. l. diligenter. ff. mandati et. s. de rescriptis. cum dilecta. si vero subdelegatus requirit consilium. vel expectauit congruo tempore, secundum ea que habentur in dicto.c. cum in veteri est dubium † an si non sequitur consiliū sibi datum, tenebit sententia. Innocē. hic dicit, quia est satis quod requisiuit consilium, et illud habuit, vel expectauit congruo tempore: non autem tenetur de necessitate sequi consilium. refert tamen alios tenere contrariam opi. primam videtur hic sequi glo. inquantū vult, quod videatur reseruasse cōsilium vt bonus vir: prout etiam hic dixit Innocentius. ¶ Tu potes concludere, vt hic tangit. d. Anto. quod aut iudex subdelegando retento consilio voluit retinere consilium non vt iudex sed vt bonus vir et hoc constat: et tunc non tenetur sequi consilium subdelegatus: sed sufficit, quod requisiuerit consilium et debito tempore expectauit. nec poterit etiam ex hoc casu ipsum subdelegatum reuocare: intelligo postquam incepit de causa cognoscere per capitulum quāuis infra eodem in sexto nec posset etiam cum ipso subdelegato iudicare, vt dixit glossa et sic procedat prima opi. Innocen. et est ratio quia ex quo subdelegans non est particeps officij, sufficit peti consilium licet quis illud sibi exhibitum non sequatur: per id quod habetur in dicto.c. cum in veteri et in.l. quidam decedēs. ff. de admi. tuto. et per notata plene per Bart. in.l. prima. §. si plures. ff. de exercito. et p Ioanē Andre. in regula nullus ex consilio. de regu. iuris. in sexto † si autem constaret, quod subdelegans vult sibi retinere consilium vt iudex et tunc non sufficeret requirere consilium: quia tunc est particeps officij. et sic debet sequi consiliū per ipsum subdelegatum, p iura preallegata, et hoc casu posset ipsum reuocare ex quo aliquid retinuit de iurisdictione ipse subdelegans. per capitulū si delegatus. j. eo. lib. sexto. ¶ Quandoq vero † est dubium, an voluerit retinere consilium vt iudex, an vero vt bonus vir. do. Ant. hic ponit duas opinio. vna est quod in dubio intelligitur retinere vt iudex. quia in dubio videtur quod debeamus interpretari secundū naturam primeue potestatis. nisi ex forma commissionis appareret quod ex toto vellet iurisdictionē transferre secunda fuit, quam dicit esse meliorem quod cum actus consulēdi nō sit iurisdictionalis. et videatur pertinere ad illum, qui iurisdictionem non exercet, ideo in dubio videbitur retinuisse consilium non vt iudex, sed vt bonus vir. et pro hac opinio. facit licet non alleget, quia † verba debent intelligi secundum naturam subiecte materie. l. si vno. in principio. ff. locati. et hāc opinio. videtur sequi Innocē. et etiam glos. hic. et hoc de primo casu, quādo subdelegans retinet sibi consilium. ¶ Secundo casu † quādo retinet consilium tertij tunc hic videtur esse opinio. nam quidam dicunt, quod non valet talis retentio: sicut non debet compromitti, nec pōt in aliquem, vt sententiet prout dictauerit talis l. Itē si vnus. §. item pomponius. ff. de arbi. et facit, quod habetur in.l. si quis sempronium ff. de here. instit. et.l. captatorias. ff. eo. titu. Item quia iudicandi potestas debet esse libera in iudice nam videtur, quod debeat iudicare secundum suam cōscientiā et non secundū conscientiam alterius facit quod habetur in.c. nostram. s. de consuetu. et in autenti. iusiurandum quod pstat ab ijs. §. et equus et hanc opi. dicit. d. Antonius sequi Innocen. sed certe si ponderētur verba Innocen. potius tenet contrariū videlicet vt valeat commissio, vt pronuntiet, prout talis mandauit: quia tunc bene dicit cōmissionem tenere per dictum. §. Item pomponius. et idem videtur sensisse ipse Innocentius secundū Ioannem andreā si subdeleget alicui, vt ferat sententiam secundum quod talis peritus dictauerit. Hosti. etiam hic tenuit cōmissionem seu subdelegationem, per quam delegatus subdelegat cum hoc, quod subdelegatus pronuntiet de consilio tertij vel secundum consilium tertij, tenere: quia ipse subdelegans si non subdelegasset poterit sententiam ferre iuxta suum libitum. facit supra de constitu. c. cum marti. ad finem. et.c. cum accessissent. et de sepul. in.c. in nostra. et sic eodem modo in subdelegatione debet posse adijcere conditionem iuxta libitum. facit quod habetur infra de condi. appo. in. capitulo verū. Et nota quia Hosti. videtur tenere contra Innocen. inquantum vult quod possit subdelegari causa, vt subdelegatus pronuntiet secundum consilium talis persone. nam Innocentius hic videtur voluisse cōtrarium inquantum dixit quod non potest subdelegari sub illa forma secundū quod talis mandauerit. Ioannes de ligna. vt hic refert. d. Florēti. distinxit, quia aut subdelegat sub forma, vt pronuntiet ipse subdelegatus prout talis voluerit et tunc procedat dictum innocentij aut subdelegat sub forma, vt pronunciet prout talis consuluerit et tunc procedit dictum Hosti. et ratio diuersitatis secundum eū est quia primo casu si valeret commissio haberet sequi voluntatem etiam iniustam ipsius tertij. sed in secundo casu non habebit sequi nisi iustam: per id quod habetur in.l. cum quidam. in principio cum ibi notatis. ff. de le. secundo et facit quod habetur de cor. viti. capitulo secundo in glo. fina. et in cle. sepe. de verb. signifi. ver. non sic. sed certe hec distinctio secundū do. floren. nō vr saluare dictū Inno. nā loqt quādo fuit appositum verbum, mandauerit, quod videtur sapere arbitrium boni viri infra de iureiuran. capitulo veniens. preterea. §. Idē pōponius probat quod non valet compromissū factum in aliquē vt pronuntiet id quod Titio placebit et tamen verbum, placet, videtur sapere arbitrium boni viri. l. fideicommissa. libertas. et.l. thays. §. soror. ff. de fideicommissa. libertati. d. Anto. hic † cōcludit quod aliqñ committitur causa alicui et arctatur solū ad petendum consilium et non sequendum, et tunc planum quod tunc potest committi: et hoc etiam hic voluit Innocentius et facit supra de electio. c. cum in veteri. cum ibi notatis. et de arbitr. capitu. cum olim tenebitur autem solum petere seu requirere consilium, quando commissio est facta vt pronuntiet pe

tito seu requisito prius consilio talis. ¶ Quid autem si facta fuerit commissio, vt pronunciet cum consilio talis, vel de consilio talis, an videatur actum, quod sufficiat requirere cõsilium, an vero quod teneatur etiã sequi: aliqui voluerunt dicere, quod vbi committitur, vt pronunciet cum consilio talis, non teneatur sequi, sed solum requirere: secus si committitur, vt pronunciet de consilio talis, quia tunc tenebitur sequi. sed certe istã differentia non probatur iure, ⁊ ideo non videtur procedere: per id quod habetur in. l. illam. C. de colla. ⁊ de translatio. prelato. c. ij. ⁊ ipsam reprobat Barto. in. l. j. §. si plures. ff. de exercito. dicens quod vtroq; casu videtur quod sufficiat consilium requirere, si aliud non sit dictum, ⁊ idem videtur finaliter sentire Joan. And. super regula, nullus ex concilio, de reg. iur. lib. vj. in questione ibi posita. Quandoq; vero arctatur subdelegatus ad petendum consilium ⁊ sequendum: ⁊ hoc casu conclude, quia aut in spiritualibus arctatur ad petendum ⁊ sequendũ consiliũ laici, ⁊ hoc fieri non potest. j. de iudi. c. decernimus. aut arctatur ad sequendum consilium alicuius clerici in spiritualibus, vel laici in temporalibus, ⁊ tunc aut arctatur peritus exigere ⁊ sequi consilium ab imperito, ⁊ hoc est irrationabile: ⁊ sic nõ videtur posse fieri. facit quod habetur. s. de consuetudi. ad nostram. aut arctatur ad petendum consilium a perito ⁊ imperito simul, vt statim cum sint interrogati debeant consilium precipitanter dare, ⁊ hoc etiam est irrationabile: ⁊ sic non valet. d. c. ad nostram. Aut arctatur ipse subdelegatus, vt deliberatum consilium; seu premeditatum cõsilium recipiat a certo perito, ⁊ illud sequatur: ⁊ tunc secundum Hostien. hoc fieri potest. ⁊ sic arctabitur ad petendum ⁊ ad sequendum, ex quo talis forma data est commissioni. facit supra de rescriptis in. c. cum dilecta. nec obst.

19 l. itẽ si vnus. §. item Pomponius. quia † ibi loquitur in arbitro cuius potestas debet esse libera, vt pronunciet quicquid placet. nam standum est sententie arbitri, siue equa, siue iniqua sit. l. diem proferri. §. stari. de arbitr. iudex autem pronunciare non potest nisi quod est iustum. vt in dicto. §. ⁊ equus. in autent. iusiurandum quod prestatur ab hijs. ⁊ infra de verborum significa. ⁊. c. forus. §. ij. ⁊ sic magis repugnat talis adiectio substantie arbitrij quam substantie iudicij. cum liberior sit potestas arbiri, quam iudicis, vt patet ex predictis:

20 † nec obstat. si dicatur quod iudex habet sequi conscientiam suam, ⁊ non alterius, ⁊ sic si habet conscientiam reluctantem seu contradicentem cõsilio, videtur quod non debeat sequi consilium: cum non debeat contra conscientiam iudicare. facit quod not. infra eod. pastoralis. §. quia vero. ⁊ de restitu. spoliato. literas. quia potest dici, quod si habet conscientiam concordantem cum consilio, cessat cõtrarium. si autem habet illi contrariam, tunc si potest illam deponere, ⁊ se informare secundum consilium, id debebit facere. Facit quod habetur in. c. inquisitioni. infra de senten. excommu. si autem non potest se informare, tunc querat vt exoneretur a pronũciando. facit quod habetur supra de rescriptis. si quando. ⁊ si non posset obtinere exonerari, sequatur tunc potius conscientiã supra de tempo. ordi. c. ad aures. ⁊ facit quod habetur in dicto §. quia vero. ⁊ de offic. ordi. c. j. ⁊ facit etiam quod habetur infra c. si quando. tamen videtur, quod tunc sententia non tenet tanquam lata contra formam mandati. Et sic secundum predicta videtur procedere opi. Hostien. ⁊ illam etiam tenuit Bartol. in dicta. l. j. §. si plures. ff. de exercito. ⁊ domi. Anto. hic domi. tamẽ Floren. hic tenuit post Rayne. in quibusdam additionibus in dicto. §. si plures. non esse differentiam inter iudicem ⁊ arbitrum per dictam. l. j. ff. de arbitris. vbi equiparãtur arbitria ⁊ iudicia. ⁊ ideo cum in hoc casu non reperiatur expresse differentia, videtur standum dicte regule. l. j. Et ad. §. item Pomponius. respon

21 det, † quod aut cõmittitur causa in arbitrum vel iudicẽ, vt pronunciet, secundum quod talis de iure consuluerit: ⁊ tunc vtrobiq; valebit commissio tam in arbitro, quam in iudice. aut committitur hoc adiecto, secundum quod talis dictauerit, vel secundum quod tali placebit: ⁊ tunc non valebit vtrobiq; commissio. nam licet verbum (placet) aliquando videatur importare arbitrium boni viri, vt tetigi. s. ⁊ not. Barto. in. l. si sic. ff. de lega. j. ⁊ in. §. si plures. preallegato: tamen hoc casu erit secus. ⁊ ita intelligatur dictus. §. item Pomponius. ⁊ sic etiam videtur voluisse Hostien. ⁊ Joan. Andre. post eum in. c. j. super glos. de arbitr. ⁊ idem Specu. in tit. de arbitr. §. fina. versic. sed quid si dicatur. ⁊ ibi ⁊c. Idem Joan. Andr. in addi. ⁊ idem etiam voluit Oldra.

22 vt ibi refert Joã. Andr. † vnde dicunt intellectum illius. §. item Pomponius esse, quod si fiat compromissum in aliquẽ, vt pronunciet, secundum quod Titio placebit. tunc non valeat cõpromissum. secus si sit dictum, quod pronunciet arbitratu Titij: quia Titius tunc habet vt bonus vir arbitrari, ⁊ non secundum meram voluntatem. ideo tunc tenebit. sed vt dixi, Barto. non tenet hunc intellectum. quia verbum, placet, importat arbitrium boni viri, vt superius dixi. ⁊ tamen ibi dicit non valere compromissum. nec obst. quod ibi dicitur in versic. sed si arbitratu. quia debet intelligi, prout ibi dixit gloss. ⁊ non secundum quod dixit Oldra. ⁊ supra dicti, videlicet Hostien. Specu. ⁊ Joan. Andr. domi. tamen Floren. stat cum opi. predictorum, pro qua videntur esse plures authoritates: vt patet ex predictis. opin. tamen Barto. videtur magis de iure procedere. quia non videtur ratio quare etiam in casu isto verbum, placet, non importet arbitrium boni viri, ex quo alias sui natura illud importat. ⁊ maxime quia debuisset importare in casu dicti. §. item Pomponius, vt potius res valeret quam periret. de verbo. signific. c. abbate. ⁊ ideo videtur, quod fienda sit differentia inter iudicem ⁊ arbitrum, prout fecit hic Joan. Andr. ⁊ Hostien. ⁊ sic videtur quod licet non possit compromitti in aliquem, vt ferat sententiam secundum consilium talis periti, tamen poterit causa subdelegari hoc adiecto, vt subdelegatus pronunciet secundum consilium talis periti. ⁊ sic non videtur procedere opin. domi. Floren. inquantum vult, non esse fiendam differentiam inter iudicem ⁊ arbitrum: ⁊ valere etiam compromissum factum in aliquem, vt pronunciet secundum quod talis peritus consuluerit vnde propter authoritatem Hostien. hic, ⁊ Joan. Andr. quam sequeretur etiam Bart. in dicto. §. si plures. satis videtur, quod ista opi. seruaretur in practica. ⁊ facit ad predicta, quod legitur ⁊ notat in. l. si conuenerit. ff. de re iud. cum ibi notatis per Barto. ¶ Et ex predictis patet, quod aliter intellexit hic Joan. And. ⁊ Hostien. §. item Pomponius. ⁊ aliter ⁊ alio modo intellexit in dicto c. penul. j. de arbi. super glo. ⁊ ipse idem Joan. Andr. post Specu. ⁊ Oldra. in dicto. §. sed quid si dicatur. in additio. Specu. sed intellectus quem hic posuit Hostiẽ. ⁊ Joan. Andr. sequitur hic do. Anto. ⁊ Bart. in dicto. §. si plures. vt patet ex supradictis. ¶ Et nota quod in iudice seu in commissione facta iudici videtur concordare do. Floren. ⁊ Ray. cum opi. Hosti. hic. ⁊ Joan. And. sed in arbitro remanet diuersitas opinionum, an sit idem quod in iudice, an vero diuersum.

23 ¶ † An autem valeat statutum disponens, quod iudex teneatur committere causam consilio sapiẽtis, si partes hoc voluerint, ⁊ quod teneatur illud requirere ⁊ sequi. Specu. in ti. de requi. consi. §. j. versi. vt autem. videtur tenere quod non. sed contrarium ibi tenet Joan. Andre. in addi. ⁊ sic etiam communiter seruatur de consuetudine. facit qd habetur in. d. l. si conuenerit. vbi iudex debet pronunciare secundũ quod partes conuenerunt adinuicem. ⁊ sic videtur, qd etiam eodem modo debeat tenere dictum statutum. ⁊ hoc etiã tenuit Barto. in. d. l. si conuenerit. ⁊ in. d. §. si plures. videtur tamẽ Jo. And. in addi. in loco proxime allegato hoc limitare, quãdo per statutum arctaretur iudex, qui haberet iurisdictionem ⁊ potestatem ab ipsis statuentibus ad sequendum consilium. sed vbi talis iudex non reciperet potestatem ab ipsis statuentibus, sed a superiore eorum, tunc non possent statuentes arctare ipsum per eorum statutum ad sequendum cõsilium, vel requirendum, nisi eorum statutum esset confirmatum a superiore: per id quod habetur supra de maio. ⁊ obedien. cum inferior. ⁊ in clemen. ne ro

24 mani. de elec. † An autem valebit sententia stante dicto statuto si iudex dicit pronuncio secundum formam consilij, fuerũt opi. quia aliqui dicunt, ꝙ sententia non valet: quia non videtur continere absolutionem vel condemnationem, sed solũ pronunciare absoluendum illum, de quo continetur in consilio. Alij dicũt appositum: quasi satis censeatur absoluere, ex quo consultor cõsuluit illum absoluendum. de quo in Spec. de excep. §. viso. vers. porro in Italia. Joan. And. ibi in addi. dicit, ꝙ si consilium est prestitum super interlocutoria, valebit dicta pronũciatio: quia illa non est necessario ferenda in scriptis: secundum not. in. c. si. de re iudi. lib. vj. secus si sit prestitum super sententia diffinitiua, que debet in scriptis proferri, vt ibi patet. sed certe videt ꝙ etiã in diffinitiua sententia valeat sententia: quia verba ipsius sentẽtie debent intelligi ſm mentem cõsulentis. de ver. signi. in. c. intelligentia. ⁊. c. preterea. ⁊. c. in ijs. ⁊ ideo cum mens consulentis fuerit, ꝙ iudex habeat illum absoluere, pronunciando ſm formam consilij videtur in effectu velle absoluere, ⁊ ipsum reum reddere absolutum. facit quod no. Cy. in. l. j. ⁊. ij. C. si aduer. liber. ⁊ quod habetur in. l. fundus qui. ff. de rescin. ven. ⁊ de hoc etiam dixi in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. ⁊ hoc etiam tenuit Cy. in. d. l. j. licet Bart. ibi tenuerit contrarium. sed plus placet opi. Cy. per ea que. s. dixi. tutius tamen est propter opiniones vitandas, vt iudex dicat, pronuncio ſm formam consilij: ⁊ sic absoluo, vt in

25 ipso continetur. † An autem quis possit cõpelli ad consulendũ. Spe. tenuit ꝙ non in ti. de requi. consi. §. j. ver. sed nunquid põt. sed Jo. and. ibi tenet cõtrariũ. ar. l. sancimus. C. de aduo. diuers. iud. ⁊ de hoc etiam in glo. ordi. in. l. ij. C. de proxi. sacro. scri. li. xij. ¶ In glo. pe. in fi. dicit hic Pet. ꝙ etiam cause matrimoniales possunt dici graues. ⁊ de illis potest hic loqui: quia illas de facili non

li non cōmittit curia nisi episcopis:vt not.j.e.causam mrimonij.
26 ¶†Extra glo.tangit hic Innoc.quid si delegatus committit causam simpliciter donec reuocauerit: dicit Innocentius quod per talem commissionem non videtur committere sententiam. per illam clausulam, donec reuocauero restringitur cōmissio ad alia.ita quod non contineat sententiam.quia si illaʒ intelligitur commi sisse, non posset reuocare iurisdictionem.sed tene, quod videtur commisisse etiam sententiam, per.c.si delegatus infra eo dem titulo libro sexto.ꝛ quia retinuit sibi aliquid de iurisdictione habet potestatem reuocādi ꝛ si appellatur a subdelegato, appallandum erit ad ipsum subdelegantem, ꝛ non ad primum delegantem, per dictum capitulum si delegatus infra eodem titulo. in sexto ꝛ hoc verum, etiam si pronuntiasset, antequam reuocetur: quia adhuc potest reuocare potestatem exequendi que superest.licet Innocentius hic teneat contrarium,
27 sed male per dictum capitulum si delegatus.¶†Quid autem si committit causam ꝛ sententiam donec reuocauerit, vel nisi reuocauerit Innocentius hic posuit opi.nam aliqui voluerunt dicere quod nō intelligetur trāslata potestas sententiandi sed potestas cognoscendi de causa.Alij dixerunt quod commissio non valet.alij vero dixerunt, quod valet cōmissio sed reijcit illa clausula donec reuocauero vel nisi reuocauero sed hodie nō est instādum.quia est decisum, quod valet dicta cōmissio:vt patet in dicto capitulo si delegatus.ꝛ ideo ante sententiam poterit reuocare: post vsqꝫ ad finalem executionem.ꝛ si appellatur a subdelegato ad ipsum subdelegantem debebit appellari:vt patet in dicto capitulo si delegatus. Et per predicta apparet quod etiam in alio male dixit Innocentius hic, inquantum dixit quod non potest subdelegare retenta executione:quia lata sententia videtur quod non posset se intromittere ipse subdelegans.sed nō est verum:quia executio fienda est actus iurisdictionalis:ideo potest illam retinere:ꝛ sic valet dicta commissio.facit quod habetur in dicto capitulo si delegatus.ꝛ eo.tit.ꝛ lib.c.quamuis.Joannes de imola vtriusqꝫ iuris speculum.

1 ¶Iurisdictio, que ad certum terminum limitatur, lapsu termini terminatur.
Iurisdictio delegata de tempore ad tempus prorogari potest.
2 Delegatus penam a iure impositam alterare non potest.
3 Iurisdictio ad diem dari potest, ꝛ ad tempus, sicut etiam ad locum limitari.
4 Consensus vtriusqꝫ partis, quādo necessarius sit in prorogatione iurisdictionis.
5 Iudex an vltra terminum prefixum causam prosequi possit.
6 Arbiter an possit procedere vltra terminum in compromisso appositum.
7 Selennitatibus substantialibus iudiciorū renuntiari non pōt.
8 Libellus an sit de substantia iudicij.
9 Selennitati substantiali iudicij non pōt per partes renuntiari.
10 Citatio an de partium volūtate ꝛ assensu omitti possit.
11 Sententia inualida an et qualiter per partes approbari possit.
12 Pene plures si pro eodem facto imposite legantur, qualiter sint infligende.
13 Pena a iure statuta, quādo per iudicem augeri vel minui possit.
14 Sententia an valeat lata post terminū iudici statutū.ꝛ nu.seq.
16 Appellationis instantie tempus quando prorogari possit, ꝛ quando non.
17 Sententia lata post terminum a statuto prefixum an valeat, si lata sit intra terminum a iure communi statutum.
18 Actor post tempus sibi a iure statutum non auditur.
19 Delegatus an possit exequi post terminum sententiam, que lata est intra terminum.
20 Delegatus an ex in officio possit mulctā imponere seu dicere. ꝛ nu.seq.
21 Mulcta leuis que dicatur, ꝛ que etiam grauis.

E causis. Si causa committitur decidenda infra certaʒ diem per lapsuʒ diei expirat iurisdictio nisi partes prorogauerint: ꝛ delegatus ex potestate delegata potest contumaces ꝛ rebelles, vbi pena nō est a iure statuta, pena arbitraria punire
1 hoc dicit.Et sunt due partes principales, sicut duo sunt principalia dicta.Secunda ibi:illis etiam.† Nota quod iurisdictio ad certum terminum limitata, expirat lapso termino.Et sic not.qđ concessum ad tempus, intelligitur post tempus prohibitum.facit.l.statu liberum.§.stichum.ff.de lega.ij.Not. quod iurisdictio delegata potest prorogari de tempore ad tempus.de quo infra eodem.c.P.et.S.Et intellige quando prorogatio fit durante termino.nam eo finito extincta esset iurisdictio:ꝛ sic non esset locus prorogationi.facit.l.sed si manente.ff.de preca. Et nota quod in prorogatione requiritur consensus vtriusqꝫ partis.facit l.ij.ff.de iudi.ꝛ quod nota.infra eodeʒ capitulo.P.ꝛ.S.in glo. fina.Et ex predictis nota quod licet priuati non possint dare iurisdictionem.l.priuatorū.C.de iur.om.iudic.ꝛ.j.eo.significātibꝰ tamen possunt datam ab habente potestatem prorogare, vt hic patet quod vbi fauore partium est aliqua limitatio facta, potest ab illa ex partium cōsensu recedi.facit infra de regular.c.ad apostolicam.ꝛ infra eodem.c.fi.Nota quod vbi statuitur tempus iudici ꝛ iurisdictioni non valet quod agitur post tempus. secus si statuatur iudici tantum:vt.l.vna.C.vt omnes tam ciuil.quam mili.ten.ꝛ nota.per Cy.ꝛ Barto.in.l.properandum.§.j.C.de iudicijs.ꝛ per Joannem Andream in addi.specu.in tit.j.§.restat.
2 ꝟ.sed nunquid.Nota†qđ delegatus non videtur posse alterare penam a iure statutam de quo infra de penis.licet.Nota duplicem speciem contumacie.Nam vna est in non veniendo: alia in non parendo de quibus etiam per glos.in cle.si ante.de do.ꝛ cōtuma.ꝛ in.l.creditor.§.iussus.ff.de appella. Nota quod in non determinatis a iure recurrendū est ad arbitriuʒ iudicantis. Ad idem.l.j.in fi.ff.de iure deli.ꝛ ad hoc sepe allegatur decre.An vero arbitrium possit tunc reduci ad arbitrium boni viri vel a tali arbitrio appellari si dicatur Judicem male fuisse arbitratum: tangit glos.notabiliter in titu.de accusa.c.super ijs ꝛ ibi etiaʒ dixi.ꝛ aliquid etiam dixi in.c.j.de constitu.Et aduerte qđ dicit etiā hic do.Anto.quod in commissis ad arbitrium, si aliquo casu reperiatur in similibus imposita pena ordinaria non poterit arbitrari, nec debebit arbitrari maiorem penam.quam sit illa, que reperitur in similibus apposita:vt est glos.notabilis in.c.inquisitionis infra de accusa.nec similiter debebit arbitrari aliter quaʒ consuetudo sit arbitrata, si forte de consuetudine in tali casu arbitrario certa pena consueuit imponi:vt voluit glos.in.l.quid ergo.§.pena grauior.ff.de ijs qui notat.infa.ꝛ facit etiam quod nota.in.l.odia.ff.de penis.ꝛ quod habetur in.c.cum dilectus.j.
3 de consuetu.†Nota quod iurisdictio potest dari ad diem, ꝛ sic ad tempus limitari sic etiam aliquando limitatur ad locum.supra de offic.vica.capitulo summa.cum ibi notatis. Nota quod cōmissa decisione cause videtur cōmissa etiā cognitio. ¶Quid autem econtra si committatur cognitio, an intelligitur etiam cōmissa decisio specu.tetigit in titu.j.§.sequitur ver.ꝛ nota quod simpliciter.vbi videtur tenere quod sic:sed glos.in.l.qui procuratorem.ff.de procurato.tenuit contrarium ꝛ sequitur Bart.in.l. a diuo pio.in principio.ff.de re iudi.de quo dic vt ibi.ꝛ de materia etiam in cle.auditor.de rescriptis.Jn glos.prima ibi presentatur.hoc verum quando tempus fuit statutum per numerum dierum vel mensium. secus si esset dictum quod infra festum Natiuitatis futurū debeat causa decidi:qꝛ tūc tps curreret a die date:vt nota.p Jo.And. in capitulo.super eo.ij.hic allegato in ead.glos.in fine.cū gl.transeunt doc. nec obstat autenti. offeratur.quia illa loquitur in instantia iuris communis:hic autem in statuta ab homine, seu a superiore delegante.Jtem non obstat quod beneficium iuris non est alicui auferendum.de quo infra de regulis iuris.c.indultum. libro sexto:quia id verum nisi iusta causa suadeat oppositum.ff.de re.iudi.l.secunda.ꝛ de re iudi. infra.c.quod ad consultationem. ¶Jtem non obstat.l. petende quia secundum Innocentium.ibi statuitur tempus parti vnde non debet nocere alteri parti, que non fuit in mora:cui fieret magnum preiudicium, si ad eius preiudicium, ꝛ non partis aduerse laberetur instantia.Sed hic in casu glo. statuitur instantia iudici ꝛ iurisdictioni, ꝛ non fit magnum preiudicium alicui partium, si iurisdictio expirat:quia redibit ad delegantem, saluo iure partium:ꝛ ideo hoc casu expirabat, etiam si per malitiam alterius partis contingat labi terminum:licet tunc contra talē agi posset de dolo ad interesse.l.arbitrio.§.dolo.ff.de dolo.potest etiā dici quod in.l.petende tempus fuit statutum a iure quod ius limitat et declarat ibi suam dispositionem:sed hic fuit statutum tempus ab homine ideo non potest tempus preteriri, nisi hoc
4 fiat de communi consensu partiuʒ ¶†Et ex predictis patet qđ licet dolo vniꝰ partiū labatur terminus statutꝰ iudici ꝛ iurisdictioni, erit tamen in prorogatione necessarius cōsensus vtriusqꝫ partis.Et cum glos.vt dixi cōcordat Innocē.hic ꝛ idem etiam voluit in effectu in.c.super eo.lo..ij.de appel.vbi concludit quod si terminꝰ fuit statutꝰ iudici de voluntate vtriusqꝫ partis, si in fine temporis altera pars petat longiorem dilationem, nō audietur:quia talis terminus habetur pro peremptorio.ꝛ pro cōclusione in causa, nisi aliquod inopinate emerserit, propter quod ipse probare nō poterit:quia tunc restituetur, vel ipso iure seruabitur illesus, secundum notata in.c.ex ratione.j.de appel.Si vero terminꝰ fuit statutꝰ ad petitionē alterꝰ ptis tantū, dt qꝛ iudex debet moderari dilationē, taliter qꝛ sententiā possit ferre.j. terminum:ſʒ hoc posset facere sine pͥudicio partiū.al's nō deberet multuʒ abbreuiare, ꝑ id qꝛ habet in.l.tutor q reptoriū.§.j.ff.d admi.
5 tuto.¶†An autē iudex poterit vltra terminuʒ pſeqͥ cām.dt ibi Jnn.qꝛ nō, nisi ptes ꝓrogent terminū ꝑ hūc tex. Satis tamen

intelligeretur velle prorogare secundum do. Anto.si quelibet pars cōsensit dilationi extēdenti datū iudici:qꝛ si vult añcedēs intelligitur velle consequens,quod sequitur ex illo.arg.l.illud.ff. de acquirend.heredi.ꝛ infra eo.preterea. ¶ Tangit vlteriꝰ etiā hic Joan.Andre.an ꝓpter temporis breuitatem poterit procedi etiam die feriata de quo remittit Joānes andreas in addi.in Specu.ti.de fer.§.ij.℣.penul.ꝛ.xv.q.iiij.in.c.placita ꝛ concludit Specu.quod non in ferijs inductis in honorē Dei,sed in ferijs inductis in fauorē hominū,puta propter messes,vel vindemias si iurisdictio esset peritura,nisi procederet dicto tempore,poterit procedere.Et predicta procedunt quando statutꝰ est terminus iudici ab homine,seu a statuto superiore delegante.Quid autē si statuat terminꝰ iudici a statuto,an poterit aliquo casu iudex procedere vltra terminum statuti tangit Joānes andreas post Lamberk.de Rampo.in titu.de dilati.§.j.super verb. sed pone 6 ꝙ causa de quo dic vt ibi ꝑ eum.† Quid etiā in termino apposito in cōpromisso de volūtate partiū,an aliquo casu poterit arbiter procedere vltra dictum terminum,tetigit Cynus in.l.petende allegata in glo.et facit etiam quod notat do. Anto.in cle.j. de restitu.post Paulum.Et ad materiam etiam facit quod notat Specu.in titu. de senten.prola.§.nunc videndum. ℣.illud. vbi ponit id quod tetigit Jnnocen.in dicto.c.super eo. ¶ An autem possit iudex pro libito arctare dilatiōes:dicit hic Abbas quod quandoqꝫ tempus est statutum ab homine:ꝛ tunc potest arctari.infra eo.consuluit.non autem prorogari.Tu dic,aut tēpus est statutum a iure,ꝛ hoc ex causa potest abbreuiari et artari ad arbitrium iudicis.Facit infra de procurato.c.dilectꝰ ꝛ quandoqꝫ potest etiam dilatio denegari.de dila.in.c.ij.vbi concludit quod regulariter dilationes sunt arbitrarie,de quo in.c.j.de dilatio.vbi cōcludit quod regulariter dilationes sunt arbitrarie. de quo in capitulo primo de dilatio.ꝛ.infra de re iudi.in.c.quod ad consultationem.ꝛ de materia plenius per glos.ꝛ Joannem andreā infra de regulis iuris capitulo indultuꝫ.libro sexto,ꝛ per Bartolum in.l.secunda.ff.de re iudicata ꝛ ibi etiam dixit. ꝛ per Cynum ꝛ alios legistas in.l.prima.C.de dila.ꝛ facit etiaꝫ quod habetur in capitulo cum sit Romana infra de appella. Et ad materiam etiam facit quod dicetur extra glossas, et pro glossa 7 secunda,in fine.† nota bene glos.que sepe allegatur,ꝛ ex ea primo habes quod solennitatibus substantialibus iudiciorum nō potest per partes renunciari. Secundo nota.ex glos.que sint de solennitate substātiali iudicij,de quibus etiam per gloss.ij.q.j.in summa capitulo in primis.ad finem.ꝛ in.l.prolatam.C.de sent. ꝛ interloc.omnium iudi.ꝛ in Specu.de prepara.iudiciorum. circa principiū. Et nota quod glos.hic soluꝫ posuit tria.an autem reperiātur alia substantialia,tangitur in locis preallegatis. Et aduerte quia glo.videtur procedere in iudicijs ordinarijs. Nam secus in summarijs,in quibus proceditur sine figura iudicij, vt patet in cle.sepe infra de verb.signifi.et per Bar.in extrauagan ti ad reprimendum.in verbo,sine figura. ¶ Jtē aduerte inquā8 tum gl.dixit † quod libelli oblatio est de substantia iudicij:quia hoc videtur esse verum si petatur.alias videtur sufficere quod,appareat talem qualem petitionem factaꝫ seu redactā esse in actis vt voluit gl.in dicta cle.sepe circa principium. ¶ Jtem aduerte inquantū dicit de ꝯtestatione litis,qꝛ nō videtur posse omitti cōtestatio litis in causis ordinarijs etiam de consensu partium, vt notat specu.in titu.de senten.prola.§.iuxta.℣. quid si de partiū. ꝛ idem voluit glos.in.d.l.prolatam. Jtem aduerte inquantum vult quod sententia feratur in scriptis. Nam glos.notauit contrarium.ij.q.j.in primis.circa finem. vbi videtur velle quod de voluntate partium possit ferri diffinitiua sine scriptura. Mouet per autēti.general ter.C.de episcopis ꝛ clericis.Sed certe illa nō loquitur in sententia sed in quadam cautione,que potest remitti per partes. Mouetur etiam per.l. quotiēs.C.de priuileg.scho. lib.xij. Sed certe secundum Joannem Andream ibi loquitur in causis vilibus,ꝛ erat etiam speciale in casu illo: sed hodie est ius commune in omnibus causis vilibus,vt possit ferri sententia sine scriptura,in autenti.nisi breuiores.C. de senten.ex peri.reci. secus in alijs. Et sic intelligatur hec glo,que etiaꝫ,vt dixi debet intelligi in causis ordinarijs.Facit quod legitur ꝛ notat.per gl. in.c.fina.de re iudi.lib.vj. ¶ Jtem adde predictis quod inducie deliberatorie sunt de substantia iudicij si petantur: vt est gloss. notabilis in.c.vxor.xvij.q.iiij.ꝛ facit etiam quod notatur per gl. 9 in dicta cle.sepe. ¶ † Jtē etiaꝫ adde quia dixit Hosti.quod licet non possit per partes alicui particulari solennitati substantiali iudicij renunciari,tamen si partes volunt conuenire quod iudex ex toto omisso ordine iuris cognoscat, ꝛ inquirat inter eos de causa, ꝛ qd eius mādata debeāt fuari ħ poterūt facere.Et ħ ēt sequit hic do.Ant.dicēs ꝙ ꝑ hāc viā possunt recedere ptes a forma iuris a solēnitatibꝰ causaꝝ plenarū,reducendo illas ad summarias:quia fm eū,ꝙ in causa ꝓcedat summarie vel nō summarie videt fundari sup volūtate ptiū lꝫ gl.aliter senserit in cle.sepe. in gl.fi.Sed certe ꝯ ipm est gl.pallegata,ꝛ etiā gl.hic,q vult aperte ꝙ solēnitates iudicioꝝ sint inducte ꝓ cōi seu publica vtilitate. Preterea hoc dictū Host.qd sequit.sonaret in absurdū:qꝛ si non possunt ptes renūtiare alicui pticulari solēnitati iudicij que sit de substātialibus iudicij,multo minꝰ deberēt posse renunciare omni solēnitati iudicij:qꝛ si nō lꝫ id,ꝙ est minꝰ,multo fortius nō debꝫ licere id ꝙ est maiꝰ.ag.notatoꝝ in gl.in.c.cū in cūctis.s̄.de elect. Et ꝓpter hoc forte do.Flo.hic intelligit dictū Host.ꝛ Jo.and. qd in dicto casu qñ ex toto renūtiare valebit id ꝙ fiet nō,vt actꝰ iudicialis,lꝫ vt actꝰ extraiudicialis vi pacti vel ꝯuētiōis.arg.l.ij. C.cōia vtri.iudi. ¶ Tu potes dicere ꝙ si ptes volūt,ꝙ vt iudex ꝓcedat omisso omni ordine iuris,hoc nō pñt in causis plenarijs nec etiā in summarijs,volēdo tollere substātialia,q dicunt in dicta cle.sepe.ꝛ ideo nō valebit qd faciet omisso ordine iuris,nisi solū vi pacti,vt.s̄.dixi post do.Flo.lꝫ si vellēt ꝙ tāquā arbitrator ꝓcederet omni ordine iuris omisso,tūc bene possunt hoc facere, per id qd nota.j̄.de iureiur.in.c.Quintauallis.E sic forte voluit intelligere Hosti.ꝛ forte etiam voluit ꝙ in dubio qñ ꝯueniūt ꝙ omisso omni ordie iuris,ꝓcedat in causa ꝙ intelligit data ei potestas tāquā arbitratori.Et ꝑ ħ ēt facit qꝛ in dubio dꝫ potiꝰ fieri interptatio vt potiꝰ res valeat:ꝙ peat.arg.j̄.d ℣b.sig.c.abbate. ꝛ.ff.de rebꝰ dub.in.l.quotiēs.Et tene mēti pdicta ꝓ intellectu di10 cti Hosti.ꝛ gl.in dicto.c.fi.de re iudi.li.vj. ¶ † An aūt citatio de partiū ꝯsensu possit omitti,puta si ptes ꝯueniūt ꝙ iudex possit pronūtiare etiā ptibꝰ nō citatis, tāgit Specu.in ti.de citatiōe.§. viso.℣.lꝫ pone ꝙ ptes.ꝛ ibi finalr tenet ꝙ sic,ꝑ id qd hr in.l.dieꝫ proferri.ff.de arbitris.vbi etiā in simili dicitur ꝙ talis potestas pōt dari arbitro.De iuramēto autē calūnie est hodie expressum qd lꝫ nō possit expsse remitti,posset tamē tacite omitti.j̄. de iura. calū.c.fi.lib.vj.ꝛ facit qd notat Lapus de casti.allegatiōe xxix. An autēꝫ dicta testiū,vbi in eis sit omissa solēnitas substātialis possint ꝑ partes approbari:tangitur.j̄.de testi.in.c.veniens.ꝛ in 11 c.cū causa ꝛ ꝙ nota.eo. tit.in.c.pñtata. ¶ † Quō etiā sentētia inualida pōt approbari ꝑ partes vt valeat vi pacti,lꝫ nō posset valere vt sentētia,habet in.l.ij.ꝑ legistas.C.cōia vtri.iudi. Jn gl.iij. ibi ante tēpus elapsum.ꝛ pro hoc bene facit qd habetur in.l. lꝫ ꝛ si manēte.ff.de precario.Et de materia prorogatiōis posuit hic Jnno.lꝫ meliꝰ cadit in.c.P.et.G.j̄.e.vbi gl.ꝛ Jo.and.tāgunt. Jn gl.venire.ibi:de rescriptis.c.pñti.Hāc decre.hodie nō habemus,lꝫ erat inter constitutiones Jnno.iiij.modo aūt ex multis causis citatio pōt nō tenere,tāgit.j̄.de accusa.c.veniēs ꝑ gl.ꝛ.iij. q.ij.in.c.si eps.Jn gl.certa.ibi:ꝛ.c.qm̄.vñ dicebat hic abbas qd in citatis cōtumaciꝰ semp est certa pena:secus in ꝯdēnatis ꝯtumacibꝰ.Jnn.tñ forte vitio scriptoris,vt dixit Jo.and.dixit ecōtra,scꝫ ꝙ in citatis ꝯtumacibꝰ nō inuenit certa pena:sed in cōtumacibus ꝯdēnatis sic.Sed precedens dictum vr̄ melius.ꝛ scōm d.Flo.noluit dicere ꝙ qñ ꝯdēnat quis de ꝯtumacia,pōt iudex infligere aliā penā ꝯmissionis vel excōicatiōis. ¶ Do. vero Ant. hic dixit ꝙ pena,de qua dixit glo.nō est pena ꝯtēptꝰ iurisdictionis,sed est pena sequētis interesse partis.Jn ead.glo.in fine.do. 12 Anto.hic dixit † ꝙ si pro eodem facto lex imponit plures penas oēs erūt imponēde,si possunt ꝯcurrere.l.j.C.de sepul.viola alias si non pñt cōcurrere,vel si lex imponat alternatiue,procedat qd dixit gl.Tu potes dicere ꝙ si in eadē lege imponerent due pene copulatiue,vtraqꝫ imponetur.facit qd habetur in.l.nemo martyres.C.de sacrosanc.eccle.ꝛ quod nota.j̄.de iudi.in.c.at si.§.j. circa finem.Si vero imponant alternatiue,sufficit alterā impōi. Facit qd habet de regu.iur.in alternatiuis.ꝛ in criminalibꝰ electio erit iudicis in alternatiuis penis,vt probat in.l.j.§.expilatores.ff.de effrac.ꝛ facit etiā qd notat gl.in.l.ij.C.de seruis fugi.Si autē in diuersis legibꝰ iponant,vr̄ ꝙ sit in arbitrio iudicis quā imponat:vñ poterit imponere mitiorem vel illā,que ꝓsimilr magis timet,per id qd notat gloss.xxi.q.ij.in summa.ꝛ.xxxiiij.dist. in.c.fraternitatis ꝛ facit ꝙ notat Bar.i.l.sanctio legū.ff.d penis. ꝛ in.l.senatꝰ.ff.de accusa.ꝛ qd habet in.l.j.C.de sepul.viola.ꝛ in l.j.ff.vi bo.rap.cū ibi notatis per Bar.Jn glos.penul.ibi:dispēsare potest.intellige si sit talis,vt qꝛ sit de maioribus. Nam non 13 omnis ordinariꝰ pt dispēsare,vt nota.in.c.licet.j̄.de penis.† Et de materia an et quādo possit pena a iure statuta minui vel augeri,plene nota.per legistas in.l.quid ergo.§.pena grauior.ff.de ijs qui nota.etiam per glos.ij.q.iij.§.notandum.ꝛ tetigit Jnno. in.c.j.de constitu.Et quō multa sunt cōsiderata in mutationibꝰ penarū, tāgitur in dicto.§.notandū.ꝛ in dicto.§. pena grauior. Et plus videtur secundū do.Anto velle Jnno.in dicto.c.j.exigatur ꝙ sit talis ordinarius,qui habeat administrationeꝫ iuriū fisci quod credit do. Anto.procedere quando ageretur de pena applicanda fisco.Et sic secundum eum videtur ꝙ potestas ciuitatis etiam ex causa non possit limitare penam applicandam fisco,qui nō habet administrationē iuriū fisci.Sed certe si ponderetur

Canonistas infra de appella.in.c.cum cessante.¶Aut queritur
de actibus extraiudicialibus,puta de prouisionibus z collatio-
nibus beneficiorũ,Innoc.hic tangit,z infra de re iudica.c.j.z ibi
etiam per Joan.And.z in effectu concludit quod aut actus nõ
est perfecte completus,licet sit ceptus:z tunc non dicitur ille,qui
habet potestatem circa actum illum,vt ipsum faciat functus of-
ficio suo, z ideo nõ expirat eius potestas.¶Aut talis actus est
completus, sed est inualidus : z tunc hic simpliciter dicit quod
poterit reiterari,per id quod habetur de elect.c.cuz terra.z sic nõ
expirat potestas habentis actum facere.¶Sed in.c.j.de re iud.
videtur dicere hoc verum, quando actus est nullus interuenien
te errore facti:puta quia contulit beneficium quod credebat esse
vacans,z reperitur alteri fuisse collatum.Si autẽ actus esset nul
lus errore iuris,vt qr facta est collatio de beneficio nõ vacante er
rore iuris tunc dicit ibi quod non poterit iterato prouidere.Po
nit exemplum Hostiẽ.si forte episcopus dispensauit cum aliquo
existente in minoribus:z contulit ei ecclesiam parochialez.quod
facere potuit supra de etate z qualitate.in.c.preterea.z executor
credens ipsum non potuisse dispensare,illam dat ei.pro quo da
tum erat mandatum.Nam tunc collatio erit nulla, z tamen nõ
poterit iterato prouidere de alio beneficio.¶Sed Host.non plz
ista differentia.vnde cõcludit quod si prouisio seu collatio est nul
la siue contulerit,seu prouiderit errore iuris,siue facti poterit itera
to prouidere:z hoc vt beneficia principum suum habeãt effectũ,
z ne illis illudatur.Facit quod habetur in.l.fina.ff.de constitu.
9 princip.z de postu.bone.ij.z† etiam quia equipollent aliquid nõ
facere vel inutiliter facere de transla.prelato.c.ij.z infra de cleri.
non residen.in.c.relatum.Et hoc etiam satis videtur fuisse de mẽ
te Innoc. hic duz simpliciter dixit quod quando actus est inua
lidus,potest interari:quia non expirat potestas per hunc text.
Et per predicta infert ad plura.Nam primo dicit quod si execu
tor est datus ad prouidendum,z mandauerit prouideri in vna
ecclesia,poterit antequam ille reperiatur in illa.prouideri in alia:
quia ad huc mandatum non habuerat effectum. Contrarium
autem videtur notasse.j.de iurepatro.c.cum dilectus Sed dic se
cundum Compo.qui hoc ponit in.c.capitulum. s̃. de rescriptis.
quod ibi loquitur de reseruatione:quasi velit quod non possit fa
cere eodem tempore plures reseruationes, sed vnicam solam. de
quo.j.de offic.leg.c.presenti.lib.vj.sed hic loquitur de nudo man
dato,vel secundum eum hic se corrigit de eo quod dixit in dicto
c.cum dilectus. sed certe potius deberet dici econtra, cum illud
cap.sit post istud.Unde hec secunda non videtur bona : z ideo
tene precedentem.Dicit tamen hic do.Ant.quod si ille,cui man
datur prouideri, acceptasset in vna ecclesia aliquod beneficium
vacans,non posset prouideri in altera, nisi appareret quod ius
non haberet in illo,per id quod no.j.de rescrip.c.cum in multis.
lib.vj.Et per predicta etiam dixit Inno. quod si executor proui
dit in vna ecclesia,z illa prouisio de iure fuit valida,licet non ha
buerit effectum de facto,vt quia non fuit de facto receptus, non
poterit prouidere in alia,ex quo prouisio facta est, que est de iure
valida:alias sequeretur absurdum,videlicet quod contra mentẽ
mandantis haberet impetrãs ius in pluribus beneficijs ex vno
mandato. Recitat tñ Innoc.aliquos tenere contrariũ. Quam
opi.dicit Hostien.posse tolerari, quando ecclesia esset ita iniqua
z proterua,seu illi de ecclesia, quod nullo modo vellent obedire.
argumen.c.si quis ordinatus,z.c.sequenti.xcij.distinc.z.vij.que-
stione. j. pastoralis. si tamen adipiscatur secundum, intelligitur
renunciatum primo beneficio,per id quod habetur infra de pre-
bend.c.de multa.z in clemen.gratie.de rescriptis,primam tamẽ
opinionem dicit esse veriorem de iure, licet secunda videatur iu-
stior ex eo,quia verba cum effectu sunt intelligenda. vt infra de
cleri.non residen.in.c.relatum.z quia paria sunt aliquid non esse
factum,vel non habere effectum.de translatione prelato.c.ij. de
quo etiam per Joan.Andr.in.c.j.de re iudi.Per predicta etiam
10 dicit Innoc.quod si†executor fuit datus ad prouidendum de
canonicatu alicui,z mandauit vt reciperetur in canonicum,z ita
fuit receptus,quod functus est officio suo,z plus se nõ intromit-
tet.Quod est verum,nisi haberet aliam clausulã, puta vt posset
etiam prouidere de prebenda vel canonicatu cum plenitudine
iuris canonicalis, secundum ea que habentur infra de preben.
c.pro illorum.Item dixit Innocen.in dicto.c.j.infra de re iudi.
quod si executor prouidit de prebenda, quam credebat vacare
de iure z non vacabat,vbi erat alteri collata, quod iterato pote-
rit prouidere:quia negotium non habuit effectum, cum collatio
fuerit nulla.Secus dicit si contulit vacantem de iure licet non de
facto, quam omisit petere ille, cui facta est collatio execrans li-
tes,quãuis sibi de iure deberetur : quia tunc non poterit de alia
prebenda prouideri.Facit quod nota. in.c. cum in multis. infra
de rescriptis.lib.vj.¶Et ex predictis patet Innoc.facere diffe-
rentiam in actibus gestis ex potestate delegata,an sint actus iu-
diciales,an vero extraiudiciales : quia si iudiciales,vt quia tulit
sententiam diffinitiuam, licet illa sit nulla, dicitur functus offi-
cio suo.l.iudex.ff.de re iudica.z supra dixi.quod est verum,quan-
do sententia est nulla ex alio defectu,quam ex eo quia non serua
uit formam mandati : alias esset secus,vt supra dixi post Salice.
¶Joan.tamen Cald.in.c.qualiter.lo.j.infra de accusa.in distin
11 ctione ibi posita per eum,videtur velle†quod indistincte qualiter
cunqz sit nulla sententia delegati dicat̃ functus officio suo, quã-
do est diffinitiua.z aliud dicit in arbitro, per. l.quid tamen. cum
l.precedenti.ff.de arbi.Et sic videtur tenere contra Sali. Et hec
opi.videretur verior de iure, per dictam.l.iudex. que indistincte
loquitur In actibus autẽ extraiudicialibus voluit Inno.quod
si actus est nullus,non finiatur potestas delegata:vt patet ex su
pradictis,z ex notatis hic per eum in.d.c.j.de re iudi.in.vj. Sed
contra dictum Inno.videtur tex.in.c.si cõpromissarius. de elec.
12 lib.vj.vbi patet†quod per actum extraiudicialiter factum, licet
sit nullus,finitur potestas compromissarij.z per illud capitulum
reprobatur etiam illud,quod tenebat hic Inno. inquantum di-
xit quod si compromissarius datus fuerit ad eligendum,z eligat
ignoranter indignum,vel etiam electus non acceptet,quod po-
testas cõpromissarij non extinguebatur.quod est falsum, vt ho-
die est declaratum in dicto.c.si compromissarius. Et propter pre
dicta concludit hic do.Anto.in actibus extraiudicialibus quod
aut potestas spectat ad aliquos iure proprio: z tunc si actus est
nullus,non finitur potestas:vt patet in.c.cum terra.de elect. ali-
quando vero fit actus ex potestate delegata: z tũc videtur quod
qũocunqz actus fuerit factus,siue fiat de iure,siue de facto,z si-
ue ex certa scientia, siue probabiliter errando vel ignorando, di-
cetur quis tunc functus officio suo:vt est casus in dicto.c.si com
promissarius.Et facit quod notat Barto.in.l.ij. ff.de optio.leg.
¶Et per predicta videtur quod theorica Innoc. quam ponit
hic,z in dicto.c.j.de re iudi.non procedat de iure. Communiter
tamen doct.sequuntur illam. vnde dicit domi. Anto. volendo
illam saluare,quod potest dici speciale esse in beneficijs principũ,
vt per actum nullum nõ finiatur potestas delegata.Et hoc ideo
quia princeps seu papa mandando beneficium conferri,vel mã-
dando prouideri de beneficio,videtur cogitasse de effectuali pro-
uisione,non de ea, que solum modo sonet in nudum factum : ne
alias quis frustretur effectu gratie,z ne illi illudatur. arg.c.bone.
lo.ij.de postul.Uel potest dici secundum eum,quod opi.Innoc.
procedat in potestate executoris, que venit consecutiue ad gra-
tiam,que non perimitur donec habeat effectum : nisi ipsi gratie
tacite vel expresse renuncietur. Et ideo cum duret ipsa gratia,
durabit tunc potestas delegata illi accessoria,donec sortiatur ef-
fectum. Facit quod habetur in capitulo si cui. infra de prebend.
lib.vj.z de officio delega.c.si super gratia. eodem lib. Precedens
tamen saluatio videtur magis generalis : quia procedit etiam si
non fuerit facta gratia per Papam, sed fieri mandatur : z quia
collatus fuit canonicatus per Papam, sed mandatum fuit per
ipsum datum executori vt prouideat de canonicatu. ¶Item
13 aduerte, quia gloss. in.c. si compromissarius. preallegata.†facit
differentiam inter compromissarium datum ad eligendum,z in-
ter compromissarium datum ad prouidendum : vt licet primus
dicatur functus officio suo faciendo electionem,que est nulla: se-
cus est in secundo.quasi significatum verbi prouidere,illud ope-
retur. Et secundum hoc etiam videretur quod aliud sit in dele-
gato ad conferendum alicui beneficium in aliqua ecclesiarum ci
uitatis Bonoñ. z aliud in delegato dato ad prouidendum de
beneficio in aliqua ecclesiarum ciuitatis Bonoñ. Sed certe,non
video bonam rationem diuersitatis:quia sicut non dicitur pro-
uidisse,quando prouisio est nulla:ita etiam satis potest dici non
contulisse,quando collatio est nulla. Facit.l.iiij.§.cõdemnatum.
14 ff.de re iudi.vbi condemnatus†dicitur demũ,si rite z valide est
condemnatus. Et sic videtur quod siue sit datus delegatus ad
prouidendum, siue ad conferendum, si prouisio siue collatio sit
nulla, possit iterato prouidere vel conferre, tenendo theoricam
Innoc.de qua.s̃.dixi,z cum qua cõiter transeunt doct.tñ re ve-
ra contra

ta contra ipsum multum facit dictum.c.si compromissarius.licet posset dici quod ibi non loquitur in delegato apostolico dato ad prouidendum de beneficio,vel ad conferendum beneficiū. Et eodem modo potest responderi ad notata per Barto.in.l.ij. ff.de opti.lega.dictum tamen Innocen.non bene videtur iure probari.Nam ad.c.cum terra.allegatum per eum,potest responderi quod loquitur in ijs,qui ex potestate ordinaria habēt eligere,⁊ sic actum facere:quo casu aliud videtur quam in potestate delegata,vt supra tetigi.Item nō obstat.c.relatuz infra de preben.quia ibi dicitur quod quis non debet habere inane nomen canonici.quod potest intelligi quando prouisio de canonicatu fuit valida.vnde non probat quod si delegatus ꝓuidisset ⁊ prouisio fuisset nulla,quod ipse posset iterum prouidere.Et pro hoc etiam potest responderi ad.c.relatum infra de cleri.non residen. Item ad.c.significasti.supra allegatum per Imo.potest responderi quod ibi mandatum fuit factum per delegatum ordinario vt exequatur sententiam validā ipsius delegati:qui ordinarius ex iure suo propter mandatum sibi factum potest exequi:si tamē non exequitur,potest delegatus exequi:quia non dicitur functus officio suo,ex quo restat executio actus validi:vnde secus esset,si tulisset sententiam nullam,quia functus esset officio suo.l.iudex ff.de re iudica.Et sic patet quod de iure non bene videtur ꝓbari theoricam Innocen.inquātum voluit quod in actibus extra iudicialibus si actus fit ex potestate delegata a papa vel principe, ⁊ actus sit nullus,quod possit iterato actum facere.Et vt dixi, multum contra eum facit dictuz.c.si compromissarius.lib.vj.de electi.⁊ per Barto.in.l.ij.ff.de opti.lega.licet posset responderi, vt dixi,tamē vt dixi.s.doct.transeunt cōmuniter cum theorica Inno.quā do.Anto.nititur saluare eo modo,quo dixi supra ⁊ saluatio videtur potius sapere equitatem,quam iuris rigorem.

16 ¶ †Ulterius quia dictum est superius quod vbi sententia lata ab ordinario est nulla,potest ipse ordinarius iterato sentētiare, quia non expirat potestas ordinarij per sententiam nullam, etiā diffinitiuā:potest queri de aliquibus.Et primo an possit cognoscere de principali causa antequam cognoscat de nullitate sentētie.Dic quod sic si nullitas apparet ex ipsa sententia,alio extrinseco non probato:vt quia lata est condemnatoria in actione personali nulla quantitate expressa:vel quia in ipsa apparet expressus error.Facit.l.j.⁊.ij.C.que senten.sine certa quantita.⁊ quod habetur in.c.j.infra de sentē.excō.c.per tuas.Si autem nō liquet ex tenore sententētie de nullitate:tunc si est talis nullitas,de qua verisimiliter iudex est informatus,vt quia allegatur defectus cōditionis,vel alius,qui pendet a facto iudicis:⁊ tunc non est necessaria aliqua cognitio:quia de hoc debet esse certus.s.de rescriptis ab excōmunicato.Secus si est talis defectus,de quo verisimiliter non est informatus,vt quia sententia fuit lata contra minorē vel furiosum indefensuz,⁊ iudex hoc ignorabat:⁊ tunc opz quod de hoc cognoscatur antequam pronuntiet vel cognoscat de causa principali.Facit quod habetur in.l.pōpo.ff.de re iudi. ⁊ per Barto.in.l.iudex eod.titulo ⁊ in.l.si vt proponis.C.quomodo ⁊ quando iudex.Secūdo potest queri an antequā cognoscat de causa principali,sit necesse quod pronuntiet super nullitate.Dic quod si principaliter in libello est petitum sententiam declarari nullam,⁊ iterato de causa cognosci,⁊ hoc vt sententia cōformetur libello infra de simo.c.licet Hely.Secus si petatur iterato de causa cognosci,cuz sentētia sit nulla,quia tunc petit pronunciari super causa principali,⁊ non est expediens quod super nullitate pronuntietur expresse:sed sufficit tacite pronuntiari.C. de ordi.iudi.l.i.⁊ de ordi.cog.c.j.Et facit quod notat Bart.in.l. conquerebatur.ff.de re iudica.⁊ dicta l.si vt proponis.

17 ¶ †Tertio potest queri an prima sententia existente nulla possit ex eisdē actis pronunciari ⁊ sententia reformari. De quo tetigit glossa infra de re iudi.in.c.ad probandum.⁊ est bonus tex. de elec. dudum.ij.⁊ tangit Barto. in.d.l.si vt proponis.⁊ in dicta.l.cōquerebatur.⁊ in.l.si expressim. ff.de appella.⁊ quod notatur etiam aliquid in.l.si accusatoribus.C.qui accusa.non pos.⁊ facit quod habetur in.c.qualiter ⁊ quando lo.j.infra de accu.in prima glo.cōclude quod aut vitium concernit pariter sententiam,⁊ acta:aut concernit sententiam tantum,⁊ non acta.Aut concernit sententiam,⁊ partem actorum.Primo casu quādo pariter cōcernit sententiam ⁊ acta,vt quia allegatur defectus iurisdictionis,vel quia acta ⁊ sententia sunt facta cōtra minorem indefensum, vel deficiunt in fundamēto contestationis litis:⁊ tunc oportet quod omnia intentētur de nouo.dicto.c.dudum.⁊ facit quod nota.gl.in dicto.c.ad probandum,⁊ quod in dicta.l.conquerebatur. Scdo casu quando vitium concernit sententiam tantum,⁊ non acta, vt quia fuit lata die feriata vel expresso errore in sentētia:⁊ tūc quia sententia nulla non fuit instantiam.poterit iterato sententia ex eisdem actis ferri facit quod notatur in dicta.l.conquerebatur.⁊ maxime per Bart.⁊ in dicta.l.si vt ꝓponis.⁊ in dicta.l.si expressim.Tertio casu quando vitium sententie concernit sententiam ⁊ partem actorum:⁊ tunc si illa acta ab alijs sunt diuidua, que sunt vitiosa illa solum erunt iteranda.Exemplum si lite cōtestata mortuus est ille,contra quem procedebatur. et successit ei heres ⁊ processum est post mortem cōtra ipsum.qui erat defunctus,non valerent tunc acta talia.l.de qua re.ff.de iudic.⁊ ideo oportet tunc quod illa que sunt facta a tempore mortis,reiterentur:non autem erit necesse reiterari contestationem ⁊ alia precedētia:quia

18 † vtile ꝑ inutile non vitiatur, quando est separabile infra de regu.iur.vtile libr.vj.Secus si essent acta indiuidua, vt quia contestatio litis esset facta die feriata in honorem dei et sic non valeret,licet alia acta fierent diebus iuridicis,⁊ sic nō haberent idem vitium quod habet contestatio,⁊ videantur esse acta separata tamen quia habent se indiuidue ad contestationem,ex eo quia lite non cōtestata,vel contestatione existente nulla,acta sequentia non possunt valere infra vt lite cont.c.i.tunc contestatio in qua fuit vitium ⁊ etiam alia sequentia tanquam indiuidue se habentia ad illam,debebūt iterari. Facit quod notatur in locis preallegatis.

19 ¶ † An autem in causa appellationis iudicari debeat ex eisdem actis.Dic quod sic:quia acta facta in causa principali,prosunt etiam in causa appellationis infra de appellat.in c.per tuas.⁊ facit quod nota.in.c.in presentia supra de renuntia. ⁊ in.l.ita demum.C.de procura.⁊ in.l.fina.C.de tempo.appella. Et vltimate etiam potest queri an retractata sententia per restitutionem in integrum,possit ex eisdem actis sequi sentētia.Bar. etiam tangit in.l.j.C.de sentē.adu.fis.la.libr.x.⁊ ibi concludit qđ sic quia restitutio in integruz restituit.ad primam instātiam.allegat quod habetur in.l.j.C.si aduersus libertatem. Sed.d.Ant. dicit hoc verum,quando lesio solum concernit sententiam:quia non debent tunc iterari acta. Secus si lesio surgeret ex actis simul,ex sententia:quia tunc iteranda erunt acta ex eo, quia illa cum sententia per restitutionem in integrum rescindetur in dicto casu ⁊ hec sufficiant de ista decreta. Sequitur decretal.consultationibus.

Consultationibus.

Reo absente nō ꝑ cōtumaciā delegatus datus etiam ad diē nō restituet actorē possessionem ⁊ deiectionem probare volentem.h.d. Cōmunis diuisio,secunda ibi: Sup quo respondemus. ¶ Not. practicam impetrādi rescriptum super possessorio recuperande.

1 † Nota a sensu cōtrario quod spoliatus per iudicem nō videtur restituendus quod intellige verum, nisi sine ordine iudiciario fuisset spoliatus:vt.j.de restitu.spoliato.c. conquerente ⁊ nota iij.q.j.in summa. ¶ Nota a sensu cōtrario q absentās se iudicio

cepto vel post habitam notitiã literarum presumitur malitiose se absentasse, etiaʒ si ex pbabili causa se absentet. Facit quod not. Inn. in. c. fi. ꝟ. de eo, qui mit. in pos. Et facit qd no. per gl. ꝛ Bar. in. l. fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex qui. cau. in pos. ea. ꝛ p Dy. 2 in regula pro possessore. de regu. iur. in. vj. † Not. duo, que habet probare pretẽdens se spoliatum, ꝛ petens se restitui. Nam debet probare spoliationem, ꝛ se possedisse tempore spoliatiõis. Facit ꝟ. de restitu. spolia. in. c. cum ad sedem. ¶ Not. qd absentia causa studiorum vel peregrinationis dicitur esse probabilis absentia. Facit quod habetur in. l. nec non. ff. ex qui. cau. maio. Et de multiplici absentia nota. per glo. in. l. fin. ff. de restitu. in integr. ꝛ ꝟ. de procura. in. c. querelaʒ. ꝛ. ij. q. vj. biduũ. §. si aduersus. ¶ Nota ꝙ licet labatur tempus iudici nõ propterea põt procedere, nisi quatenꝰ de iure permittitur. de quo. ꝟ. c. cõsuluit. ꝛ facit quod not. s. eo. de causis in prima glo. Et ex hoc etiam no. qd mãdatum precise factum de re restituenda infra tempus recipit limitationem, 3 si liqueat causa, ꝛ parte presente. ¶ † Not. qd cõtra absentem nõ p cõtumaciam nõ potest deueniri ad diffinitiuam lite nõ cõtestata. Secus videtur si p contumaciam. De quo vltimo an pcedat tangitur in glo. fina. ꝛ tangitur super ea. ¶ No. de intellectu huius verbi constiterit quia id dicitur iudici constare, quod ei constat parte presente, vel per contumaciam absente. Facit. l. in causa. §. causa cognita. ff. de minor. Et per hoc etiam not. qd id non dicitur constare iudici, quod ei probatur parte nõ absente contumaciter nec legitime citata. In gl. prima in fine, ibi: ꝛ dic eodem modo. Supple suppleri debet maxime. ꝛ pcedit hoc casu hec expositio secũdum intellectum glo. fina. que tenet qd etiam contra contumacẽ non possit procedi ad diffinitiuam lite nõ cõtestata in possessorio recuperande. Nam tunc dum litera hic dicit antequam ꝛc. bene opꝫ suppleri maxime quia idem si post notitiã literarum se absentasset ante litis contestationem sed secũdum aliam opin. que fuit Hug. non deberet subaudiri maxime. ¶ In glo. ij. ibi: solutio, aliud est ꝛc. not. bene glo. que ponit tria vt diuersa. primum declarat in ver. si aliquis. Secũdum in ver. si aũt vocatus. Tertium in versi. aliud est possessionẽ restituere. ¶ In ea. glo ibi: si non defendatur boni viri arbitratu. Aduerte, quia vltra hoc requiritur antequam iubeãtur bona possideri, quia illud fit ex secũdo decreto qd precedat primum decretum. hoc est iussus iudicis, vt mittatꝰ agens in possessionẽ bonoꝝ conuenti ꝛ fiat missio causa custodie, que faciliter fit quãdo quis non comparet legitime citatꝰ, cum sit modici preiudicij: ideo sufficit ad cõsequendum ipsum primuꝫ decretum ꝛ missionem causa custodie que non tribuit verã possessionem summat im vt. ꝟ. eo. dicit gl. quod debitum probetur p iuramentum calũnie. per id quod no. 4 per gl. in. c. quoniam. §. fi. ꝟ. vt lite non cõtesta. Et † intellige etiã quod debet precessisse trina citatio vel vnica citatio ad hoc vt veniatꝰ ad primum decretum seu ad ipsam missionem causa, custodie: vt plene nota. in. l. si finita. §. Julianus. ff. de dam. infec. per glo. ꝛ per Bar. Nam tunc si taliter citatus est contumax, ꝛ non defendit quod patebit ex eo qd nullus comparet, et quia fuerũt citati amici, ꝛ etiam edictum generale propositum, quod si qui essent qui vellent eum defendere cõparerẽt infra talem terminũ p id quod not. glo. in. l. ergo. ff. ex qui. cau. maio. ꝛ in. l. hic autem §. fi. ff. ex quibus cau. in pos. ea. ꝛ tũc si nullus comparet prestito sacramento de calũnia, ad instantiam actoris procedetur ad primum decretum, ꝛ decernet iudex qd mittatur in possessionem causa custodie, ꝛ demũ expectabiꝰ per aliquod tempus ipse absens antequam deueniatur ad secũdũ decretum. quãtum autem debeat esse tale tẽpus, legiste communiter tenẽt quod sit arbitrarium, vt voluit glo. in. l. fina. C. de excep. rei iudi. ꝛ Bar. in dicto §. Julianus. ꝛ hoc quia non bene videtur hoc a iure determinatum: ꝛ sic videtur arbitrio iudicis relinquendum. s. eo. de causis Et pro hoc etiam illa verba posita hic, in glo. dum dicit, boni viri arbitratu bona eius possidentur. que habentur in. l. Fulcinius allegata in glo. Sed Inno. in. c. dilecto. ꝟ. de verb. signi. vbi tractauit de materia huiꝰ. c. dixit quod est tempus anni. arg. c. quo 5 niam. §. in alijs. ꝟ. vt lite non contesta. potes dicere † quod equuꝫ sit iudicem arbitrari de anno, per id quod dixit Inno. in dicto c. dilecto nisi alia iusta causa suaderet oppositũ ꝛ electio dicto tẽpore post missionem factam ex primo decreto poterit reus instare vt deueniatur ad secũdũ decretuꝫ. vnde iterato eterit citãdꝰ trina citatione ipse absens ad domum sue habitationis: ꝛ similiter erit facienda citatio generalis, de qua dixi circa principiuꝫ decr. ꝛ tunc nemine comparente ad instantiam actoris iudex procedet ad secundum decretum contra absentem latitantem, seu qui se absentauit causa se absentandi a iudicio ꝛ fraudandi creditores, iudex poterit procedere ad secundum decretum quod fieri potest altero de duobus modis. vno modo adiudicando actori tot, bona, de quibꝰ est missus ex primo decreto quod satisfiat sibi de debito ꝛ expensis: ꝛ sic iudex per secundum decretum adiudicabit ipsa bona ipsi actori. ꝛ iubebit illa per ipsum possideri. Et sic debet intelligi glo. ꝛ post talem adiudicationem factam ex secundo decreto acquiret actor veram possessionem ꝛ verum dominium, si ille, cõtra quem facta est immissio, erat dominus: alias acquiret ius quod ille habebat. Facit quod leg. ꝛ nota. in. l. pretoris. in principio. ff. de dam. infec. ꝛ hoc voluit glo. hic dum 6 dixit possideri iubentur. † potest etiam secũdo modo interponi secũdũ decretuꝫ vt iudex decernat bona illa, in quibus est immissus ex ipso primo decreto ipse actor vendi vt satisfiat ipsi actori de debito ꝛ expensis antequam iudex secundum decretum cõcedet debebit sibi fieri plena fides de debito propter magnum preiudicium quod generatur absenti: ꝛ sic per instrumẽtum publicum debebit fieri fides vel per testes idoneos. Dicetur tamẽ tunc summaria probatio, quia facta parte absente. facit. l. j. cum ibi notatis. C. quorum appella. non reci. ꝛ sic debet intelligi gl. in. l. cum pponas. allegata in gloss. ꝛ in. l. hereditarium. de bo. autor. iudic. possi. ff. ꝛ in. l. Fulcinius. §. cum hoc. ff. ex qui. cau. in possess. ea. Et per hoc patet intellectus gloss. hic, dum dixit, ꝛ etiam venduntur: quia tetigit modum interponendi secundum decretũ de quo pxime dixi. Et de materia primi ꝛ secundi decreti plene per glo. ꝛ Dy. ꝛ Bar. in. l. si finita. §. Julianus. ff. de dã. infecto ꝛ per Cy. in. l. cum proponas. C. de bon. autor. iudi. pos. ꝛ in specula. de primo ꝛ secundo decreto: ꝛ maxime in titu. de secundo decreto. §. nunc dicamus. versi. illud autem. in ea. gl. ibi: ꝛ secundum quod dicitur in auten. Supple, quia licet olim ex primo decreto fieret missio in omnibus bonis hodie non debet fieri in omnia, sed solum in tot, quot sufficiant ad mensuram debi- 7 ti declarati in libello ꝛ expẽsarum. Et † no. ex supradictis quatuor precipue requiri, vt possit deueniri ad secundum decretum primum est, quod precedat primum decretum. secũdũ est quod quis fraudãdi causa ipsum agentem latitet. Tertio quod plene constet de debito, vt dixi supra licet certo respectu possit dici qd sufficiat summaria probatio, scilicet quia fit parte absente, vt predixi. ¶ Quarto requiriꝰ quod tempus anni, vel arbitrium sit lapsum post interpositionẽ primi decreti. Facit quod nota. glo. in dicta. l. Fulcinius. §. cum hoc. ꝛ quod ibi notatur etiam per Barto. An autem vt deueniatur ad secundum decretum contra latitantem requiratur quod reus latitet nedum tempore secũdi decreti, sed etiam tempore primi. licet de hoc fuerint op. tene quod sufficit quod latitauerit tempore interpositionis secundi decreti, per. l. ignorare. C. de testamẽ. mili. ꝛ notat Barto. in dicta. l. Fulcinius. ꝛ in dicto. §. iulianus. Et quod dictum est, latitationem requiri, saltem tempore secundi decreti. intellige verum, nisi interponeretur primum ꝛ secundum decretum ex causa noxali vel quasi, vt est causa damni infecti: qꝛ tunc in tali causa etiã contra non latitantem peruenitur ad secũdum decretũ. l. ij. §. fi. ff. si ex noxa. causa. ꝛ. l. si finita. §. si forte. ff. de dam. infec. ¶ In ea. 8 ibi: ꝛ hoc ex impersonali† nota bene ex glo. quia dixit quod contra quem libet potest perueniri ad primũ decretum, etiã si sit absens ex causa probabili vel necessaria. Et ratio est. quia p illud fit modicum preiudicium. nam solum fit missio in possessionem causa custodie: ꝛ sic nõ auferꝰ possessio absenti: quia aliud est esse in possessione causa custodie, aliud possidere. l. si quis ante. ff. de acq. 9 possess. † Sed regulariter non peruenitur ad secundum decretum contra non latitantem: quia illud est magni preiudicij, cum per illud auferatur dominiũ ꝛ possessio reo, vt predixi. Aduerte tñ quia hoc fallit in causa noxali vel quasi, vt. s. dixi. ¶ Item fallit quando expediret absẽti perueniri ad secundum decretum potius, quam differri, forte propter debitum, quod quotidie crescit: vel si dilatio allatura est periculum creditori. Nam tunc poterit deueniri ad secũdum decretum cõtra absentem, quãdo non latitat dato tamen prius creditore curatore bonis non defensis per. l. Fulcinius. §. adeo. ff. ex qui. cau. in pos. ea. Nam si concediꝰ contra furiosuꝫ ꝛ pupillũ, vt no. glo. in. l. si nõ expedierit. ff. de bonis auto. iudi. possi. et etiam contra absentem causa rei publice vt nota. in. l. eum qui per glo. ff. de priuile. credi. ꝛ per Inno. in. c. dilecto. ꝟ. de verbo. signi. fortius habebit locum in alijs, quãuis non latitent, vt voluit etiam Innocẽ. in loco preallegato. ¶ Et si dicatur quod contra predictos videlicet furiosum ꝛ pupillum datur ficta contumacia propter eorum tutores, quod non videtur contingere in alijs. dic quod hoc tex. non ponderauit in dicto. §. adeo. imo ibi expresse dicit quod fit missio contra dictas 10 personas, ꝛ venditio, etiam si nullus latitat. ¶ † Item nõ obstat si dicatur quod tam graue preiudicium non debet fieri absenti non contumaci, iuris ordine non seruato: quia respondet Innocen. in loco preallegato, quod hoc contingit propter multa mala, que possent oriri, nisi id sic fieret, quod procederet ad secũdum decretum, licet rarissime id fieret, nisi contra latitantem: et tunc subest causa, scilicet ipsa latitatio. Preterea vt dicit Inno. prouisum est talibus de remedio: quia si fiat venditio, cum re vera non

ra non subesset debitum, ageretur preiudiciali in rem ad recuperationem rei vendite, vel etiam ad rescindendum contractum. si non fuerunt vere cause venditionis, puta si non fuit vtile venditionem fieri ijs, pro quibus venditio est facta suorum bonorum, vel si non erant grauati debitis vel si dilatio non erat allatura preiudicium creditoribus, vel si iudex nimium festinauit. l. si finita. §. si forte. ff. de damno infec. et in. l. imperatores. ff. de priuileg. credito. ¶ Dicit tamen hic dominus Anto. quod cum venditio permittatur in pupillo et furioso propter longam dilationem debiti in absentem, hoc non procedere, nisi latitaret, vel esset absens, ita quod non speratur de proximo presentia, puta quia esset in captiuitate, vel in longinquis partibus. ¶ Quid

11 autem † si fiat venditio contra non latitantem, tanquam contra latitantem, an valebit? Dicit Innocen. in dicto. c. dilecto. quod vel ipso iure non valebit, vel per beneficium restitutionis in integrum rescindetur: vt in dicto. §. si forte. facit quod notat glo. in. d. l. Fulcinius. §. cum hoc. et §. si quis possederit. ¶ Bart. in dicto. §. si quis possederit. dicit quod si facta sit venditio eo casu, quo requiritur latitatio, tunc ipso iure non valebit venditio, tanquam facta contra formam iuris. l. cum ij. §. pretor. ff. de transactio. Secus si sit facta, vbi non requiritur latitatio, puta in causa noxali vel quasi: quia tunc tenebit venditio, sed poterit rescindi per beneficium restitutionis in integrum, si absens erat ex causa probabili ille, contra quem facta est missio, vel ignorauit processum contra eum factum, per id quod habetur in. l. j. in fin. et. l. necnon. ff. ex quibus causis maio. ¶ Dicit etiam Jo.

12 Andr. in dicto. c. dilecto. † quod cum ista sententia primi et secundi decreti sit interlocutoria, vt notatur per glossam in. l. presenti. C. de ijs qui ad ecclesiam confug. quod si iudex videat se deceptum, poterit illam reuocare, et venditionem ex illa secutam et solutionem agenti factam. argumen. l. magis. §. si enim. ff. de rebus eorum. et de appellatio. in. c. cum cessante. et dicta. l. cum ij. §. pretor. Sed certe hoc dictum non videtur procedere in delegato: quia non videtur durare eius officium post interlocutoriam secundi decreti executioni mandatum, cum illa videatur habere vim diffinitiue. secundum notata per glos. in clemen. fi. de appella. Et facit quod habetur in. j. c. precedenti. et quod ibi dictum fuit, et quod notat Bart. in. l. quod iussit. ff. de re iudicata. sed in ordinario posset procedere dictum Joan. And. quia aut dicemus venditionem fore nullam propter deceptionem: et ipse idem poterit reuocare, ex quo ordinarius est, vt dictum fuit in c. precedenti. Aut dicimus ipsam esse aliquam, sed rescindendam per beneficium restitutionis. quod quando fit. supra dixi: et tunc ipse posset restituere. l. preses. et. l. prefecti. ff. de minorib. Poterit etiam ipse non latitans appellare intra decem dies scilicet a tem-

13 pore sententie. l. ab eo. C. quomodo et quando iudex. ¶ † Iuxta predicta potest queri an contra ecclesiam possit fieri commissio et venditio in contumaciam ipsius ecclesie. Dic quod sic eo casu, quo dixi posse fieri cum pupillo cum minori equiparatur ecclesia. de restitu. in integrum. c. j. ¶ Et quia facta est mentio de latitatione, potest queri quid sit latitare. Innocen. in dicto. c. di-

14 lecto. dicit quod † latitare est non obedire vocationi, sed citatio ni iudicis. Allegat. l. si creditores. ff. de priuileg. credito. Dicitur etiam latitare ille, qui turpiter se occultat in fraudem aduersarij. dicta. l. Fulcinius. §. quid sit latitare. Et dicitur turpiter se occultare, quando non subsistente legitima causa se occultat in fraudem aduersarij, vt ibi dicitur. ¶ Et predicta omnia superius procedunt, quando agitur actione personali, et sic contra obligatum personali actione. ¶ Si autem agitur contra aliquem absentem actione reali, seu rei vendicatione, vel Publiciana, tunc habet locum quod sequitur in gloss. in ver. si aliquis absens, etc. ¶ In eadem gloss. ibi citari debet ad domum. Supple, trina citatione per ea, que supra dixi. ¶ In eadem glos. interrogandi sunt amici. Supple, et etiam debet fieri citatio per edictum generale, si qui sunt, qui velint defendere talem, compareant infra talem terminum. Facit quod nota. per glossam et Barto. in. l. hoc autem. ff. ex quibus causis in possessio. eat. et quod dixit gloss. de interrogandis seu citandis amicis, cautum est illud seruare, per ea que habentur in dicta. l. hoc autem. §. fina. et in. l. ergo. allega-

15 ta in glo. ¶ † Aliqui tamen dicunt quod non est necesse amicos citari, nisi quando proceditur contra personam priuilegiatam: vt notat Cy. in dicta. l. cum proponas. C. de bon. authori. iudi. possid. Facit quod notat gloss. in clemen. j. de rescriptis. et in clemen. j. de iudic. Bartol. tamen transit cum glos. in. §. Julianus. allegato supra. ¶ In eadem glos. ibi ad domum legitime. et sic debebit fieri trina citatio, per id quod supra dixi. Et etiam videtur quod citandi sint amici, saltem per edictum generale, si qui sint, qui velint defendere talem, etc. per id quod supra dixi. ¶ In eadem glos. ibi: vel ad appellandum. intellige hoc verum, quan-

16 do post annum venit ipse reus, † cum actor per lapsum anni a tempore missionis in possessionem computandum videatur effectus verus possessor, per ea que habentur. j. vt lite non contest. c. quoniam. §. in alijs. sed ante solum est possessor causa custodie: et ideo si reus veniat infra annum non egebit restitutione in integrum: quia recuperabit detentationem illam, soluendo expensas contumacie, vt infra etiam sentit glos. circa finem. in versi. etiam sine iusta causa. ¶ Et not. bene hanc glo. que vult quod sicut missus in reali, secundum opinionem Canonistarum, de qua in. §. in alijs. preallegato. et in. §. fina. et. c. contingit. j. de dolo et contuma. infra annum non est verus possessor, sed demum post annum. Sic etiam fit, quando agitur possessorio recuperande. Et cum glos. transeunt docto. Sed certe glos. non videtur bene dicere: quia interdictum recuperande est actio personalis, cum omnia interdicta sint personalia. l. ij. ff. de interdictis. licet aliqua sint in rem scripta, vt ibi patet: sed hoc interdictum vnde vi non est in rem scriptum, vt est text. singularis in. l. cum a te. ff. de vi et vi arma. Et ideo sicut in alijs personalibus missus in possessionem causa rei seruande, post annum non efficitur possessor, sed etiam videtur nec missus in possessionem virtute interdicti vnde vi, et sic virtute recuperande non videtur post annum effici verus possessor. licet glos. hic voluerit contrarium quam tene menti: quia cum illa transeunt docto. ¶ Item aduerte quia glo. dum supra dixit, si daretur restitutio quasi diffinitiue procederetur: videtur

17 velle † quod sententia lata in possessorio recuperande dicatur quasi diffinitiua: et sic non sit vera diffinitiua. Docto. communiter tenent contrarium, videlicet quod imo sententia, que fertur in possessorem, est diffinitiua, per id quod habetur in. c. fin. de iudi. et in clemen. j. de sequestra. et notat glos. magna ad fin. in. c. cum ad sedem. de restitu. spolia. et per hoc quia talis sententia diffiniuit articulum possessorij, et quo ad ipsum articulum non speratur alia sententia: ideo merito potest dici diffinitiua. ¶ Glo. tamen potest saluari certo respectu: quia licet diffiniat articulum possessorij, non diffinit omnino irreuocabiliter: quia poterit esse quod per sententiam, que feretur in petitorio, aduocabitur possessorio a possessore, et sic in effectu reuocabitur ipsa sententia super possessorio: et ideo hoc respectu potest dici quod non vere et totaliter diffiniat. Facit quod habetur. j. de instit. c. cum venissent. vbi videtur esse tex. quod dicatur interlocutoria. ¶ Do. Ant. hic

18 dicit † quod si accumulatum est petitorium et possessorium simul et diffinitur prius possessorium, sententia talis super possessorio erit interlocutoria, si speratur sententia in petitorio, que absorbeat effectum sententie possessorij. j. de causa poss. in. c. cum dilectus. Et facit quod not. Inno. in. d. c. cum venissent. siue non esset accumulatum petitorium cum possessorio, sed condictio. l. si quis in tantam. C. vnde vi. tunc sententia esset diffinitiua, vt voluit glo. in. c. ad sedem. j. de restit. spoli. ¶ Si autem intentatum esset nudum possessorium. tunc potest dici sententia super possessorio diffinitiua, qua diffinit ipsum possessorium: et sic respectu talis articuli potest dici diffinitiua: sed si habeatur respectus ad iudicium proprietatis, quod poterit intentari, et attrahere ad se effectum possessorij, per ea que habentur in. d. c. cum dilectus. potest dici interlocutoria: quia reuocaretur in effectu, si obtinea tur. Si autem probationes deficerent in petitorio, que communiter sunt difficiles. j. de resti. spol. sepe. tunc satis potest dici sententia lata super possessorio diffinitiua. Et propter predicta glo. hic caute appellat sententiam latam in possessorio quasi diffinitiuam quasi voluerit quod proprie non sit diffinitiua nec interlocutoria, sed teneat medium. Et sic residet do. Ant. communiter tamen tenetur quod. s. dixi. ¶ In eadem glo. in fin. et ex predictis patet quare iste non fuit auditus petens restitui: quia ideo non fuit ex eo quia non erat lis contestata. et ideo hoc casu non esset vis an iste esset absens ex causa probabili, an vero contumaciter: quia etiam

19 si contumaciter esset absens, adhuc procederet quod hic dicit quod † non est facienda restitutio per diffinitiuam lite non contestata, vt tangetur cum glos. fina. ¶ Sed contra hoc videtur facere tex. infra de pignor. ex literis. Sed dic, licet domi. Anto. sic satis instet, quod ibi bona viri erant obligata et hypothecata pro dote mulieris: et ideo bona, que ibi habebat frater mariti, dicit ibi litera quod debent restitui mulieri. quod est intelligendum per rationem hypothecariam, et seruato ordine iuris. E. sic non dicitur ibi quod possit procedi ad diffinitiuam lite non contestata. ideo non habet obstare. ¶ In gloss. fina. ibi, mutat casum. hec solutio videtur literam violare, que videtur prosequi eundem casum et quia exceptio debet esse de regula, vt notatur de regulis iuris, super rubrica. et facit quod habetur in. c. maiores. visibiliter infra de baptis. ¶ In eadem glo. ibi: vel mutetur tantum. hec non videtur etiam bona: quia supra locutus est de vera possessione, et exceptio debet esse de regula, vt proxime dixi: et ideo etiam hic in exceptione dicitur loqui de vera possessione, et non de illa, que datur causa custodie. ¶ Sequens etiam intellectus

qui fuit Hugo. nõ videtur etiã bonus: quia secũdum hoc iste tex. esset correctus p ea que habẽtur vt lite nõ cõte. in rubro ⁊ nigro. ⁊ p id quod nota. eo. titu. c. j. in glos. penul. vnde alij dixerunt qd hic loquitur quando agitur possessorio super beneficio: ideo tũc potest procedi lite non contesta. nec deberet fieri missio. per id qd habetur in. c. vno. de eo qui mit. in pos. libr. vj. Sed certe, vt dicit Joan. Andr. illa decret. nõ emanauerat tempore huius. c. Preterea hic etiã loquitur quando agitur possessorio super alia re, vt patet ibi: vel possessione qualibet. preterea etiam est dubium an quãdo agitur possessorio in beneficialibus habeat locum dictũ c. vnum. quia glos. ibi videtur sentire quod non. Archidiac. tamen ibi contra. de quo dic vt ibi. Et propter predicta dicit Jo. And. post Hostien. † quod hic speciale in casu isto, quando limitata est iurisdictio iudicis. Nam tunc poterit procedi lite nõ contestata contra cõtumacem possessorio recuperande odio spoliantis ⁊ contumacis: ⁊ sic secus sit in alio possessorio. Sed certe etiã in possessorio recuperande non proceditur ad diffinitiuam contra contumacẽ lite non contestata, vt patet in. c. ij. vt lite nõ cõte. nisi dicatur quod ibi loquitur, quando tempus non erat statutũ ipsi delegato. Facit ad predicta quod notauit in simili Jo. An. de emptio. ⁊ vendit. in. c. peruenit ¶ Domi. florẽ. hic dixit quod text. in verbo, nisi. potest intelligi quod procedatur contra contumacem etiam lite non cõtestata non ad diffinitiuam. sed ad primum ⁊ secũdum decretum: ⁊ sic fiet vera restitutio possessiõis per secũdum decretum. facit quod dictum fuit in glos. ij. non autem proceditur ad diffinitiuam, ex quo lis non est contestata vt predixi. Et iste intellectus videtur satis bonus. ¶ Aduerte tamẽ,

21 quia inter legistas fuerunt opi. † an requiratur cõtestatio in possessorio recuperãde vt possit procedi ad diffinitiuam. Nam Gui. de cu. tenuit quod non, in. l. omnes. ff. de restitu. in integr. Et pro ipso facit iste tex. licet ipse non alleget. Sed Barto. tenuit oppo. per id quod habetur in tex. ⁊ glos. in. l. fina. C. si per vim vel alio modo. vt ipse plene notat in. l. naturaliter. §. nil commune. circa finem. ff. de acquiren. posses. ⁊ pro ipso videtur casus, licet non alleget, in dicto. c. ij. j. vt lite nõ contesta. Nec obstat iste tex. quia potes respondere vel quod mutet casum, vt dixit glo. vel quod sit speciale in casu isto, vt dixit Jo. An. vel quod intelligatur de misso in possessionem ex primo ⁊ scdo decreto. vt dixit do. floren.

22 nam ad illud beue proceditur lite non contestata: † quia sentẽtia primi ⁊ secũdi decreti dicit interlocutoria, vt nota in. l. si finita. §. iulianus. ff. de dam. infec. ⁊ per glo. in. l. presente. C. de ijs qui ad eccle. cõfugi. ⁊ etiã p Inno. ⁊ Jo. An. in capitu. dilecto. de ver. signi. quãuis ipsa sentẽtia secũdi decreti videat habere effectum diffinitiue, non tamen per hoc minus dicitur interlocutoria. facit quod nota. gl. in clemẽ fi. de appella. ¶ Feder. vero de senis in consilio. ccix. dicebat quod iste versi. loquitur quãdo proceditur per inquisitionem: quo casu bene potest procedi ad diffinitiuam lite non cõtestata. j. vt lite nõ contesta. quoniã. §. sunt ⁊ alij. Sed certe iste intellectus non procedit ad istum text. ex eo quia ita innuit litera literas ad instantiam partis concessas ⁊ impetratas.

23 Item † quia non habet locũ inquisitio, vbi agitur ad priuatum interesse vt nota. in. c. ad nostram. lo. ij. j. de iure iur. Joannes de Imola iuris vtriusq; doctor excellentissimus.

1. ☞ Delegatus vices delegãtis gerit in causa sibi cõmissa.
2. Iurisdictio delegata etiam ad personas nõ nominatas extẽdit.
3. Pena secũdum delicti qualitatem est imponẽda.
4. Prelati delictum punitur interdicto terre, cui pr
5. Pena interdicti que ⁊ qualis sit.
6. Delegatus suspendere, mulctare, ⁊ interdicere potest.
7. Interdictũ in terra latũ an sit generale, an vero speciale.
8. Sacerdos, cui papa cõfitetur, maior ipso papa censetur.
9. Sacerdotali officio interdicto, interdictum cẽsetur episcopale.
10. Episcopus an dicatur dominus, an vero rector ciuitatis.
11. Pena temporali quãdoq; vnus pro alio punitur.
12. Impediens alium extra iudicium, an teneatur.
13. Prohibitio alicui facta ne rem alteri tradat, quãdo obliget.
14. Creditor an agere possit cõtra debitorem, cui prohibitio facta est de non soluendo.

SAne quia. delegat⁹ pape in causa sibi cõmissa habet iurisdictionẽ in ordinarium, ⁊ in quemcunq; alium hoc dicit. Et in prima decisa cõsultatio. in secunda responsio secũda ibi: tue questioni duximus respondendũ. Et illa secunda tria facit, quia primo premittit responsionis causam. secundo respondet. tertio declarat respõsionẽ. scda ibi: ideoq;. tertia ibi: taq; ¶ † No.

1 primo q delegat⁹ in causa sibi cõmissa representat vices delegãti ⁊ sic si est delegatus pape censetur maior quocunq; ordinario.

2 Facit quod habetur de offici. ordin. c. pastoralis. † Nota quod iurisdictio delegata extẽditur etiã ad alias personas nõ noiatas

3 in rescripto, si turbent eius iurisdictionem. de quo. s. eo. c. j. † No. quod secũdum qualitatem cõtumacie ⁊ delicti imponẽda est pena. Nam pro maiori contumacia ⁊ similit pro maiori delicto maior pena debet imponi. Facit quod habetur. xxiiij. q. j. c. non afferamus. ¶ Nota quod delegatus debet temperare processũ, quẽ vult facere cõtra episcopum. quod intellige vt hodie habetur in

4 c. ij. j. eo. in. vj. ¶ † Nota qd propter delictũ prelati potest terra, cui preest ipse prelatus, quo ad spiritualẽ iurisdictionem subijci interdicto. Facit quod notat. Archidia. de sen. excommu. c. si sentẽtia. libr. vj. Et sic nota. quod propter delictum vnius interdum etiam alij non culpabiles possunt puniri. de quo plene per glo. j. q. iiij. in summa. ⁊ xxiiij. q. iij. in summa. ⁊ cõtingit hoc in pena interdicti secũdum do. florẽ. quia non est proprie pena, cũ per eam nihil auferatur de iure alteri⁹. Facit quod notat Joã. in

5 c. fina. de elect. libr. vj. vnde dicit etiam do. Anto. hic, qd † pena interdicti non est proprie formalis pena, sed potius est quedam restrictio ptãtis superioris, qui potest restringere celebrationem diuinorum, quando sibi videtur. ¶ Nota differẽtiam inter verbum rebellis, ⁊ verbum contumax quia rebellis dicitur: qui

6 non obedit. contumax autem qui non vult comparere. ¶ † No. delegatum posse suspendere, mulctare ⁊ interdicere. de quo in. c. j. ⁊ c. de causis. s. eod. ¶ Nota quod genitiuus denotat subiecti-

7 onem iurisdictionalem. de quo in. c. j. s. de postula. prela. † Nota quod interdictum latum in terra, dicitur ⁊ potest dici speciale interdictum. vt hic videtur colligi punctando ante verbum specialiter videtur tamẽ etiam posse dici interdictum generale, ex quo respicit totam terrã. de verbo. signi. in. c. cum in partibus. ¶ Et aduerte quod p debito pecuniario nõ debet subijci terra aliqua seu ciuitas vel castrum interdicto, vt hodie habetur in extrauaganti, proinde. de qua per Jo. An. in dicto. c. cum partibus. nisi expresse aliud datum esset in mãdatis: vt ibi notatur. ¶ In gl. ij. in fine. ⁊ pro glo. facit quia sacerdos in actu cõfessionis representat vices dei. de pe. dist. j. c. quem penitet. ⁊ de offi. ordi. c. si sa-

8 cerdos. † et ideo censet esse ipse sacerdos, cui cõfitet papa maior ipso papa in tali actu: quia tunc cõfitetur in priuata persona. Et pro hoc etiam facit quod habetur in. l. est receptũ. ff. de iur. om. iudi. ⁊ ij. q. vij. c. nos incompetẽter. facit etiam quod habetur in c. fina. j. de peni. ⁊ remis. vbi episcopus potest eligere sacerdotem cui cõfiteatur: ⁊ sic ibi in actu cõfessionis potest episcopus subijcere se minori. ¶ In glo. iij. ibi: cuius causa est commissa. idem tamen dicẽdum de alio episcopo si impediret iurisdictionẽ delegati, per id quod habetur in glo. sequẽti ⁊. s. eo. in. c. j. ⁊. j. e. pastoralis. ¶ In gl. temperate. ibi: propter dignitatẽ ⁊ hoc, hodie etiã est expressum in. c. ij. de offi. delega. libr. vj. ⁊ facit quod habetur in. c. quia piculosũ. de sen. excõ. lib. vj. ¶ In ea. glo. in fine. Solue vt ibi nota. per gl. que incipit simile. quia ibi loquitur in monachis, qui quãtum ad mũdum habentur pro mortuis. l. Deo nobis. C. de episco. ⁊ cleri. ⁊ ideo omnes cẽsentur pares, ⁊ nõ habere digni-

9 tatem. ¶ In glo. penul. ibi: alia nõ in dicta † potest, ⁊c. Supple que etiam tacite nõ intelliguntur interdicta. alias secus. nam interdicto officio sacerdotali intelligitur interdictum etiam officiũ episcopale: quia officium episcopale sine sacerdotali exercere nõ põt. j. de exces. prela. in. c. ex literis. Secus econtra si esset suspẽsus ab officio episcopali: quia per hoc nõ esset suspensus ab officio sacerdotali. Et de materia per Inn. in. c. tanta. ⁊. c. ex literis. de exces. prelato. In ea. glo. in fine facit, licet glo. nõ alleget, quod habetur in. c. cum dilectus. s. de constitu. In glo. fin. ibi: suo nomine cõuenit. Supple, ⁊ ex facto suo, secũdum Uincẽ. Sed Hostiẽ. ⁊ bene videtur intelligere idem esse qualitercunq; episcopus sit cõtumax ⁊ rebellis cõ iurisdictionẽ delegati. Et aduerte qr hic videtur casus quod propter delictum episcopi possit interdici ciuitas, cuius ipse est episcop⁹. Et hoc tenuit Tancre. per hũc text. ⁊ etiã videt sequi hic Host. ⁊ idẽ Archi. in. c. si sentẽtia de sen. excõ. lib. vj. Et pro hac opi. allegat tex. ibi dum dicit propter delictum

10 dñi vel rectoris terrã posse subijci interdicto † nã licet episcopus nõ sit dñs ciuitatis, tamẽ põt dici rector ipsius ciuitatis propter spiritualem iurisdictionem, quã habet in ipsa ciuitate. Et cum hac opi. trãsit etiam Joan. An. ⁊ Do. Anto. Do. tñ florẽ. dicit qd ad hũc textum posset rñderi qd loquitur de terra, in qua eps habet iurisdictionẽ iure speciali, vt videtur litera dicere dũ dicit ptinet specialiter: ⁊ sic videt loqui quãdo ptinet iure speciali ad eũ talit qd possit dici sua. Facit qd habet i. c. j. de post. prela. quãuis autẽ episcopus habeat iurisdictionem specialem in ciuitate, cui pest. ⁊ pcipue quo ad oẽs eccl'as ciuitatis ⁊ diocesis nõ p hoc vr q dicat ad iurisdictionẽ epi ptinere. sed ad iurisditionẽ illi⁹, qui illã hz tanquã suam. Et ad. c. si snia. in eo qd ibi dicit de rectore, dicit posse rñderi q eps nõ est simplr rector ciuitatis, sz solum quo ad iurisdictionem ecclesiasticam. Et ideo vr qd ille tex. hoc nõ probet. Nam etiã si pertineret ad eum cum alio, vel alijs nõ videret propter delictum ipsius episcopi terram interdicẽdã per id quod habetur in. c. j. de postu. prela. de quo etiam per eum in clemẽ.

in cle.j.de penis.in quarta questione.Et sic videtur velle ꝙ opinio Tancre.⁊ Hosti.non probetur iure.Et pro ipso etiam facit opi.Vincen.qui hic dixit ꝙ pro delicto episcopi solum terra vel eccl'ia ad eius mensam poterat subijci interdicto.¶ Sed aduerte quia si vis tenere opi.Tancred.que videtur cōmunis, potes dicere quod hic est casus pro illa opi.punctando literam post pertinet,ante versiculum specialiter.In ea glos.ibi.vlteri⁹ punitur.de hoc in glo.j.q.iiij.in summa.⁊ xxiiij.q̄ō.iij.in summa.⁊ in istis locis no.† ꝙ pena temporali interdū propter grauitatem delicti bene punitur vnus pro alio.l.quisquis.C.ad.l.Jul.maie.canonizata.vj.q.j.⁊ probatur etiam.j.q.iiij.§.Item peccato.sed pena eterna vel spirituali,si sit pena excōications, non punitur,nec debet puniri vnus pro alio:sed pena interdicti,licet sit spiritualis,bene potest aliquando puniri vnus pro alio,vt hic patet.⁊ ratio est, quam dixi in notabilibus. Extra glo.potest opponi,quia videtur ꝙ possit quis se opponere executioni iudicis,ꝓ ea que habentur.j.de re iudi.c.cum super.solue ꝙ si quis vult de iure se opponere allegando iustam causam contra executionem,pōtest:⁊ si grauaretur,posset appellare, vt in contrario.facit quod habetur in.l.a diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iud.vbi patet quod tūc iudex debet summatim ꝓcedere,audire ⁊ examinare ius opponentis. ¶ Aliquando qs vult de facto violenter contradicere ⁊ impedire iurisdictionem vel executionem:⁊ tunc non potest,Et ita intelligatur hic. Ulterius querit hic Inno.quia hic loquitur de impediente iurisdictionem delegati:† quid de impediente alium extra iudiciū: vt si quis prohibet debitorem tuum tibi soluere,quia dicit hoc nomen talis debitoris sibi delegatum:an poterit.Inno.dicere videtur ꝙ sic.nam dicit ꝙ non potest a tali prohibitiōe prohiberi:quia vtitur prohibens iure suo ar.l.iij.C.de noua.⁊.l.si fundum.C.de rei vendi.⁊.C.debitorem ven.pig.non posse impedire.l.j.facit quod habetur de elec.c.cum ecclesia. ¶ An autem contra talem prohibentem competat remedium illi,cui facta est prohibitio,vt remittat prohibitionem,videretur dicendum ꝙ sic,per id quod habetur in.l.j.in prin.⁊ in.l.de pupillo. §.qui remissionem.de ope.no.nun.Et hoc tenuerunt aliqui per dicta iura sed Inno.finaliter videtur tenere contrarium ex eo, quia ille,cui facta est prohibitio,potest habere aliud remediū, videlicet vt non soluat ei,cui prohibetur soluere,nisi ille caueat de defendendo eum aduersus prohibentem,per id quod habetur in.l.is a quo.⁊.l.sequen.ff.de rei vendi.Nec obstat.d.l.j.et.l. de pupillo.quia loquūtur in nuntiatione noui operis, per quā prohibetur quis edificare post denuntiationem,adeo ꝙ si edificetur,etiam si in rei veritate habuerit ius edificandi, demolietur seu destruetur quod erit edificatum post denuntiationem noui operis,si post illam,antequam edificaret,non obtinuit remissionē mediante iudice a dicta nuntiatione.dicta.l.j.in prin. ⁊ de noui oper.nuntia.c.j.⁊.ij.⁊ sic residet Inno.do.Anto. hic dixit ꝙ si aliquis prohibeat ex causa,vt quia dicit nomen sibi delegatum,tunc videtur velle ꝙ teneat prohibitio,per id quod habetur in.l.iij.C.de nouat.secus si sine causa. ¶ Sed aduerte primo inquantum Inno.⁊ do.Ant.⁊ etiam do.Flo.loquunt̄ quando quis prohibet alicui ne alteri soluat quia nomen suū fuit sibi delegatum,cum delegatio non possit fieri sine cōsensu ipsius debitoris.d.l.iij.C.de noua.⁊.l.delegare.⁊.ff.de noua.debitor debet scire si hoc est verum vel non:⁊ si est verum, clarum est ꝙ non potest soluere:quia nouata est obligatio primi creditoris per delegationem factam de nomine debitoris alteri.d.l. iij.si autem prohibens non diceret nomen sibi delegatum , sed iura cessa esse sibi contra illum debitorem : tunc non tenebitur debitor cedere , nisi faciat fidem ipse prohibens de cessione per instrumentum vel per testes idoneos.l.nomen.C.que res pig. ob.possunt.ibi:certior ⁊c.⁊ facit quod habetur in.l.si quis inficiatus.ff.depositi.⁊ not.Bart.in.l.non solum.§.morte.in materia protestationis.in.ij.principali questione.ff.de oper.no.nūtia.Et secundum predicta debet intelligi dictum Innoc.† Et per predicta etiam potest inferri quid si fiat prohibitio alicui ne talem rem alteri tradat:quia videtur quod talis prohibitio non habeat impedire:quia tradens potest habere remediū vt faciat sibi caueri si tradat per illum cui tradit , ꝙ defendit eum aduersus prohibentem:⁊ sic non videtur posse agi contra prohibentem vt remittat prohibitionem.Sed aduerte quia cōtra Innoc.facit,nam videtur ꝙ per talem prohibitionem ille , ad quem postea transfertur res,efficiatur male fidei possessor.d.l.si fundum.C.de rei vendi.⁊ sic videtur ꝙ certo respectu fiat preiudicium : et sic videtur posse agi vt remittatur prohibitio.do. Flor.hic dicit quod hoc casu poterit agi contra non habentē condictionem ex.l.diffamari.C.de inge.manu.vt voluit Cyn. in.d.l.si fundum.⁊ hoc modo poterit consuli contra prohibentem,licet aliter non petatur remissio prohibitionis.⁊ quod dixi eum,cui res traditur post prohibitionem fieri male fidei possessorem,procedit quando scit ius competere denuntianti vel prohibenti,vel erat in dubio,sed secus si esset certum illi prohibenti,nam competeret ius,per id quod habetur in tex.⁊ glo.in l.si maior.C.de rescin.vendi.Et hec procedunt in denuntiatione facta ante contractum:sed si fieret post contractum, nō noceret,nec faceret eum,cui fit,esse male fidei possessorem , per text. cum glo.in.l.penul.ff.de vsuca.pro emp. Et hoc quando quis acquirit ex titulo. secus si sine titulo acquiritur , quia tunc denunciatio videtur posse constituere quem in mala fide , etiam ex postfacto.l.item veniūt.§.petitum.ff.de peti.here. ¶ † Quid autem si quis prohibeat debitori meo ne soluat mihi, an non obstante prohibitione potero agere:dic ꝙ sic,ſm Innoc,quia prohibitio non est modus auferendi actionem, vel illam mihi impediendi,per id quod habetur in.l.sepe.ff.de re iud.Allegat etiam dictam.l.si fundum.C.de rei vendi.Attende tamē, quia Joan.And.hic ante glo.in ver.quid si quis.aliter videtur recitare Innocentium,quam recitauerim.s.post do.Flo.⁊ domi. Anto.tamen non insto,quia non magne vtilitatis,⁊ quia etiā magis videtur de mente Inno.quod superius recitaui. Et de materia etiam melius videtur dixisse Bar.in.d.l.non solum.§. mortis.in secunda principali questione.ff.de noui ope.nuntia.

1 ☞ Papa non presumitur valle derogare primo rescripto per secundum.
2 Rescriptum generale non valens nisi in vno verificari,vim specialis rescripti ob tinet.
3 Nepos ex fratre vel sorore potest immediate succedere patruo, vel auunculo.
4 Usura mentalis quare obliget ad restitutionem.
5 Legari qualiter possit duobus eadem res.

Ex parte. Si vnus impetrauit dignitatem primam in ecclesia vacaturam, secundus vero impetrat certam dignitatem si ipsā vacare contingat,illa postmodum vacante debetur dignitas primo impetranti , ⁊ non secundo. Et diuiditur in duas.nam in prima parte ponitur conquestio.in secunda ponitur prouisio.tertia ibi.Quoniam igitur si memores.Et premitte pro euidentia ꝙ in ecclesia conuentrieñ.ſm vnum intellectū erant due dignitates archidiaconales , sicut etiam dicitur de eccl'ia Parisiensi,vt in glo.magna tangit.j.eo.in.c. quoniam Abbas.si autem vnus solus archidiaconatus fuisset in ecclesia,tunc multo fortius procederet litera.† Nota ꝙ non videtur de intentiōe pape per postius rescriptū derogare primo,si de illo non facit mentionem.facit quod habetur.s.de rescriptis.c. ceterum.Et ex hoc etiam nota ꝙ nō presumitur papam in dubio velle derogare iuri alterius,nisi aliud appareat.facit quod habetur.j.e.ti.in.c.super eo. ¶ Not. ꝙ idem iudicatur de rescripto speciali quo ad mentem,licet sit generale quo ad verba q̄s iudicatur de rescripto speciali quo ad mentē ⁊ verba.Et ideo sicut de omnino specialibus debet fieri mentio , sic etiam de specialibus quod ad mentem tantū. ¶ † Nota ꝙ vbi rescriptū generale non potest nisi in vno verificari habet vim specialis rescripti,secundū do.Ant.,Sed certe hoc notabile videtur procedere,quando vnus solus archidiaconatus fuisset in eccl'ia: sed vbi fuissent duo,tunc poterat verificari in altero illorum quē primo vacare contingeret:⁊ tunc non in vno solo poterat verificari tamen tunc si contingat primo vacare archidiaconatū, super quo per secundum impetrantem specifica facta est impetratio:quia tunc primum ⁊ secundum rescriptū ad idem beneficium referuntur,⁊ differunt solum per certū,preferri debet primum rescriptū,vt hic patet. ¶ † Nota ꝙ nepos ex latere transuersali potest immediate succedere patruo vel auunculo in beneficio,si sibi conferatur.facit quod habetur.j. de arbitris.c.ij. ⁊.j.de accusa.in.c.accedens.secus in nepote ex linea descendenti,vt patet in.c.ad extirpandas.⁊ ibi nota.s.de filijs presbyte. ¶ In glo.ij.ibi.l.si pignus.ibi dicitur ꝙ si maritus est debitor vxoris,⁊ pro debito fuit pignus datum,ꝙ si vxor remittat, tenet remissio pro cautela debiti:quia nihilominus remanet substantia debiti,et ideo tenet remissio pignoris quo ad mulierē; sed si illud fieret in fraudem,non noceret eis.In ea.glos.ibi:sed secus in simoniacis.Nota bene differentiam esse inter prohibitam,quia simoniaca,⁊ simoniacam quia prohibita.facit quod not.j.q.iij.c.saluator ⁊.j.de pac.in.c.cum pridē.In ea.glo.ibi: nec in alijs.potest intelligi,scilicet similibus.⁊ sic non loquitur de prohibitis,quia simoniaca. Et ista videtur esse mens gloss. cum simoniaca : quia prohibita nisi per constitutionem eccl'ie, sed prohibite sunt vsure tam ex veteri testamēto, ꝙ ex nouo testamento.Et no.ex glo.† ꝙ vsura mentalis obligat ad restitu-

U

tionē: q2 talia sunt prohibita vtroqꝫ iure, sicut ꝛ vsura. Et hoc etiam videtur tenere Hostien. Alij tamen videntur tenere oppositum ex eo, quia magis videtur delinquere ille, qui tantundem sit rehabiturus, quam ille, qui confert beneficium vel ordinem per simoniam. quod beneficium, seu qui ordo debet remanere penes recipientem, attenta intentione cōferentis. Et ideo videtur ꝙ indistincte simonia mentalis non obliget ad restitutionem. de quo tamen dic vt plene not. per Jo. And. in. c. fi. super vlti. glo. ꝭ. de simonia. In glo. fi. ibi: ad vnum restringuntur. Et sic differunt solum per certum, ꝛ certificantur prime litere, cum primum vacet archidiaconatus: quia concesse fuerūt super archidiaconatu proxime vacaturo. Et intelligit Joan. And. ꝛ do. Flo. post eum, ꝙ non fuit adiecta clausula, queꝫ dixerit acceptandum. quasi ipsi voluerint tunc secus esse. sed certe licet doc. communiter transeant cum hoc dicto, tamen cōtra

5 ipsum facit tex. in. l. si dño Stich. ff. de leg. j. † vbi si legatur alicui vnus ex seruis quem elegerit ex seruis suis, ꝛ alteri legatur certus seruus, poterit legatarius primus eligere illum seruum certum alteri legatum: ꝛ tunc concurrent in legato: quia non est illud prohibitum rebus profanis licet in beneficio sit prohibitum duos simul admitti. ꝭ. de prebend. in. c. maioribus. ideo videtur ꝙ tunc admittatur primus ex quo non fuit facta mētio de eius literis in secundis, licet habeat clausulam, quem dixerit acceptandum. Satis tamen videtur ꝙ si non vellet illud acceptare, ꝙ vi clausule posset tunc alius acceptare. dicebat tamen hic Jaco. de Alberi. quo ad tertium contrarium. c. j. s. de rescriptis ꝙ hic vtrunqꝫ iuretur esse quodāmodo priuilegium fuisse: ideo non habuit locum regula, seueri per speciem. sed in contrario vtrunqꝫ fuit rescriptum de quo dixi in dicto. c. j. et melius eo. titu. in. c. ordinem. In ea. glo. ibi: presentantur meli⁹ dic ꝙ. c. vt debitus. cum similibus loquitur in literis contentiosis ad lites: sed in literis beneficialibus debet inspici temp⁹ date, vt est expressum in. c. tibi qui de rescriptis. in. vj. ꝛ in. c. eū qui. ꝭ. de preben. eo. li. vj. Et secundum predicta etiam debet intelligi. c. capitulum. vbi etiam dictum fuit. sequitur decre. ex parte tua. ꝛ. ꝭ. Joan. de Imo. docto. vtriusqꝫ iuris.

1 Delegatus formam sibi in rescripto datam seruare debet.
2 Exceptiones rationabiles nisi expresse tollantur, sunt admittende.
3 Judex equitatem pre oculis habere debet.
4 Papam exceptiones rationabiles tollere posse qualiter intelligatur.
5 Appellatio que excludi dicatur per clausulam, appellatione remota.
6 Papa quas exceptiones tollere possit.
7 Pape secunda iussio expectari debet quoties rescriptum falsitate est suspectum.
8 Exceptiones que contra instrumētum publicum admitti possint.
9 Procurator aut aduocatus exceptionem prohibitam ne opponat.
10 Exceptio rei iudicate quando non obstet.

Ex parte tua. Ubi voluntas pape nō apparet, delegatus formam iuris seruare debet, ꝛ rationabiles exceptiones admittere. h. d. Et diuiditur in duas. naꝫ primo ponitur decisa consultatio. secundo ponitur responsio. secūda ibi: questioni tue. a qua excipit, ibi: nisi. ꝛ demum protestatur, ibi: ꝙ nec nos. In tex. ibi: si quando. expone, id est aliquando. Facit

1 s. de rescriptis. in. c. si quādo. ꝛ quod ibi habetur † nota primo ꝙ delegatus debet seruare formam sibi datam in rescripto: illā tamen debet reducere inquantum potest ad limites iuris ꝛ rationis. facit. s. de rescriptis. in. c. causam que. † Nota secundo ꝙ

2 rationabiles exceptiones sunt admittende, nisi expresse tollantur. Et nota ꝙ vbi expresse tolluntur, rescriptum est suspectum de falsitate, ideo non est admittendum, secundum do. Flo. nisi interueniat secunda iussio facit quod habetur in. c. penult. ꝭ. de capel. mona. ꝛ in. l. fi. C. si contra ius vel vtilita. publicā. Et idē vult d. Ant. nisi fuerit adiecta clausula, non obstātie. Facit qđ

3 dixi post eum. s. de rescriptis. in. c. primo. † Nota ꝙ id, quod dicitur, iudicem habere debere equitateꝫ preoculis, facit quod habetur in. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod certo loco. intelligitur de equitate in formata secundum ius. Et an ꝛ quando preferri

4 debeat equitas rigori, notatur per doc. in. c. fi. de transac. † Itē nota ꝙ papa videtur posse tollere exceptiones rationabiles. qđ qualiter sit intelligendum, recurre ad notata per Inno. s. de cōstitu. in. c. que in ecclesiarum. ꝛ facit quod dicetur cum glo. In glo. ij. in fine. Joan. And. hic recitat opi. Gui. Nasonis ꝛ Hostien. sed pro intellectu materie ꝛ glo. potest concludi ꝙ aut in rescripto non tollitur aliqua exceptio: ꝛ tunc clarum ꝙ debent admitti rationabiles exceptiones, vt hic est causalis. Aut expresse tolluntur exceptiones: ꝛ tunc aut tolluntur in gnere, aut in specie. Si in genere, vt quia dicitur, nulla exceptione obstante: ꝛ tunc si factum est tale ꝛ adeo notum ꝙ nulla cadat exceptio, procederetur nulla exceptione admissa, per id quod tāgit hic glo. finalis. Aut factum non est tale: ꝛ tunc in dubio friuole exceptiones videntur repulse, non autem rationabiles, vt dixit hic glo. ꝛ sequitur d. Flo. licet guil. Naso aliter dixerit. † Fa-

5 cit quod nota. in simili de clausula, appellatione remota: per ꝙ appellatio friuola excluditur, non autem rationabilis. ꝭ. de appella. in. c. pastora. ꝛ facit etiaꝫ quod legitur ꝛ notatur in. l. j. ad finem. ff. quis ꝛ a quo appella. Potest etiam dici secūdum Hostien. ꝙ tunc dilatorie exceptiones intelliguntur sublate, q2 ille censentur esse modici preiudicij: non peremptorie, que sunt magni preiudicij. facit quod legitur ꝛ not. in. l. quotiens. C. de preci. imperato. offe. ꝛ in. c. que in ecclesiarum. s. de constit. per Innoc. ¶ Quandoqꝫ vero excludūtur in rescripto certe exceptiones: ꝛ tunc ille non admittentur, etiam si sint peremptorie, vt

6 hic voluit glo. † Nam licet papa non debeat tollere peremptorias sine causa, tamen cum causa potest: vt no. per Inno. in dicto. c. que in ecclesiarum. s. de constitu. ꝛ quo ad forum contentiosum, ꝛ sic quo ad executionem mandati presumitur id factū cum causa: vt not. Cy. in. l. rescripta. C. si contra ius vel vti. publi. licet papa male faciat, ꝛ peccet, si vere iusta causa nō subsit, per id quod notatur in simili in. c. non est. ꝭ. de voto. per glos. ꝛ per Innoc. de renuntia. in. c. cum inter. ¶ Idem dicas secundum Hosti. ꝛ Jo. And. si specialiter alique exceptiones excludantur ꝛ subijciatur clausula generalis, quo ad alias: quia tūc omnes videntur excluse, per id quod habetur in c. qui ad agendum. ꝭ. de procurato. lib. vj. ꝛ in. §. quesitum. allegato in gloss. ¶ Uidetur tamen rescriptum tunc suspectum de falsitate ex

7 quo omnes executiones excluderet † ꝛ sic videtur expectanda secunda iussio, nisi ibi esset clausula non obstante alias clausula ex certa scientia inserta in literis, per nota. per glo. in cle. ij. de rescriptis. ꝛ per Bal. in. l. fi. C. sententiā rescin. non posse. ꝛ per id quod dixi in notabilibus, ꝛ quod notat do. Ant. ꝛ Jo. And. post Hosti. in. c. j. de rescriptis. ¶ Idem quod dixi supra quando certe exceptiones excludunt in rescripto, videtur dicenduꝫ, si papa mandat procedi non quod missa aliqua exceptione nisi tali ꝛ tali: quia vltra specificatas nulle alie videntur admittēde, per id quod hic notauit gl. Et ad materiam facit quod not. glo. ꝛ Cy. in. l. ita pudor. C. de adult. ꝛ quod not. per gl. ꝛ Bar. in. l. j. §. deniqꝫ. ff. quod vi aut clam. Et hec faciunt ad statuta,

8 † que dicunt ꝙ contra instrumentum publicum non admittatur, nisi solum exceptio solutionis: quia alie videntur excluse. Hoc tamen limita, nisi sit exceptio que reddat instrumentum nullum, quia tunc non censetur esse instrumentum publicum, prout statutum videtur requirere. ideo debet admitti talis exceptio, per. l. iiij. §. condemna. ff. de re iudi. ꝛ. l. diuus. cum ibi notatis maxime per Bart. ff. de testa. milita. ꝛ precipue quando est nullitas descendens ex defectu potestatis, per id quod no. glo. que reputatur notabilis in cle. vnica de sequestra. vbi gl. notabiliter decidit ꝙ semper exceptio procedēs ex defectu potestatis, ꝛ consequenter iurisdictiōis. man. intelligitur exclusa: licet al's expresse in dispositione dicatur nullam exceptionem admittendam. ¶ Item limita secundo predicta nisi alia exceptio pmitteretur per aliquod cap. alterius statuti in eodem volumine cōtenti. nam suppletur vnum statutum per aliud, vt est text. cum glo. in dicta. l. ita pudor ꝛ in. d. §. deniqꝫ. ꝛ in. l. ob es, C. de predi. mi. ¶ Et aduerte etiam, quia notabiliter dixit Bar. in. d. §. deniqꝫ. ꝙ licet alia exceptio non possit obijci, tamen poterit officium iudicis pro illa implorari. argument. lege plene. ꝛ. lege fina. ff. de petitio. heredita. ꝛ lege tertia. in fine. ff. naute caupo. quod est menti tenendum. † Unde cautus sit tunc procu-

9 rator ꝛ aduocatus, vt non opponat exceptionem, que prohibetur opponi per statutum, sed imploret officium iudicis pro effectu illius consequendo. quod facere poterit, per ea que habentur in. d. l. plane. nisi expresse in statuto diceretur ꝙ nulla exceptio vel defensio admittatur, nisi solutionis: quia tunc nō poterit etiam officium iudicis implorari: quia dici potest defensio ꝙ prohibetur per statutum. secus quādo solum tollit exceptiones vt voluit Bar. in. d. §. deniqꝫ. Et si dicatur nonne erit iniquum, si reus habet exceptionem quietationis vel pacti de nō petendo, licet non possit probare solutionem ꝙ cogatur soluere. dicit Bar. in. d. §. ꝙ id tolleratur propter rigorem statuti: tamen facta solutione poterit repetere solutum tanquam indebitum, propter quietationem sibi factam, vel propter pactum de

10 non petendo sibi factum. † Nec obstat sibi exceptio rei indicate, ex quo impediente statuto non potuit discuti de quietatiōe, vel de ipso pacto. Facit quod habetur in simili in. c. debitores. ꝭ. de

ff.de iureiuran.nisi ille,qui iurauit soluere vsuras,si illas soluat metu iuramenti,poterit illas repetere postea. Et per hoc limita illud vulgatum ꝙ solutum autoritate sñie non potest repeti.de quo in.l.si fideiussor.§.in omnibus.ff.mandati.Nam id nõ procedit in casu predicto et predicta tene menti, quia quotidiana sunt ⁊ quotidie possunt occurrere in practica. et de materia per Bart.in.d.§.deniqꝫ ⁊ in.l. diuus.ff.de testa.mili.⁊ in.l. ita pudor.C.de adult.per Cy.Et nota ꝙ plenius habes hic materiã quam hic tangunt doc. In glo. fi.in fine. Solue vt precedens contrarium: quia ibi loquitur in iis,in quibus sui natura non habet locum exceptio,vt ibi patet. Quid autem si quis renunciauit omnibus exceptionibus sibi competentibus ⁊ competituris,an talis renuntiatio valeat,tangit hic domi. Flor.⁊ habetur in Specul. in titu.de renun.⁊ conclu. §.j.ver. pone ergo. ⁊ ver.quid si aliquid.Et facit etiã qđ no.in Spe.de arbitro.§.fi. ver.Item quid si compromis.cum ibi notatis per Ioan. An.

1 Reus qualiter ⁊ quando agere dicatur.
2 Dignitas an varietur per variationem eorum, qui in eadẽ instituuntur.
3 Dignitas non extinguitur morte illius,qui eam obtinuit.
4 Rescriptum delegationis etiam coram substituto est producẽdum.
5 Commissio alicui facta quando in ipsius transeat successorez, ⁊ quando non.⁊.nu.8.
6 Nomina que dicantur propria ⁊ que appellatiua.
7 Expressum nominatim an dicatur,quod per nomen appellatiuum exprimitur.
9 Successor ad ea tenetur,ad que predecessor obligatus fuit.
10 Mandatum, quod super dignitate fundatur, ad successorem in ea transmittitur.
11 Subrogatus in dignitate ad que manum possit extendere.
12 Dignitas nunꝙ mori censetur,sed ab vno in alium transfert.
13 Appellatiua nomina que sint,⁊ que indiuidua.
14 Phenix auis qualiter renouetur.
15 Archidiaconi duo si sint in eadem ecclesia, vter erit proferendus.
16 Declarans an dicatur de nouo inducere.
17 Mandatum an per mortem mandatarij re integra extinguatur ⁊ an morte mandantis.
18 Successor etiam comprehenditur,si sub nomine dignitatis exprimatur litigator.
19 Delegatio facta vicario episcopi quando transeat in successorem.
20 Legatio extinguitur,mortuo vel reuocato legato.
21 Mandatum an et quo differat a precepto.
22 Mandatum quando mandantis morte censeatur expirare.
23 Commissio alicui facta quando in successorem transeat, ⁊ quãdo non.⁊.nume.sequen.
26 Mandatum quotuplex sit, ⁊ an quodlibet morte mandatarij expiret.⁊ nume.sequen.
28 Mandatum quando vim habeat precepti.
29 Iurisdictio ordinaria a lege vel consuetudine conceditur.
30 Clausula accessoria non mutat naturam dispositionis principalis.
31 Iurisdictio ordinaria proprie territorio coheret.

Quoniam abbas. Delegatio facta dignitati non expresso nomine persone transit ad successorez. h.d. Et diuiditur in duas partes. Et primo recitat factum.secundo illud approbat.secunda ibi:nos sententiã. Et habet hoc capitul.duos intellectus.secundus magis amicatur litere. In text.ibi: agendum potest exponi id est, ad procedendum in causa: 1 †quia reus non proprie dicitur agere, sed actor: potest tamen reus etiam dici agere, saltem late: q2 in exceptionibus reus censetur esse actor,quia habet illas probare, sicut ⁊ actor habet probare suam intentionem. Facit quod habetur in.l.in exceptionibus.ff.de proba.⁊ in.c.j.de iudic. ⁊ in.l.j.ff. de excep. Item ibi in cause cognitione. Supple,⁊ etiam in decisione, ⁊ sic etiam in sententiando,vt patet ex sequentibus. 2 †Nota primo ꝙ ex variatione institutorum in dignitate,non variatur ipsa dignitas facit.l.fi.ff.de iudi. 3 †Nota ꝙ per mortem persone habentis dignitatem non censetur extingui dignitas. Facit de rescriptis.c.si gratiose.li.vj.⁊.xij.questio.ij.c.quia liberti. 4 †Nota ꝙ rescriptum delegationis debet produci coram substituto,licet forte fuerit productum coram predecessore. Facit qđ notatur in simili in procuratore substituto, cum quo reiterantur acta.l.mutare.ff.de procura.licet ratio ibi magis illud suadeat ex eo,quia procurator efficitur dominus litis per contestationem:vt in.c.j.de procurato.lib.⁊.vj.non sic in iudice delegato.l.iudicium soluitur.ff.de iudi. Videtur tamen ꝙ hoc sepe fit de cautela potius quam de necessitate,per id quod not. Bar. ⁊ Bal.in.l.ij.C.de edendo. 5 †Nota differentiam an cõmissio fiat sub nomine proprio,an vero sub nomine appellatiuo:quia primo casu non transit in successorem:secundo casu sic. Et ad hoc sepe allegatur decretalis.⁊ propter hoc dum litera dicit, nominibus locorum.expone,id est.dignitatum,que presunt locis.et sic fit commissio dignitati. ¶ Nota ꝙ quedam sunt nomina propria,quedam sunt nomina appellatiua. de quo in.l. si quis in fundi vocabulo.ff. de legat.j. 6 † Nam propria nomina sunt que significant vnum indiuiduum,vt Petrus,vel Martinus, ⁊ similia. Nomen vero appellatiuum est illud,quod significat plura, que continet sub se tanquam genus vel species, vt animal,vel homo, ⁊ similia. Quandoqꝫ tamen nomen appellatiuum est nomen singulare,ex quo quia non continet simul plures sed successiue,vt si dicatur,abbas talis loci:nam comprehẽdit vnum abbatem tantum,non plures eodem tẽpore,sed successiue sic:quia comprehendit nunc viuentem ⁊ successiue illũ, qui subrogabitur mortuo illo. Sic etiam contingit in phenice, seu in hoc nomine phenix,vt tangitur in gl.iij. Et dicit hic do. Floren.ꝙ aliquando profertur nomen appellatiuum in genere,puta cum dicitur episcopus vel abbas potest sic facere. Quãdoqꝫ cum restrictione:⁊ hoc casu quandoqꝫ tanta est restrictio, ꝙ nomen appellatiuum trahitur ad proprium:puta si ponantur coniecture ita specificantes quod de alio non possit intelligi.argu.ff.de testi.in.c.licet ex quadam. Exemplum,si dicatur, abbas talis monasterij decretorũ doctor,de tali familia. Quãdoqꝫ vero adijcitur tanta restrictio, vt quia simpliciter dicitur, abbas talis loci:⁊ tunc durat nomen appellatiuum, quo com- 7 prehendit etiam successores,vt hic patet. †An autem id, quod exprimitur per nomen appellatiuum, dicatur nominatim expressum,videretur ꝙ sic,per id quod habetur in.l. siue a cert.ff. de duobus reis.sed dic illud verum late ⁊ improprie secunduz do. Floren. Nam proprie dicitur nominatim exprimi,quando fit expressio per propria nomina. Allegat quod habetur in.l. seruus hereditarius.ff.de sti.seruorum.⁊ in clem.j.in verbo,nominatim.de vita ⁊ ho.cleri. Idem dicit si sine proprio nomine apponantur circumstantie taliter ꝙ appellatiuum non possit nisi de vno intelligi.ff.de senten.excom.c. constitutionem. li.vj. ⁊ facit quod dixi.s. Et predicta faciunt ad cognoscendũ quis dicatur nominatim interdictus.de quo in.c.in Lateranensi.ff. 8 de preben. Nota textum ibi:non personarũ.†nam videtur velle quod vt commissio transeat ad successorem, sit expediens ꝙ solum nomen dignitatis sit expressum.⁊ sic videtur velle.secus etiam si nomen proprium sit expressum. de quo inferius dice- 9 tur.†Nota quod successor tenetur ad id,ad quod tenebat predecessor. Facit.ff.de solutionibus.c.j.quandoqꝫ tamen successor in officio non tenetur ad id quod tenebatur predecessor per id quod legitur ⁊ not.in.c.si aduersus.in vlti. gl.ff.de immu. eccle- 10 siarum.†Nota ꝙ mandatum fundatum super dignitate transit ad successorem in dignitate:⁊ actus prosequitur qualitatem rei,cui applicatur. Et nota ꝙ videtur fundatum super dignitate eo ipso ꝙ in dignitate vel commissione exprimitur dignitas.⁊ sic ex modo loquendi circa personam iudicamus de intẽtione loquentis.facit.l.plenum.§.equitij.ff.de vsu ⁊ habita. Et 11 quod habetur in.l.fi.C.de inoffi.testa.†Nota ꝙ subrogatus in dignitate videtur subrogatus in omnibus appenditijs ⁊ consecutiuis ad dignitatem. In glo.prima, Aduerte quia gl. ista fuit facta timore contrarij.c.causam matrimonij.ff. eo.titu. vbi quando duo dantur delegati, vnus non potest procedere sine alio.cuius timore glo.posuit duplicem casum. Et secundũ primum non obstat contrarium:quia hic ambo processerunt,non vnus solus. Uerum quia ista positio casus videtur contra textum,qui innuit ꝙ solus abbas Leutestrie prefixit terminuz ad agendum.ideo glo.posuit secundo aliter casum, qui magis litere cõfirmat:⁊ secundum illum non obstat contrarium: quia hic delegati dati fuerunt cum clausula,ꝙ si ambo. In contrario secus. In eadem glo.in fine.nota bene ex tex.cum glo. secũdum secundam positionem casus, ꝙ vbi duo sunt dati delegati cum clausula, ꝙ si ambo, ⁊ altero impedito alter processit in causa,licet cessante impedimento debeat alter admitti ad prosecutionem cause cum alioqui inchoauit,debet admitti ieo statu,in quo reperit causam, et sic ante gesta velut legitime facta non iterantur. Notare etiam potes secundum do. Anto. quod successor precedente citatione predecessoris non artatur ad iterandum citationem.de quo remittit ad ea que habentur in.c. de illicita.xxiij.q.iij.sed melius habetur in.l.edictum.ff. de iud. ⁊ facit secundum eum quod nota.gl.in cle.ne Romani.de elec. Item aduerte,quia litera loquitur quãdo abbas superstes statuit diem recepto iam mandato,forte ante mortem college, ta-

men idem dicas si ambo fuissent mortui re integra: quia nihilominus duraret iurisdictio in personam successorum, ex quo fuit facta sub nomine dignitatis: cum etiam tunc habeat locuz ratio hic posita: ⁊ per consequens locum habebit dispositio. ar. s. de constit. in. c. translato. Et secundum hoc dum litera dicit, suscepto. Subaudi maxime, secundum Hosti. forte tamen ideo dixit suscepto: quia exercitium iurisdictionis seu potestas idem exercendi incipit ex tempore presentationis. j. de appella. c. si super eo. ⁊ si tempore presentationis reperitur alius substitutus in dignitate, ille precedet, vt hic patet. In hac glo. ij. in fine procedit quod dicit glo. quando adiecta fuit clausula, ꝙ si ambo. secus si fuit adiecta clausula, vos vel alter vestrum quia tūc vno inchoante negotium alter non se intromittit, nisi superueniat impedimentum in personam inchoantis, vt probatur. j. eod. c.

12 cum plures. li. vj. † In glo. iij. ibi. dignitas non moritur. probatur in. c. si gratiose. de rescriptis. li. vj. ⁊ xij. q. ij. liberti. In ea. gl. ibi: indiuidua. Supple, terrestria ⁊ corporalia: vt pro hoc excludantur angeli, siue boni, siue mali, vt demones. Et sunt indiuidua, que significant vnum ens tatnū, vt Petrus vel Marti-

13 nus, vt dixi in notabilib⁹. † Appellatiua vero sunt, que sui natura in se plura continent, vt etiam dixi in notabilibus. Ideo autem dicuntur indiuidua illa que dixi. s. quia manente vita non possunt diuidi. de materia autem diuidui ⁊ indiuidui plene nota. per Bar. in. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. oblig. ⁊ facit etiam quod not. in cle. ij. de iure patro. In ea. gl. ibi: sed non est propriū nomen. potes clarius respondere ad dictam. l. nominatim. ꝙ ibi quo ad representandam personam habetur loco proprium nominis, sed non quo ad illam representandam proprium nomen, ex quo nomen appellatiuum est expressum. Et ita loquitur hic. In ea. glo. ibi: sed singulare. expone. id est, vni tantum conueniens: quia non continet simul plures, sed successiue, vt dixi in notabilibus. Et ideo appellat nomen appellatiuum singulare, sicut etiaz hoc nomen phenix.

14 † Quid autem sit phenix, instant hic doctores. Dic ꝙ est quedam auis, que sic vocatur, ⁊ est grādis vt aquila, ⁊ nunquam reperitur eodem tempore nisi vnica, ⁊ viuit bene per quingentos annos, ⁊ facit postea sibi niduz de rebus odoriferis, in quo moritur, ⁊ ex eius carnibus secundum vnam opi. nascitur quidam vermis, qui adolescit seu crescit, ⁊ tādem crescit in pristine auis formam. Et secundum alios postꝙ fecit nidum, ⁊ intrauit ipz, ponit se versus radios solares ⁊ voluntarium facit plausuz seu motum alarū, intantum ꝙ incenditur nidus, ⁊ ibi comburitur ⁊ ex cineribus nascitur vermis qui postea crescit, vt. s. ⁊ fuit visa tempore beati Petri apostoli sub Claudio imperatore. ⁊ dicitur ꝙ conuersatur in partibus Indie. In ea. glo. ibi: ⁊ elect⁹. supple, ⁊ confirmatus: quia ante non administrat. s. de elect. c. qualiter. ⁊ c. transmissam. ⁊c. ¶ In ea. gloss. ibi: sed testator voluit. Supple ꝙ substitutus clauderetur sub eius dispositione. Sed certe hec solutio videtur diuinare: nisi dicas ꝙ ex cōiecturis colligitur voluntas testatoris in dictis iuribus. nam in. §. Titia. legauit testator Agatheam ancillam, que sua erit cum morietur. ⁊ sic apposuit verba futuri temporis: ideo videtur sensisse de Agathea, quam haberet temporare mortis. ideo nimirum si alienauit illam, quā habebat tempore testamenti, ⁊ post ea aliam emit, ⁊ imposuit ei nomen Agatheam, ⁊ eam habeat tempore mortis, si illa veniat in legatum. secus si simpliciter legasset Agatheam: quia non deberetur, si fuisset alienata voluntarie, ⁊ postea redempta. l. cum seruus. ff. de adi. lega. ⁊ sic multo minus deberetur alia empta. Et hoc etiam videretur fuisse de mente Dy. in. d. §. Titia. ¶ Ad. l. placet. cum sequenti, dic ꝙ ibi appositum fuit nomen appellatiuum: qr testator instituit posthumum sibi nasciturum: ideo nimirum si continetur posthumus, qui nascitur etiam ex alia vxore accepta post testamentum alia premortua. ⁊ sic non facit contra, sed potius cōcordat Ad. l. annua. §. j. ff. de annuis leg. dic ꝙ duplex potest esse intellectus illius. §. inquantum ibi dicitur ꝙ testator fecit legatum sacerdoti Hierophylacho. non potest intelligi ꝙ illud verbum Hierophylacho non sit nomen proprium sed nomē loci vel capelle: sicut si diceretur sacerdoti ricardinē, que fuit villa Accursij, que est interritorij Butrij dyoce. bonon. ⁊ tunc concordaret quia ibi non fuisset expressum nomen proprium, sed potius appellatiuum, videlicet nomen loci dignitatis seu officij. alio modo potest intelligi ꝙ verbū Hierophilacho sit nomen proprium: ⁊ tunc dic ꝙ ideo ibi comprehenditur successor: quia sic videt fuisse de mente testantis propter verba futuri temporis, puta qr dixit, lego sacerdoti Hierophylacho ⁊ libertis qui illa templo erunt: ⁊ sic videtur habuisse respectum ad sacerdotem, qui erit in illo tempore. precedens tamen intellectus communiter tenetur. ¶ In ea. glo. ibi: ꝙ plures sint archidia. ⁊ sic vult glos. ꝙ plures archidiaconi possunt esse in eadē ecclesia, vt in parisien. ⁊ etiam in ecclesia Conuētrien. s. e. ti. c. ex pte. ij. ⁊ ibi tetigi. Sed contra hoc facit tex. vij. q. j. c. in apibus. Sed solue vt ibi voluit gl. ꝙ in eodem archidiconatu non debent esse plures archidiaconi, ne fiat diuisio eiusdem beneficij vel dignitatis cōtra. c. maioribus. j. de preben. sed si sint distincta beneficia, et habeāt distinctos redditus in eadem ecclesia, tunc hoc bene toleratur. et sic debet intelligi hec glo. In ea. glo. in fine dic secundum Ho-

15 stien. † ꝙ si in ecclesia sunt duo archidiaconi, sed vnus est principalis, ⁊ retinet nomen ecclesie, alter non, vt est in ecclesia Parisiensi: ⁊ tunc de principali intelligetur: quia alter non appellatur archidiaconus Parisien. ⁊ sic intelligitur de archidiacono principali, qui appellatur archidiaconus Parisiensis, vt sic intelligatur prout verbum sonat. facit. l. iudicatum solui. ff. iudic. solui. ¶ Sed vbi vtraqz esset eque principalis, ⁊ vterque retineret nomen ecclesie: tunc secundum Hosti. ⁊ do. Floren. ⁊ do. Anto. si non constet de mente delegantis, reddetur delegatio nulla, tanquam incerta. arg. c. ad hec. de rescriptis. ⁊ imputet sibi impetrans quare sic incerto modo impetrauit. arg. j. de reg. iur. contra eum. lib. vj. ⁊. ff. de pac. in. l. veteribus. Nec placet ꝙ ille sit quem elegerit actor, vel cui prius presentabit, quia sic esset in potestate eius in effectu impetrare iudicem incertum, contra ea que habentur in. d. c. ad hec. ⁊ c. fi. s. de rescriptis. ¶ Posset tamen delegans consuli, vt declaret de quo senserit, per id quod habetur in. c. cum venissent. j. de iudi. ⁊ de sen. excom. c. inter alia. ⁊ hoc tenuit vincen. ⁊ de materia per Hosti. in Sum. e. titu. §. quibus modis. ver. fit ergo prorogatio tacite. ⁊ sequenti. ⁊ in Specu. de citatione. §. j. ver. quid ergo. do. tamen Flor. hic videtur reprobare opi. ꝙ consulatur delegans, ex eo quia, secūdum eum, si declaret, noua erit delegatio, ⁊ prima videtur fuisse

16 nulla sʒ placet dicta opinio substines † qr ille qui declarat non dicitur de nouo inducere. l. heredes palam. §. sed si notam. ff. de testamentis. ¶ Quod autem dicit glo. ꝙ si pluribus simul fit presentatio, dignior erit iudex. dicit Bal. fm do. Flo. ꝙ sic videtur presumendum fuisse de intentione pape. Sed ipse dicit verius esse ꝙ imputetur impetranti, qui potuit apertius impetrare, per ea que habentur in regula, contra eum. de reg. iur. in. vj. ⁊ ideo non erit locus etiam iudicio sortis. ¶ In glo. fi. ibi, conditionaliter intelligentur. Et sic reddunt rem dubiam ⁊ pendētem ex euentu conditionis. Et hoc intellige, nisi cōfirmatio fiat ex certa scientia: quia tunc non intelligitur cōditionaliter, sed causaliter, sicut quando ponūtur in priuilegijs, per id quod habetur in. c. examinata. allegato in glo. ¶ Extra glo. contra de-

17 cret. facere videtur, qr † mandatum re integra extinguitur per mortem. j. eo. contractum. ⁊. c. relatum. Sed hic videtur dici oppositum. dic ꝙ ibi interuenit mors ex parte mandantis, hic vero ex parte mandatarij. quo casu non extinguitur, si commissio fuit facta sub nomine dignitates. Et est ratio diuersitatis, quia ex parte mandantis semper fit expressio persone. ideo nimirum si expirat eius morte re integra: sed ex parte mandatarij nō semper fit expressio persone, vt hic patet. Et per hoc videtur ꝙ si ex parte mandatis fuisset dignitas expressa, vt quia in literis diceretur ꝙ sedes apostolica talem causam committit: tunc non extingueretur morte committentis, vt voluit hic Hosti. ⁊ idē Lapus in. c. si gratiose. de rescriptis. lib. vj. ⁊ quod dixi morte mandantis regulariter re integra finiri commissionem, est veruz qñ committitur iurisdictio delegata, secus si ordinaria, per id quod habetur in. c. ij. de offi. lega. li. vj. Et est ratio diuersitatis, qr ordinaria iurisdictio nō dicitur esse ex iure alieno, sed ex iure proprio: ideo cum facta est commissio, censetur gratia perfecta: ⁊ pro tanto non expirat morte committentis arg. c. si super gratia. j. eo. li. vj. sed delegatus nihil habet propriuz, sed ex iure delegātis vtitur. l. j. §. penul. ff. de offi. eius, cui manda. est iurisdictio. ideo illa expirat morte mandantis re integra. ¶ Aduerte tamen, quia quod dixi de ordinaria iurisdictione, intellige veruz quando est ordinaria principalis per se subsistens, si sit accessoria adherens alteri ordinarie, vt patet in iurisdictione, quā habet vicarius episcopi. Nam illa expirat mortuo episcopo, vt no. per Joan. And. in. c. pe. de offi. vica. ⁊ in cle. j. de offi. vica. quāuis iurisdictio, vicarij sit ordinaria: vt not. in. c. ij. de offic. vica. in. vj. ¶ Item secundo facit contra textum ꝙ habetur in. c. significauit. s. de rescriptis. sed ibi loquitur fm Host. quando cōmissio respicit litigantes: sed hic quando respicit iudices. Ideo hic distinguitur an sub nomine dignitatis vel non fiat cōmissio: sed ibi indistincte expirat rescriptum re integra. Et est ratio diuersitatis, secundum eum, quia iudices habent iustitiam ministrare, ideo eorum respectu commissio est fauorabilis, sed litigantes communiter sunt cauillosi, ⁊ ideo eorum respectu rescripta sunt odiosa, ⁊ sic restringenda. sed tunc dic melius quo ad

18 intellectum, illius. c. prout ibi dictū fuit. † nam etiam si sub nomine dignitatis exprimatur litigatur litigator, comprehendit successor:

successor:vt.j.de iudi.in c.dilecti.⁊ notatur in.d.c.significauit. Sed vbi non exprimitur in rescripto, sed comprehenditur sub clausula, quidam alij:⁊ tunc proprie loquitur tex.ille.quo casu dicendum vt ibi dictum fuit. ¶ Item tertio contra textum facit,quod habetur in.l.quod principi.⁊.l.si Auguste.ff.de leg.ij. vbi etiam quod fit sub nomine dignitatis,non videtur trãsire in successorem.Nam ibi dicitur ꝙ si legatum sit Auguste, que est vxor Imperatoris,non transit in aliam Augustam, si prima decessit ante testatorem:licet secus sit si fiat legatum principi seu Imperatori: q2 transit in successorem. Conclude in isto casu quando exprimitur dignitas,ꝙ si cõmittitur aliquod negotium sub nomine dignitatis,non videtur transire in successorem,per id quod not.Inno.in.c.fi.j.eo.Et hoc sequitur simpliciter Bar.in.l.more.ad fi.ff.de iur.om.iudic. sed an hoc procedat indistincte,tangetur in.d.c.fi.Si vero committitur iurisdictio delegata,tunc bene transit in successorem, vt hic patet. Quod intelligit Bar.in.d.l.more.ff.de iur.om.iudic. esse verũ, si dignita. illa habeat ex iure alieno,⁊ non ex iure proprio, per id quod legitur ⁊ notatur in.d.l.quod principi. cũ.l. sequenti.
19 ff.de leg.ij.Et per hoc dicit † ꝙ si delegatur causa vicario episcopi,non expresso nomine proprio,ꝙ non transibit in successorẽ talis cõmissio:quia vicarius episcopi non habet dignitatem ex iure proprio,sed ex iure ipsius episcopi.Et hoc etiam videtur sequi Simon de Bassa in cle.ij.de rescriptis.⁊ sequitur etiã hic do.Anto.⁊ in.d.cle.ij.sed glo.ibi tenuit oppositum.⁊ illam sequitur hic do.Flo.nam fm eum licet vicarius episcopi habeat talem dignitatem ex iure alieno,⁊ sic accessoriam ad iurisdictionem episcopi:tamen quia coruscat in dignitate illa non simpliciter passiue, sed etiam actiue,quia exercet iurisdictionem que competit episcopo:ideo,fm eum,transibit in successorem.secus in dignitate mulieris,que coruscat in illa ex radijs dignitatis mariti.l.mulieres.C.de dignita.lib.xij.⁊ ideo licet mulier dicatur habere dignitatem comitisse ex persona comitis mariti sui, quia tamen non exercet eandem iurisdictionem,sed solum recipit honorem dicte dignitatis:si cõmitteretur causa aliqua tali mulieri sub nomine dignitatis,non transiret tunc in successorẽ. Et sic intelligatur,fm eum,quod habetur in.d.l.quod principi.cum.l.sequenti.ff.de leg.ij.Et hec videtur legisse tenere cũ opi.Bar.⁊ pro dicto ipsius Bar.etiam facit,quia,vt hic dicit do.Anto.moriente vicario videtur extingui dignitas:cum illa
20 dignitas non videatur esse perpetua.† sicut etiam mortuo legato vel reuocato extinguitur legatio.Facit quod legitur ⁊ notatur in.c.nouit.de offi.legati.⁊ ideo si causa esset cõmissa legato Bonon.⁊ remoueretur per papam,vel moreretur,quia extinguitur legatio,videtur ꝙ successor non posset cognoscere de illa causa.Et sic eodem modo videtur dicendum in vicario. Et per cõsequens si causa fuerit cõmissa vicario,reuocato vicario non videtur ꝙ successor possit cognoscere sine noua cõmissiõe, quia proprie non est successor,cum ibi non sit dignitas vt perpetua,ita ꝙ dicatur durare post mortem:videtur tamen ꝙ si ceperat cognoscere causam ipse vicarius qui fuit reuocat⁹,ꝙ poterit in illa prosequi,per id quod not.in simili de causa cõmissa legato pape:vt in specu.de legato.§.super est.ver.sed pone. Et per predicta etiam potest inferri,ꝙ si canonico sit commissa cã in ecclesia non numerata,⁊ postea moritur canonicus,⁊ alius subrogatur,quia tunc non est dare proprie successorẽ.j.de preben.in.c.dilecto.non transibit cõmissio ad successorem eius. Et idem videtur si ecclesia esset numerata:quia tunc etiam non dicitur proprie habere successorem,vt voluit gloss. notabilis in.c. quod sicut.de elec.⁊ videtur probari in.c.relatum.lo.ij.j.de testamentis. ¶ Quarto facit cõtra tex.quod habetur in.§.⁊ hec vero iubemus.in authen.vt nulli iudi.colla.ix.vbi videtur ꝙ indistincte cõmissio transeat in successorem. Multiplex solutio datur ad illum textum.Una est ꝙ ibi facta fuit commissio sub nomine dignitatis.⁊ sic concordat cum hoc.c.Alia solutio est ꝙ ibi loquit in precepto,quod importat necessitatẽ,hic in mandato:vt tetigit glo.in.d.l.more.⁊.l.⁊ quia.ff.de iure.om.iudi. et in.c.dudum.xviij.q.ij.⁊.xxiij.q.j.in.c.quod precipitur. ⁊ ibi per Archidiaconum.⁊ in Specu.tit.j.§.restat. ad finem prime columne.Tertio dicunt ꝙ ibi loquitur,quando mandatur aliqd negotium: hic quando cõmittitur iurisdictio. Sed aduerte q2 ille tex.duo principaliter dicit.Nam primo dicit ꝙ preceptum transit in successorem. ¶ Secundo circa finem videtur dicere ꝙ non expirat per mortem mandantis re integra.respectu primi videtur ꝙ attendi debeat an facta fuit cõmissio sub nomine dignitatis,an vero sub nomine proprio.Et sic etiam ibi sentit glo.Quod intellige saluo eo quod superius dixi.respectu vero scdi dicti videñ procedere solutiões superius date. Sed aduerte q2 Rofr.in libellis iuris ciuilis in rubri. de act. mãda.expresse reprobat opi.facientem dictã dr̃am inter preceptũ ⁊ mã

21 datum † q2 etiam fm eum mandatum superioris habet vim precepti,per nota.per glo.in.l.j.⁊.ij.ff.quod iussu. Nec videtur ista differentia iure probari.Et hoc videtur verus: q2 ceteris paribus non videtur differentia inter preceptum ⁊ mandatũ. Nã ita induceret necessitatem quod superior mandat,sicut si superior precipit.Archidi.tamen in.d.c.quod precipitur.dicit post Hugut. ꝙ mandatũ ambulat media via inter conciliũ.nã importat necessitatem:⁊ in hoc differt a concilio.sed non per hoc punitur non implens mandatũ:⁊ in hoc differt a precepto.facit quod not.glo.in.l.sepe.ff.de offi.presi. Sed per hoc non bene patet solutio ad dictum.§.⁊ hoc vero.Unde Barto.in.d.l. more.ff.de iur. om.iud.⁊ dom.Flo.hic dicit ꝙ quando precipitur seu mandatur illud,quod alias spectabat ad officium eius cui fit preceptum,vel si mandaretur epõ vt visitet certũ monasterium,vel nuntio vt mittat aliquem in possessionem: tunc q2 videtur potius officium excitari ꝙ fieri noua commissio. facit j.de offi.ordi.in.c.licet.tunc non expirat mãdatum,etiam re integra,morte mandantis.Et hoc casu si fiat mãdatum,dicitur potius esse preceptum.Et sic loquitur dictus.§.⁊ hoc vero. Secus quando per mandatũ fit noua commissio: q2 tũc stat in vi mandati,⁊ expirat morte mandatis re integra. ¶ Sed aduerte,q2 Bar.in.l.fundi.§.Item si amicus.ff.de acqui. pos. videt
22 aliter dicere,videlicet † ꝙ aliquando mandatur illud, ad quod quis tenebatur:⁊ tunc non expirat morte mandantis: per illũ §.⁊ ita loquitur dictus .§.⁊ hec vero.aliquando mandatur id, ad quod quis non tenebatur:⁊ tunc expirat per mortem mandantis re integra:⁊ per hoc videtur ꝙ si iudex dat mandatũ nuntio ad mittendum in possessionem,vel de citãdo,quia tenebatur id facere ad instantiam partis cum teneatur ad iustitiam ministrandam.l.minorum.§.iudicãdi. ⁊ facit quod notatur in diffinitione iurisdictionis in.l.j.ff.de iurisdic.om.iud.non expirabit morte mandantis,etiam re integra.Secus quando delegat causam:q2 non tenebatur delegare,si non volebat. Et iste intellectus ⁊ precedens satis videntur posse tollerari. ¶ Ultimo restat vnum dubium, si exprimitur vtrũq3 nomen, scilicet nomen proprium ⁊ appellatiuum,an tunc transibit in successorem commissio.super quo fuerunt opiniones.Nam vna fuit, quam sequitur prima,vt refert Cy.in.d.l.more.ꝙ non trãseat. quasi videatur electa industria persone.ar.l.inter artifices.ff.de
23 solu.Et hoc etiam forte hic voluit Abbas,dum dixit † ꝙ si vltra nomen appellatiuum exprimitur aliquid cõueniens nomini proprio,puta si papa dicat,committimus talem causã preposito Narboñ.capellano nostro:q2 tunc propter illa verba,capellano nostro,que solum respiciunt nomen propriũ.non trãsibit in successorem. ¶ Secunda fuit opi. Guil.de cu.in.d.l.more.ff.de iur.om.iudi.ꝙ in dubio videatur potius contemplata dignitas,ꝙ persona,nisi committens habuerit valde notã personam.per.l.qui habebat.ff.de reb⁹ dubijs. ¶ Tertia fuit opi. ꝙ attendi debeat quod precedit, ⁊ sic an precedat nomen proprium,an vero nomen appellatiuum.per.l. si seruus cõmunis. ff.de stipu.seruo. Et hanc opi.sequitur Bart.in.d.l.more. nisi ex circunstantijs aliter verisimiliter possit presumi. Potes concludere pro concordia opinionum prout etiam fuit hic de mente do.Flo.⁊ d.Ant.ꝙ aut materia,super qua fit dispositio, seu cõmissio,est solum proportionabilis persone:⁊ tũc intelligitur contemplata persona,per id quod habetur in.c.si aduersus.j. de immu.ecclesie.⁊.j.in.c.j.de offi.vica.li.vj.in quibus patet,ꝙ si excõmunicetur potestas Bonoñ.vel vicarius episcopi Bonoñ.non concernit dicta excõicatio dignitatẽ,sed personã: q2 dignitas velut res inanimata non põt excõicari nec delinquere.Facit.j.de sen.excom.in.c.Romana.§.in vniuersitatẽ. li.vj. ⁊ ideo non comprehendet successorem,nisi participaret in delicto, vt ibi patet. Et plus videtur probari in dictis iuribus,
24 ꝙ idem † fit si solum nomẽ dignitatis fuisset expressum, vt q2 excõmunicatus esset potestas Bonoñ.vel vicarius epi Bononien. Idem dicit do.Ant.si sit materia ardua,propter quã verisimiliter sit ponderata industria persone: vt si committatur causa fidei magno theologo ⁊ canoniste. Facit quod habetur in.c.fi.j.eo. Idem etiam,fm eum si sit tale negotiũ, in quo nõ consueuerit haberi respectus ad dignitatem,sed ad personã,vt q2 quis datur vel in eum fit cõpromissum:q2 talia consueuerũt fieri ratione amicitie persone,non ratione dignitatis,nisi aliud appareat.Facit quod not.Inno.in.d.c.fi.⁊ glo.in.c.ij.de testibus.li.vj.⁊ Bar.in.l.qui liberis.§.hec verba.ff.de vulg.⁊ pup. ¶ Aliqñ vero materia, super qua disponitur, est proportionabilis solũ ad dignitatẽ:⁊ tunc videbitur dignitas contẽplata:⁊ ideo si cõtra aliquem fiat cõmissio sub nomine proprio, et multo fortius sub nomine proprio ⁊ appellatiuo, qui sit abbas alicuius monasterij,pro debito ipsius monasterij,transibit cõmissio seu rescriptũ in successorẽ:vt in.c.dilecti.j.de foro compe.

ꝙ hoc casu tolerabilius est non pronuntiare, ⁊ patienter tolerare penam excommunicationis. j. de sen. excom. inquisitioni. quã contra acta per conscientiam iudicare. ⁊ sic dicit Jo. an. in loco preallegato. ¶ Licet d. Flor. aliter eũ recitet: q2 forte aliter habebat verba ei9. ⁊ cũ Jo. an. ꝯcordat Thomas de aquino in. ij. ij. q. vj. articulo. ij. vbi dicit, ꝙ iudicare pertinet ad iudicem prout fungitur publica potestate. ideo se debet informare in iudicando non secundum ꝙ ipse nouit tanquam priuata persona, sed secundum ꝙ sibi innotescit tanquaꝫ publice persone: siue innotescat ei per leges publicas diuinas vel humanas, siue per instrumenta vel testes, vel alia legitima documenta, que sequi debet in iudicando. 38 Joã. cal. aliter hic dicit † nam distinguit duos casus principales: quia aut quis habet conscientiam tanquaꝫ priuatus ex presumptionibus aut habet conscientiam certissimã: primo casu debet deponere conscientiã, si per acta constet cõtrariũ. Quia per presumptionẽ actorũ debet recedere a presumptione quã habebat vt priuata persona ex presumptionib9. q2 per 39 acta tollit presumptio preambula. † cum secũda presumptio fortior prima illam tollat. vt le. ⁊ not. in. c. transmisse. j. qui filij sint legi. facit quod habetur. j. de testi. in. c. in nostra. ⁊ de renuntia. in presentia. lxxvj. dist. c. si quid. ⁊ xj. q. iij. in. c. summa ope. et hoc casu non est difficile deponere conscientiam propter acta, ex quo illam solum habebatur ex presumptionibus. si tamẽ illã non deponeret, non deberet contra illã iudicare, etiã si esset erronea: per id quod supra dixi. Et qd tũc esset remediũ, potest pa40tere ex predictis. † secũdo casu qñ habet cõscientiã certissimã vt priuata persona: vt qñ fuit presens in negotio, de quo queritur: tunc dicit Jo. Cal. ꝙ licet aliqui distinguãt inter causas ciuiles ⁊ criminales, facit quod. s. dixi tñ ipse dicit vtrobiq3 idem dicendum: cum vtrobiq3 videat eadem ratio, per ea que inferius dicentur. ideo dicit, ꝙ aut iudex habet cõsciẽtiam vt priuatus cõ41tra reum, aut habet illam pro reo † si habet illam contra reũ, sed non habet plenaꝫ notitiam ex actis, forte qui scit reum culpabilem, sed hoc non est probatum in actis: ⁊ tunc debet iudicare secundum acta, ⁊ sic absoluere: nec hoc repugnat consciẽtie quam habet vt priuatus. q2 ista stant simul, ꝙ sciat reum culpabilem, ⁊ tñ credat reum esse absoluendum, ex quo nihil est cõtra eũ probatuꝫ: per id quod habetur. ij. q. j. nos in quenquam. ⁊. C. de edẽ. in. l. qui accusare. ⁊ de proba. ex literis. nõ tñ debet pronuntiare eum non deliquisse, vel non esse verũ quod dicit actor: sed simpliciter absoluere. facit qd habetur in simili in. l. diui. ff. de libe. cã. ⁊ hec vera, nisi esset factũ notorium, ita ꝙ probatione non indi42geret. ij. q. j. c. manifesta. ⁊. c. de manifesta. Si vero † habet consciẽtiam pro reo, sed forte probatur ꝯtra eũ per falsos testes vel falsa instrumenta, licet non appareat aliter de falsitate: ⁊ tũc iudex diligenter debet inuestigare veritatẽ, vt deprehendat falsitatem instrumentorum vel testium, si fieri possit, interrogando subtiliter de varijs circunstantijs locorũ, ⁊ temporũ, ⁊ alioꝝ similium de quibus in. l. testiũ. C. de testi. ⁊ in. l. ob carmen. ff. de testi. ⁊ de testi. in. c. cum causam. nam verisimiliter ex predictis deprehendet veritatem ⁊ consequenter falsitatẽ testiũ: vt in simili dicitur de Daniele ⁊ Susanna. in dicta. l. ob carmen. per glo. ⁊ facit quod habetur in tex. ⁊ glo. in. c. presentiũ. j. de testibus li. vj. Si autem non possit deprehendere falsitatẽ. tunc dicit, ꝙ si superseden do verisimiliter: potest putare ꝙ non sequetur sententia cõtra reũ, potest supersedere. Si autẽ verisimiliter sperat sequi sñiam contra reũ, tũc dicit, ꝙ secundum aliquos debebit procurare, vt exoneret, vel alij delegare si poterit. sꝫ hoc sibi non placet: q2 tunc videretur esse causa, vt innocens damnetur. ⁊ sic videtur, quod 43 non debet illud facere: quia † etiam ille qui occasioneꝫ damni dat tenetur. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad. l. aquil. nec videtur etiam eadem ratione bonum remedium, ꝙ supersedeat si verisimiliter 44 potest cogitare, ꝙ sequetur sñia cõtra reũ † vnde concludit, qd tunc ex quo habet conscientiam certam, ꝙ reus est innocẽs, hec consciẽtia debet dici esse in subiecto cum qualitas non possit esse sine subiecto. facit licet non alleget. l. eius qui. ff. si certũ pet. ⁊ quod habetur. j. de despon. impu. ad dissoluendum. ⁊ sic videtur ꝙ dicta consciẽtia sit in ipso tanquam in homine ⁊ ideo fm eũ ex quo id scit tanquam homo non potest contrarium tanquaꝫ iudex. ⁊ sic debebit attendi veritas allegat quod habetur iij. q. vij. in. c. iudicet. ad finem ibi in iudicando cordi magis est custodia veritatis quã obedientia voluntatis. allegat etiam. xj. q. iij. c. eorum. dum dicit, ⁊ veraciter. intelligat. facit etiam. c. j. de re iudic. li. vj. vnde nec posset secundũ eum iudex contra talem veritatem consciẽtiã informare: per ea que habentur in. d. c. literas ⁊. d. c. inquisitioni. ⁊ quia infringere veritatem de sui natura est malum, ⁊ sic non faciendum. j. de iureiur. ⁊ si xp̃us. ver. quedã. ⁊ vt scandalũ euitetur de op. no. nũtia. c. ij. ⁊. j. de reg. iur. qui scandalizauerit. in. vj. cum igitur dicta sciẽtia sit in ipso iudice tanquam in subiecto etiam vt homo, non videtur, ꝙ iudex

homo possit habere notitiam de eo quod est contra veritatem probatum. ⁊ hanc rationem secundum eum non videntur ponderasse tenentes contrarium ad hũc tex. respondet, ꝙ hic loquitur quando sententia erat iniusta, ⁊ ab ea non fuerat appellatũ, ⁊ sic transiuerat in rem iudicatam. ideo nimirum si debet mandari executioni. quia imputet sibi pars, que non appellauit. 45 † ad. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. presi. respondet, quod non habet obstare. nam ibi dicitur quod veritas non vitiatur erroribus gestorum. ⁊ ideo preses sequi debet ea que probantur. nam vt illa coniunctio seu illatio bene sequatur ex premissis, debet intelligi id, quod ibi sequitur de probationibus veris secundũ 46 Jo. cal. ⁊ per predicta concludit † ꝙ vbi est verisimilis presumptio, ꝙ ex actis posset in futuruꝫ sequi condẽnatio contrariũ, si supersedeat ipse iudex, ⁊ de hoc verisimiliter suspicet, qd tunc potius debet iudex pronuntiare, quam supersedere. ⁊ debet secundũ eũ absoluere reũ potius, quã condẽnare innocentem: ex quo habet clarissimam conscientiã de innocentia, licet vt priuatus. q2 illud videtur esse minus captiosum ⁊ minus absurduꝫ, ⁊ sic pre eligendũ. ar. ff. de reg. iur. in. l. quotiens. ⁊ quia sanctius est nocentem absoluere, quam innocentem condemnare. l. absentem. ff. de penis. ¶ Sed aduerte in eo quod ipse dicit, ꝙ quãdo habet conscientiam pro reo non delegabit alteri, videtur esse contra id quod legitur ⁊ no. de tempo. ordi. ex tenore. sed posset dici, quod ibi est alius casus. s. in ordinatore, qui habebat conscientiam lesam de ordinando ⁊ commisit alteri ordinationem. nam per hoc non agitur de alterius preiudicio. secus contingeret in casu proposito, vbi ageretur de preiudicio ipsius rei. vnde posset defensari a tali contrario. an tamen bene dixit, patebit extra. j. dicendis in eo autem quod dicit Jo. cal. ꝙ quando est verisimilis presumptio ꝙ ex actis in futuruꝫ posset sequi ꝯdemnatio, ꝙ potius tunc debet absoluere, quia illud est minus absurdum, ⁊ minus captiosum. Jllã sanctius est nocentem absoluere, quã innocentem cõdemnare. ff. de penis. in. l. absentem ideo illud erit preeligendum secundum eum. facit quod habetur. xiij. di. 47 nerui. † certe non videtur, Jo. cal. bene dicere q2 vt dixi superius post Jo. an. ⁊ Tho. videtur ꝙ ex eo, ꝙ sit vt priuatus, non possit vt iudex iudicare. ⁊ pro hoc facit, quia cum aliquid scitur in foro conscientie. ⁊ contrariũ cõstat in iudicio, aliter iudicatur in foro conscientie aliter in iudicio. j. de sponsa in. c. ita. cum ibi notatis. ⁊ ideo videtur, ꝙ cum iudex habeat iudicare tanquaꝫ iudex non tanquam priuata persona, ideo de eo quod constat sibi iudici vt iudici debet iudicare. id autem, quod constat sibi per acta, dicitur constare sibi iudici vt iudici. facit quod no. per Jnno. j. de testi. c. per tuas. ⁊ de appella. c. insinuatione. ergo secũdum illa debet iudicare ⁊ deponere conscientiã quam habet vt priuatus. nam ⁊ potest esse ꝙ fuit deceptus. cũ sepe fallatur etiã sensus visus. j. de proba. in. c. causam. ⁊ pro ista parte etiam bene facit iste tex. nec videtur bona ratio Cal. quia possibile est, quod reus hic appellauit bis, ⁊ succubuit: ⁊ sic non est sibi quid imputandum, ⁊ tamen quia ex dispositione iuris sententia trãsit in rem iudicatam, ⁊ debet seruari, mandari debet executioni ꝑ illum, cui mandatur, vt exequatur, quamuis illam sciat iniustã 48 vt priuatus. ¶ † Jtem contra Cal. facit dicta. l. illicitas. §. veritas. licet ipse innitatur respondere vt predixi ꝙ debet intelligi ibi de probationibus veris: nam immo videtur ꝙ debet intelligi de probationibus veris surgentibus secundum veritatem que colligitur ex actis vt ibi videtur velle litera, non violando eam: nõ autem debet intelligi de veritate. que alias ab extrinseco preter acta habeatur: vt est illa, quam haberet iudex vt priuatus. ⁊ sic tex. ille non violando facit contra eum nec ob. ratio ipsi9 Jo. Cal. q2 non videtur vera, per id quod habetur in simili in. d. c. si sacerdos. nam cum iudex representet duplicem personam, vnaꝫ tanquam priuatus, aliam tanquam iudex, non est absonum, qd aliquod sciat tanquam iudex, quod nesciat tanquam priuat9. sicut in simili patet in sacerdote, q representat personã dei in foro confessionis, ⁊ aliquid scit tanquã deus, quod tamen non dicitur scire tanquam priuatus: ⁊ ideo videtur, quod si iudex credat cum bona conscientia posse condemnare reum ꝑpter probationes sibi factas vt iudici. licet ipse sciat reũ non esse culpabilem, ꝙ tunc possit ipsum cõdemnare. nec peccet: quia ad hoc astringitur secundum iura, vt pronuntiet secundum allegata ⁊ probata. ⁊ hoc videtur de mente Thome de aquino in loco preallegato ⁊ Joan. and. similiter etiam in loco preallegato ⁊ sequitur domi. Floren. vnde secus esset in iudice supremo qui non ligaretur legibus seu iuribus: quia ille deberet sequi veritatem. facit quod habetur in. l. j. in fi. ff. de questionibus. seu in. §. fin. et ita dicit Cyn. pluries fuisse determinatum secundum theologos in suis disputationibus in. l. vna. C. vt que desunt aduocatis. vbi etiam de hoc per Barto. ⁊ aliquid etiam per eundem in 49 dicta. l. illicitas. §. veritas. ⁊ hec est communis opi. tamen † vt dixi

dixi iudex per prius deberet modis omnibus conari investigare veritatē. Si autē non posset invenire veritatē, nec deponere conscientiā, tūc nullo modo deberet ꝯ conscientiā facere, vt superius dixi: sed potius deberet impetrare, vt exoneretur. posset etiā a principio instigare reū, vt petat aliū loco ipsius subrogari, qꝛ intēdit ipsū in testē producere: per id qd̄ habet in.c.dilecto. j.de testi. et hec etiā esset bona ꝛ optima cautela. Et predicta videntur procedere tā in civili qꝫ in criminali: licet durior seu difficilior sit qd̄ in criminali: tamen vtrobiqꝫ esse eadem ratio, si bene ponderentur predicta. Et cū cōi conclusione de qua.s. trāsit hic etiā.d.Flor. dicens ꝙ attētis ijs que superius sunt dicta esset in tali perplexitate, iudicaret ſm acta: nec putaret se dānare innocentē, ex quo sic constaret ex actis: ꝛ potius putaret se errasse in eo, qd̄ credebat scire tanqꝫ privatus adducit qd̄ not. in d.c.tua.de sponsa. ꝛ tangit etiā an tenēdo cōem opi. possit instare, vt exoneretur, vel alijs delegare. ꝛ licet variet, finaliter videtur residere ꝙ sic, sicut cōiter etiam videtur teneri. dicit tamen qd̄ melius esset, ꝙ supersederet et pateretur potius excōicationē, si videret verisimiliter, qd̄ delegando alteri, vel remittēdo ad superiorē innocens damnaretur.†Tangit etiam, an qñ non pōt deponere conscientiā, si supersedeat, et cogatur per superiorē vt iudicet, an peccet non parendo superiori. ꝛ in hoc variat: nam primo dicit, ꝙ non: ex eo cū agatur de salute anime non videtur esse superioritas aliqua vnius ad alterum: sed videtur, ꝙ omnes simus pares. vnde dicit ꝙ lex non est imposita iusto. j.de regul. in c.licet. finaliter postea tenet contrariū. nā dicit, ꝙ non obstante conscientia quā habet vt privatus, debebit iudicare vt iudex. nec iure videtur posse abstinere a iudicando. qꝛ vr̄ peccare mortaliter negligendo officiū publicū, quod suscepit.s.de offi. Arch. in glo. penul. in.c.iij. ꝛ sic non parendo superiori cogenti eū ad iudicandū, videtur ꝙ peccet ratione predicta. Et ad.c.literas. de restit.spol. ꝛ de sen.excō.c.inquisitioni. que videntur obstare, respondet, ꝙ loquuntur in privato, qui nō tenetur ad id quod precipitur sibi per habentem officiū publicū, si conscientia sibi repugnat. secus in habente officiū publicum, qui peccat in nō exercendo illud: vt est dictū. ꝛ sic videtur, ꝙ iudex, qui habet officium publicum in iudicādo, si nō iudicet in dicto casu, peccet et per predicta concludit id quod predixi, videlicet ꝙ si esset in tali perplexitate, ꝙ aliam haberet conscientiā vt privatus, aliā vt iudex per acta, iudicaret ſm acta: ꝛ putaret se errasse in eo, ꝙ credebat vt privatus†posset dici, ꝙ si iudex absolvendo reū saltem in criminali in casu predicto incurreret penaꝫ pecuniariā non magnam, ꝙ potius tunc deberet absolvere reū, quā condēnare sed si incurreret magna penā pecuniariā vel personalē absolvēdo reū, vbi ex actis venit cōdēnandus, tūc qꝛ prima charitas incipit a seipso in.c.nisi.de auto. et vsu pal. ꝛ in.l. preses.C. de servitu. ꝛ aqua: satis videtur posse tollerari, ꝙ tunc excuset, si tūc condēnet reū, ex quo venit condemnandus ſm acta. meliꝰ tamen esset, ꝙ instigaret reū a principio, vt faceret aliū loco eiꝰ subrogari: qꝛ diceret se velle eū producere in testem, vt dixi.s. et per hec habes expeditam questionē vulgatā, quid si Titius fuerit occisus per Seium, et iudex vidit, ꝙ Seius fuit ille, qui occidit: ꝛ alij forte non interfuerūt nisi solus ipse ꝛ probatur postea coram eo, ꝙ Martinus occidit Titium: an debebit tūc Martinum condemnare vel absolvere: nam quid dicendum, patere potest ex predictis. Joānes de Imola vtriusqꝫ doctor iuris interpres excellentis.

1 ☞Delegatus pape licet sit maior quolibet ordinario quantū attinet ad causam sibi commissam, tamen quoad alia subditus est suis superioribus.
2 Jurisdictionem delegatā posse ex consensu partium prorogari de tempore ad tempus.
3 Lucrum non debet quis referre ex fraude.
Fraudem ex coniecturis probari.
4 Delegatus cum alijs adiecta clausula, ꝙ si non omnes ꝛc. an si temporaliter sit impeditus, possit alij vices suas delegare.
5 Delegatum alio evocari curans quominus die statuto procedat in causa sibi delegata quomodo et per quem sit puniendus.

§.cum autem sepe contingat.

Delegatus qui impeditur die statuta procedere partem hoc procurantem puniet: ꝛ quantum ad diem illam causam committet persone nō suspecte que appellatione remota procedet. 1 hoc dicit.†No. primo quod licet delegatus pape sit maior quolibet ordinario quo ad causam sibi commissam, tamen quo ad alia censetur esse suis superioribus subiectus. ꝛ ideo si vocetur a rege vel archiepiscopo etiam in termino in quo debet de causa delegata cognoscere, debet comparere cora- eis. no. ꝙ procuratio vocatio nocet procurāti facit quod habetur in.l.sꝫ ꝛ qui da ta.ff.ex qui.ca.maio. ¶Nota penam procurantis iudicem ad aliud tribunal vocari nec in termino per ipsum statuto valeat actum expedire. ꝛ no. etiā cautelam quam debet etiam adhibere delegatꝰ in dicto casu. No. casum in quo per inferiorē a papa 2 vr̄ committi causam appellatione remota de quo in gloss.†not. ꝙ de consensu partium potest prorogari iurisdictio delegata de tempore ad tempus. facit.s.eo.de causis. ¶No. ꝙ malitijs est 3 obviandum. ꝛ quod non†debet quis ex dolo vel fraude lucrum reportare facit quod habetur in.c.quanto.j.de divor. ꝛ.s.de rescriptis in.c.sedes. ꝛ in.l.in fundo.ff.de rei vendi. ¶Qualiter autem poterit hic constare de fraude, dic quod ex coniecturis. per.c.ij.j.de renuntia.lib.vj. ¶In glo.a rege. ibi, vel etiam eodē. Supple.s.in diversis tamen horis. vel si intelligas de eadem hora, potest obedire regi personaliter comparendo: item pape expediendo actum per suum delegatuꝫ: vt hic patet. ꝛ de materia habetur in.c.cum parati.j.de appella. ꝛ facit quod notatur in.l. contra pupillum.§.is qui ad maius.ff.de re iudic. ꝛ in.l.ij.ff. de 4 custo. reorū†de eo autem quod dixit gloss. an clausula, ꝙ si non omnes, spectet ad temporales impotentias, ꝛ sic an temporaliter impeditus in dicto casu possit alijs committere vices suas, plene no. per glo. ꝛ doc. in.c.coram.j.eo. ꝛ aliquid tetigit gloss.s. 5 e.proximo.§.si vero duo.†¶In gloss. puniatur ibi ad interesse quanti interesset adversarij in hoc quod iudex non venit die statuta. ꝛ sic intelligit Jo. ꝛ Goffre. per.l.si.ff.de eo per quem factū erit. ꝛ per.l.si per alium.ff.ne quis eum. Innoc. autem dicit, qd̄ per illa edicta non punietur a delegato, sed ab ordinario. quia delegato hoc non est commissum. Dicit etiā, ꝙ istis edictis non tenetur pars, que malitiose procurat absentiam iudicis, sꝫ que vi eximit partem, vel cuius dolo factum est, ꝙ pars non sistat in iudicio. ꝛ ideo videtur melior solutio que sequitur in gloss. ꝛ an delegatus possit mulctare dictū fuit.s.e.c.j. ꝛ.c.de causis. ¶In fi. ibi, sed hodie. prosequitur glo. suam opi. quod correcta sit materia clausule appellatione remota. quod non est verum: vt plene dixi in.c.precedenti. ꝛ plene no.j.de appella. pastoralis. et in d.c.vt debitus. ¶In ea.gloss. ibi, vel dic. vtraqꝫ solutio in se est bona. tamen ista secunda videtur magis de mente litere. non tamen pōt negari, quin etiā secundum istam sit aliquod speciale. nam secundum eam inferior a principe poterit procedere hoc casu appellatione remota: quod regulariter non potest facere inferior a principe, nisi per principem hoc fuerit sibi concessuꝫ: vt patet in iuribus hic allegatis in principio glo. Et not. qd̄ in casu isto solum datur potestas committendi articulum expediēdum in die statuta. Jo. de Imola iuris vtriusqꝫ doctor famosissimus ac ꝛc.

1 ☞Potestate concessa per habentem iurisdictionem censeri etiam concessam facultatem coercendi. alias videri eam potestatem elusoriam.
2 Subdelegatus an recipiat potestatem coercendi. ꝛ quid in mero executore.
3 Delegatum posse subdelegare. ꝛ an merus executor hoc possit.
4 Litere secunde ad hoc vt revocent primas, debent facere mentionem de illis. ꝛ an per secūdas prime revocentur ipso iure, an ope exceptionis. ꝛ nu. sequen.
6 Iudex datus non debet sine causa removeri. potest tamen superior eum revocare, si velit.
7 Literas super appellatione impetratas esse favorabiles. atque inibi quid in illis narrare oporteat.
8 Litere secunde impetrate super appellatione an debeant facere specialem mentionem de primis.
9 Executori quando censeatur concessa potestas coercendi.
10 Arbiter an ꝛ quando habeat potestatem coercendi.
11 Procurator efficitur dominus instantie per contestationem litis aliter atqꝫ iudex.
12 Delegatum ordinarij habere potestatem coercendi, ꝛ posse mittere in possessionem, an sit verum ꝛ nu. sequen.
14 Intellectus ad.c.qua fronte.§.sane. extra de appella.
15 Iniuriam iudici facere cēsetur, qui non permittit literas illius legi.
16 Executori an ꝛ quando violenter possit resisti.
17 Actus gestus ex potestate putativa ab eo, in quo concurrebāt potestas vera, ꝛ putativa, an valeat.
18 Processus factus vigore literarum revocatarum an teneat, si de viribus huiusmodi literarum non fuerit dubitatum.

Ex literis. Subdelegatus a delegato pape iurisdictionem habente coercere potest impedientem. hoc.d. Et in prima decisa facti narratio. in secunda ibi, mandamus. cause commissio, que distinguit. ꝛ secundum membrū prosequitur ibi, si vero. 1 ¶†Not. quod potestas alicui concessa per habentem iurisdi-

etionem esse videretur elusoria sine facultate coercendi ⁊ ideo illa concessa intelligitur concessa facultas coercendi dicit tamen hic do. Floren. ꝙ licet concessa iurisdictione regulariter transeat potestas coercendi tamen quandoq; ex vi consuetudinis est da re iurisdictionem sine potestate coercendi: per id quod habetur de foro compe. c. cum contingat. ¶ Nota quod impediens iudicem in executione mandati sibi iniuncti videtur iudici iniuriari. ideo potest iudex illum punire. Et sic no. quod etiam delegatus contra delinquentem in eius iurisdictionem potest suam potestatem
2 extendere. de quo. s. eo. c. i. ¶ † Nota ꝙ subdelegatus ⁊ etiā merus executor videtur recipere potestatem coercendi ⁊ etiā defendendi potestatem sibi concessam. de quo etiā in glo. sed do. Flo. hic dicit. ꝙ hic bene colligitur de subdelegato, sed non de mero executore. nec videtur etiam verum sm eum in mero executore: cum talis sit nudus minister sm nota. s. c. proxi. §. quia vero. de
3 quo tangetur in glo. ¶ † Nota ꝙ delegatus potest subdelegare. ⁊ idem colligunt aliqui de mero executore. sed sm do. Florē. hoc vltimum non colligitur. quia hic nō fuit patriarcha merus executor, sed subdelegatus, vt litera videtur dicere. videtur tamen bene posse colligi, ꝙ subdelegatus possit cōmittere certum articulum alteri: quod est verum, quando cōsistit in nudo facto sine iurisdictione: vt erat hic, intelligendo ꝙ patriarcha commisit alicui nudum factū legendi literas sine iurisdictione. cum iurisdictione autem non posset: sm not. j. de re iudi. c. cum Bertol
4 dus. ¶ † Nota ꝙ ad hoc vt secunde litere reuocent primas, debent facere expressam mentionē de primis. de quo hic per Inn. ⁊ habetur etiam in tex. ⁊ per doc. de dolo ⁊ contu. c. ij. ¶ Nota ꝙ vbi secunde litere faciunt expressam mentionē de primis, videtur illas ipso iure reuocare, nō autem ope exceptionis. de quo dic vt plene dixi in. c. ceterum. de rescrip. nam Inno. in hoc variauit. q2 aliter loquitur hic, faciendo differentiā inter partes ⁊ extraneos, aliter in. d. c. ceterum. ⁊ aliter in. c. cum contingat. de rescrip. ⁊ aliter in. c. j. de conces. preben. lib. vj. sed dic, vt fuit dictū in. d. c. ceterum. ¶ Nota ꝙ potestas subdelagandi mensuratur a iuribus potestatis subdelegantis. ideo supposito defectu potestatis in subdelegante cōsequēter insurgit defectus in ipso subdelegato. facit qd habetur in. l. lex vectigali. ff. de pig. ⁊ hypoth. ¶ In glo. j. ibi, se clericum illius asserebat. Supple ⁊ etiam dicebat ad se spectare canonicatum ⁊ prebendam forte tunc vacantem dicta ecclesia sancte Iustine. ¶ Et nota ꝙ olim videtur, ꝙ dicta ecclesia esset ecclesia secularium clericorum. In glo. ij. in fi.
5 vtraq; expositio est bona in se † q2 debet fieri mentio de primis literis, ⁊ de processu facto per eas, si quis est factus: ⁊ sic de serie rei. Et adde, ꝙ ad hoc vt dicatur expressa mentio facta de eis, vltra predicta requiritur, ꝙ fiat specialis mentio, ⁊ non in genere de primis literis. ⁊ sic non sufficit dicere: nō obstantibus alijs literis ad alios iudices impetratis sed debet dici non obstantibus alijs literis impetratis ad tales iudices in hac causa prout not. Joan. Andr. in. c. ij. hic allegato. de dolo ⁊ cōtu. quare autem requiratur ista expressa mentio in reuocatione literarum, dicit Inno ꝙ reuocatio literarum est odiosa, ex eo q2 censetur esse
6 contra ius † q2 non debet ille, qui datus est iudex, remoueri sine causa facit. l. pe. ff. de va. mu. ⁊ ff. de iudic. in. l. si longius. quāuis posset superior, si vellet, etiam sine causa reuocare. l. iudicium soluitur. ff. de iud. ⁊ ideo debet restringi talis reuocatio ar. j. de reg. iur. odia. lib. vj. ⁊ ff. de lib. ⁊ posthu. in. l. cum quidam. ⁊ sic intelligatur ratio quam assignat hic Inno. ratio autem huius rationis potest esse illa, quam assignat Hostien. q2 videtur quodammodo inferri iniuria vel contumelia primo iudici, quando reuocatur. nam interdum presumitur, ꝙ propter eius culpam fuerit reuocatus. facit quod habetur in. l. litigatores. ff. de arbi. ⁊ ideo sine causa fieri non debet reuocatio. ⁊ pro tanto cum dicta reuocatio sit odiosa, est restringenda per iura preallegata. ⁊ hec vera
7 in literis cause principalis. † secus dicit Inno. in literis cause appellationis: q2 ille sunt fauorabiles. nam per illas intendit quis se defendere aduersus iniustitiam sibi factam. ideo sufficit scdm eum, ꝙ narretur ꝙ sit appellatū a sententia simpliciter, si est diffinitiua: vel quod narretur causa inserta in appellatione, si appellatum fuerit a grauamine secundum ea que habentur in. c. vt debitus. de appel. Et plus sentit, quod non est necesse facere mentionem de appellatione. Sed contrarium ipse tenuit ⁊ me-
8 lius in hoc vltimo in. c. dilecti de maio. ⁊ obe. † ⁊ licet Jo. And. sic transeat. ¶ Adde quod idem videtur dicendum in literis cause appellationis, si primo emanent alique litere in ipsa appellatione, ⁊ postea super eadem causa appellationis emanent secunde ad alios iudices. quia tūc eadem est ratio, que in literis reuocationis emanantibus in causa principali: ideo debet esse idem ius. s. de translatio. c. ij. facit quod dixi in. c. j. ⁊ c. pastoralis. supra de rescriptis. Dominus tamē Floren. hic dixit, quod Innocen. voluit distinguere an prime ⁊ secunde sint impetrate

super principali causa, ⁊ tunc procedat quod est dictum, vt requiratur expressa mentio. de qua supra an vero prime litere impetrentur super principali causa, ⁊ secunde super appellatione: quia tunc in secundis non requiritur tanta expressio, quanta in casu precedenti. pro quo facit, quia litere super appellatione nō impetrantur ad impugnandum, sed ad defendendum. infra de appella. c. cum speciali. §. porro. Et dicit etiam, quod litere super appellatione non proprie veniunt ad reuocandas primas, sed ipsa appellatio valida est illa que transfert causam de iudice a quo ad iudicem ad quem infra de appellatio. vt debitus. ¶ In glo. iij. ibi ⁊ etiam merus executor. hoc non fatetur hic dominus Floren. licet fateatur de subdelegato: quia merus executor nullam videtur habere coercitionem supra. c. super questione. §. nos autem. ⁊ §. quem vero. nec habet obstare iste tex. secundum eum quia hic non dicitur, quod patriarcha fuerit merus executor quasi esset merus executor non haberet coercitionem, nisi committens executionem commiserit sibi circa executionem vices suas: per ea que leguntur ⁊ notantur infra eod. in. c. fina, ⁊ hoc modo posset saluari glos. ⁊ pro hoc etiam facit, quia licet hic appellatur patriarcha subdelegatus, tamen reuera videtur quod in effectu fuerat merus executor: cum fuerit subdelegatus seu deputatus ad meram executionem, videlicet vt denunciaret clericos seu canonicos sancte Iustine non esse excommunicatos. quia tamen videtur diuinatio quod hic delegātes commiserint
9 vices suas patriarche, circa id quod delegabant † potest dici, ꝙ attendenda sit qualitas persone executoris, quia si est persona vilis quam non decet habere potestatem coercendi, cum illa sapiat dignitatem, que non cadit in vilibus personis. l. ij. C. de dignita. lib. xij. ⁊ de testi. in. c. licet ex quadam. tunc procedat opin. domi. Floren. si aliud non appareat. secus si sit persona notabilis, prout erat hic patriarcha: nam tunc videtur, quod in dubio sit sibi data potestas coercendi, licet sit merus executor: quamuis non appareat expresse, quod committens executionem cōmiserit vices suas: vt hic videtur casus non cauillando, vel diuinando. nam hic non apparet, quod committens commiserit vices suas: sed solum commiserit merum ⁊ nudum factum. nec obstat, si dicatur, quod ex quo habet coercitionem, non debet dici merus executor: quia responderi potest, quod hoc non sequitur nam dicitur executor ex eo, quia non habet cognoscere de iustitia vel iniustitia eius, quod mandatur. facit quod habetur in. c. precedenti. §. quia vero. cum hoc tamen stat quod habeat potestatem coercendi pro executione mandati. Facit quod dictum
10 fuit in. d. §. quia vero. ⁊ quod dicetur in. c. si. infra eod. ti. ¶ † In eadem glo. ibi: non ex omnibus. ⁊ de ista potestate arbitri qualiter possit coercere inobedientiam partium, dic prout notatur in glos. in. d. l. non ex omnibus. hic allegata: quia hoc procedit quando quis esset conuentus coram arbitro actione arbitraria quia tunc si ad mandatum arbitri non restituitur res, poterit inobedientem punire deferendo alteri parti iuramētum in litem. In eadem glos. ibi: nisi lis contestata sit. hoc communiter non
11 tenetur: quia † licet procurator efficiatur dominus litis vel instantie per contestationem litis, vt in. c. j. de procuratoribus. libro sexto. tamē secus est in iudice per. l. iudiciū soluitur. ff. de iudic. Et ratio diuersitatis est, quia litis contestatio fit cum ipso procuratore ⁊ sic cum ipso quasi contrahitur in iudicio. l. iij. §. idem scribit. ff. de pecu. sed cum iudice non fit contestatio, sed coram eo. nec obstat. §. omnem. allegatus in glo. quia ibi: nil dicitur de potestate substituendi. ⁊ quod ibi dicit iudicem posse facere post litis contestationē, etiam dicit fieri posse ante litis contestationem in. §. ibi sequenti. ¶ In eadem glos. in fine. vel dic quod illa. l. cognitio. dicit quod delegatus ordinariū potest pronunciare de mittēdo quem in possessionē: ⁊ sic vt mittatur quis in possessionem. sed non dicit, ꝙ possit actualiter mittere, vt ibi
12 tangitur in glo. ¶ † Not. tñ ex hac glos. ꝙ delegatus ordinariū habet coercitionem: ⁊ potest mittere in possessionē causa custodie, ⁊ hoc modo poterit exequi suam sententiam. ⁊ hoc etiam tenuit glo. in. c. si quis. j. de for. compe. sed Bar. in. d. l. a diuo pio. ff. de re iud. tenet contrarium indistincte, ꝙ delegatus ordinariū nullo modo potest exequi suam snam: ⁊ sic non poterit mittere in possessionem etiam causa custodie: per id quod habetur in. d. l. a diuo pio. in prin. ⁊ in. l. ea que. §. magistratibus. ff. ad munici.
13 ⁊ in. l. iubere cauere. allegata in glos. † Sed Innoc. in. c. cum ab ecclesiarum. de offic. ordi. tenet, quod potest delegatus ordinariū exequi suam sententiam per iurisdictionē quam habet: ⁊ sic excommunicando ⁊ interdicendo: sed non per illam quam nō habet: ⁊ sic non poterit mittere in possessionē. ⁊ etiā hoc voluit gl. in. c. quisquis. ij. q. vj. ⁊ sequitur Jo. de Lign. in cle. j. hoc eod. ti. Aliqui tamen tenent simpliciter glo. in. c. si quis contra. j. de foro compe. ⁊ hic dicentes glo. procedere de iure canonico: licet de iure ciuili sit secus: ex eo q2 secundū canones illa que sunt mixti imperij

imperij, possunt delegari etiam ab inferiori a papa: vt notatur in c. quod sedem de offi. ordi. & per consequens ipsa executio que est mixti imperij: vt in dicta. l. iubere cauere sed do. Anto. hic & in dicto. c. si quis cõtra dicit hoc verũ, quãdo expresse cõmissa esset etiam executio: sed in dubio cum illa sit mixti imperij. l. iubere ca uere. non videtur cõmissa: ideo in dubio procedat opi. Inno. & hoc etiam fuit de mente Specu. in tit. de execu sen. §. nunc dicen dum. circa principium. & ibi etiam dixit Specu. quod subdelegatus delegati principis non potest magis exequi quam delegatus or dinarij. Barto. tenet tamen oppositum in. l. a diuo pio. vt supra dixi. c. proximo. §. quia vero. sed verius videtur dictum Specu. vt ibi dixi. Et de materia consueuit dici in dicto. c. si quis contra

14 clericum. j. de foro compe. in glos. iiij. in fine † nota ex glo. duos intellectus ad. c. qua fronte. §. fine. vnus est, quod dũ dicit, pro qua libet alia, intelligatur tamẽ non manifesta. alius est quod periculum ibi erat in mora. Tertius est extra gloss. quod ibi loquatur de manifesta offensa commissa in deum: ideo tunc sufficit prestare cautionem. secus quãdo esset cõmissa contra hominẽ. nam mitius agitur cum deo quã cum homine. vt in. l. celsus. ff. de arbi. in si mili dicitur, quod mitius agitur cum lege, quã cum homine. Sed ad uerte: quia non videtur hic apparere que essent iniurie sed dic quod imo apparet. quia archidiacon⁹ nõ permisit legi literas ad mã datum patriarche. & forte non solum impediuit lectionem, sed etiam nuncios fecit verberari. facit. j. de penis. c. romana. lib. vj. Et ex predictis habes quod iniuria fit iudici vel executori si prohi betur exequi mandatũ nam per hoc impeditur eius potestas fa

15 cit contra eod. titu. c. j. † Et ex predictis etiam nota quod qui non permittit literas iudicis legi, dicitur facere iniuriam iudici. facit quod habetur in. l. si quis id quod. ff. de iurisdic. om. iudi. & sic de

16 tali iniuria debebit satisfieri iuxta arbitrium superioris. † in glo. penultima ibi violenter resisti potest. hoc verum secundũ Ioan. andre. quando notorium est sententiam ipsam esse nullã. alias esset secus. per id quod habetur de tempori. ordi. in. c. ad aures. d. ta mẽ Florentinus limitat gloss. procedere, quando si fieret execu tio, non posset reparari preiudicium per iudicem superiorem vel appellationis. alias non deberet violenter resisti, sed appellari. & sic limitat hanc gl. Cinus in. l. ab executore. in fine. C. quorũ ap pel. non reci. quod est singulariter notandũ. potes cõiungere di ctum Cy. & d. Floren. cum dicto Io. and. & quia si sententia est nulla & hoc est notorium, tunc potest violenter resisti. sed vbi est nulla, sed nõ est notorium, tunc procedat dictum Cini. nam po terit violenter resisti eo casu, quo si fieret executio. nõ posset repa rari preiudicium. alias non debebit violenter resisti, sed appellari.

17 & facit quod dictum fuit in. c. si quando. s. eo. † in glo. fina. in fine. nota bene glo. que videtur velle: quod vbi in aliquo concurrat vna potestas vera, & alia putatiua, si procedat ex putatiua nõ va let actus, licet potuisset tenere ex vera, si ex illa processisset. & sic vi detur hec glos. decidere dubium, de quo tangit Innocen. in. c. cum ex officij. de prescrip. vbi videtur tenere oppositum. sed con tra ipsum videtur hic casus coniuncta glos. quod tene menti. vn de Hostien. ibi etiam non tenet op. Innocen. de quo plene dici consueuit in dicto. c. cum ex officij. de cautela tñ est, quod iudex pro cedat omni modo. quo melius potest. & sic protestetur, quod sua sit intentio. s. procedere omni modo, quo melius potest. nam virtu te dicte protestationis sustinebitur actus eo modo, quo melius potest. & sic sentit hic. d. Floren. ¶ An autem patriarcha hic po tuisset excommunicare archidiaconũ qui impediuit, dic quod sic: quia eadem est ratio. & quia etiam illa est potestas censure ecclesiasti ce. j. de verbo. signi. in. c. querenti. que isto casu transiuit in sub delegatum: ex quo non fuit excepta. facit quod habetur. j. e. in. c. ve nerabili & in. c. ex literis. j. de iure patro. Et de materia an archi episcopus sit ordinarius in sua prouincia: recurrere ad ea que ha

18 bentur. j. de offi. ordi. in. c. pastoralis † vltimo extra glo. potest op poni, nam videtur quod valere debuit processus habitus per execu torem, etiam si secunde litere reuocent primas. quia si non est re uocatum in dubium de viribus literarum, valet processus habi tus ratione dubij. j. de appella. c. si duobus. Item ex quo non est exceptum, videtur valere processus per primas literas factus. j. de resti. spolia. c. audita. Soluit Innocẽ. dupliciter: primo intelli gendo, quod hic videtur intelligi, quando fuit in dubium reuocatũ de viribus literarum: quo casu quia debet iri ad arbitros: quan do iudices non concordant. s. de rescriptis. c. pastoralis. non valet processus factus contra tertium, vel contra partes. & ita in telligatur hic. ¶ Secundo soluit, quod hic intelligatur, quando non fuit reuocatum in dubium de viribus literarum: sed procede bant primi iudices & secundi quo casu si processus fit contra ex traneos. non valet. & ita loquatur hic. sed si fieret contra partes ratione contumacie, bene valeret. si autem procedatur in princi pali processus valebit, si sit factus etiam per literas reuocatas, si fiat antequam sint presentate litere reuocationis: sed postea non valebit, etiam si nõ appelletur. Alij tamen dicunt, quod quo ad partes valebit, si non appellet, sed nõ quo ad extraneos. d. An to. hic tenet, quod quo ad extraneos non tenet processus. quo ad partes non tenebit in principali causa, si fiat post presentatas li teras secundas reuocantes primas: nisi iudices pronuntiarent se iudices cõpetentes, & nõ appellaretur. d. vero Floren. hic dicit sine distinctione tenendũ, quod tenet processus, qui fit per primas lite ras, nisi excipiat de secundis & appelletur: prout etiam dixi post eum in. c. ceterum. de rescrip. nec placet ei distinctio, inter par tes & extraneos: quia etiam contra extraneos potest delegatus procedere ex causa: puta si turbant eum. s. eo. c. j. sed tu dic plene de ista materia, vt dixi in dicto. c. ceterum. de rescriptis. Imola nus vtriusque iuris doctor.

1 Mundum hunc dici medium, et quare.
2 Mandatum iurisdictionis expirare morte mandãtis re integra atque inibi quando dicatur res non esse integra.
3 Unum posse aliquãdo vicem duorum sustinere.
4 Dispositio quãdo possit trahi ad casum fictum.
5 Clausulam, si non omnes poteritis, rescripto appositam verifi cari tam in impedimento facti quam iuris.
6 Mandatorem & mandatarium posse aliquem dici in eodem ne gotio, diuersis tamen respectibus.
7 Citationẽ saltem requiri ad perpetuãdam iurisdictionem. et an per allum actum ante citationem perpetuetur. & quid si citatio non esset legitima, an perpetuet iurisdictionem. & nume. sequenti. et. 10. 12.
9 Reuocationẽ iurisdictionis expressam non impediri nisi deuen tum sit ad citationem, vbi quis commisit alteri vices suas in to tum.
11 Iurisdictionem ordinariam esse fauorabiliorem quam dele gatam.
13 Citationem requiri ad perpetuandam iurisdictionem executo ris deputati circa iudicialia, aliter atque si datus esset executor cir ca beneficia.
14 Intellectus ad. l. si vni. §. neratius. ff. famili. herciscun.
15 Intellectus ad. l. cum queritur. ff. de fideicom. liberta.
16 Sententiam latam pro mortuo regulariter non valere.
17 Mandatum directum seu extensum expresse post mortem non extinguitur morte mandantis.
18 Intellectus ad. l. cum pater. §. meuio. ff. de lega. ij.
19 Iurisdictio perpetuata in vna causa quando censeatur perpe tuata quo ad alias causas, & quando non & nume. 21.
20 Citatio simpliciter facta ad respondendum super ijs, que quis intendit petere, perpetuat iurisdictionem quo ad omnes causas, et numero. 24.
22 Intellectus ad. l. si quis. §. si impubes. ff. de instito.
23 Citatio facta super vna re expressa in rescripto an prodest vt quo ad ceteras res intelligatur perpetuata iurisdictio.
25 Delegatio fuerit facta sub nomine dignitatis eius qui subdele gat, an sub nomine proprio, interest ne quantum ad hoc vt expi ret vel non expiret mandatum morte mandantis re integra.
26 Iurisdictio subdelegata ad expiret per transactionem delegan tis re integra.
27 Mors ciuilis an & quando equiparetur naturali.
28 Episcopo excommunicato an & quando gesta per eius officia lem sint nulla.
29 Subdelegato an & quando noceat excommunicatio superue niens in persona subdelegãtis. & nume. sequenti. et. 32.
31 Excommunicatio superueniẽs in personam eius qui subdelega uit in totum an obstet subdelegato, vt re integra expiret vel sus pendatur iurisdictio subdelegata. & nume. 33.
34 Iurisdictio delegata an expiret ipso iure per mortem delegantis re integra: an vero ope exceptionis.
35 Citatio facta contra vnam personam an perpetuet iurisdictio nem quoad alias personas.
36 Procurator an sit repellendus excommunicato domino, si ante excommunicationem fuerat constitutus. & quid in procuratore in rem suam numero sequenti.
38 Substitutus cum clausula, donec duxerit &c. ab eo cui papa cõ miserat officium sub eadem clausula, an morte substituentis pri uetur eo officio.

Licet vndique. Iurisdictio delegata re integra morte delegãtis expirat. h. d. Et in prima ponit consultatio. in scda respõ sio. Scda ibi, inquisitioni in tex. ibi de medio. i. de hoc

1 mũdo † quia appellat medi⁹ ex eo, quia est in medio inter celũ & infer nũ, vt habet in. c. hec autẽ vita. xxiij. q. iiij. & facit quod habet. j. si is cui. & c. si a subdelegato. li. vj. † not. quod mandatũ iurisdictionis ex

2 pirat morte mãdantis re integra secus si res nõ est itegra. Et nota quando dicat res nõ esse integra vt quia ille cui facta est delegatio cepe

non obstante contestatione facit quod habetur de except.pastoralis.† Not. quod vbi reuocatur in dubium de iurisdictione alicuius iudicis, ad illum spectat cognoscere an sit iudex, & potest pronuntiare se iudicem competentem: & preiudicat sententia nisi appelletur. Et no. q talis sententia dicitur interlocutoria: & ab illa etiam potest appellari de iure ciuili: vt est glo. notabilis in authē. habita. C. ne filius pro pa. Et nota. q talis sententia preiudicat si non appellatur, etiam dato q iudex non haberet iurisdictionem. Facit quod dixi in. c. ex parte decani. de rescriptis. & q no. Lapus in. c. j. de rescriptis. in. vj.† Not. quod iurisdictio delegata non potest prorogari de re ad rē per procuratorem, si fuit simpliciter constitutus ad causam pertractandam: & ideo requiritur q habeat sufficiens vel speciale mandatum ad prorogandum. ¶ Not. quod licet procurator non habeat potestatem prorogādi, si tamen prorogat sciente dño & non contradicente, videtur dño preiudicare de quo etiam tangetur cum glo. ¶ Nota. q vbi factum procuratoris non preiudicat domino nisi propter patientiam ipsius domini, cautela est q cum factum peruenit ad notitiam domini, statim contradicat facit quod habetur in. c. j. ad finem. vt lite nō contesta.† Not. q iurisdictio delegata non extenditur nisi ad comprehensa in rescripto. Et ex hoc etiam nota q rescriptum est stricti iuris, & non debet extendi. Facit q habetur de rescriptis. c. fin. & infra eo. in. c. P. & G. ¶ Not. quod ille qui appellauit ab interlocutoria, iterum videtur citandus antequā procedatur per iudicem a quo. Sed certe hoc non est necessarium, vt est expressum in. c. eum qui: de dolo & contu. lib. vj. ¶ Not. q post appellationem legitimā non tenetur appellans comparere coram iudice a quo, nec censetur cōtumax si non compareat. Et no. etiam † q sententia excōmunicationis lata post appellationem legitimā est ipso iure nulla. Facit. j. de senten. excōmu. in. c. licet. ¶ Not. quod procurator intelligitur constitutus solum ad illa que sunt expressa in mādato procurationis.† Et ex hoc not. q mandatum procurat. & mandatum delegati equiparantur: quia vtrumq intelligitur stricte. quod tene menti. ¶ Item no. quod damna data super re nō possunt resarciri officio iudicis, vbi sunt data ante litis contestationē, si nō fuerunt petita vnde super illis debet fieri impetratio, & similiter expressa debet fieri petitio. l. ediles. §. item sciendum. ff. de edili. edic. Et facit q not. Bart. in. l. iiij. §. hoc autem. ff. de damno infecto. Secus in damnis, que contingunt circa rem petitam post litis cōtestationē. q de illis potest iudex se intromittere, etiam parte non petente. d. §. item sciendum. Et facit quod notat Bar. in. l. si quis missus. §. fin. ff. de dam. infec. ¶ In glo. ij. ibi: & talia dicta nō valent. hoc intellige: quando iuratur sup certo articulo, vt infra dicit glo. q si deponant super alio videntur tunc deponere non iurati. Sec° si iurassent dicere veritatē super articulo & tota causa: quia tunc valeret dictū etiā sup alio articulo. dūmodo clauderetur intra iurisdictionem iudicis, prout nota. in. c. de testibus. allegato in gl. Et nota. etiam per legistas, & maxime Bart. in. l. si duo patroni. §. item Julianus.† & ideo sis cautus in pactica, vt facias iurare testem non simpliciter super articulis productis: sed etiam sup tota causa: quia tunc licet deponat aliquid extra articulum vel articulos faciens ad causam, valebit tamen dictū eius. In glos. iij. ibi: si seruus sciente. Sed certe potest dici q ibi est speciale fauore religionis seu ordinis clericalis. In ea glo. ibi. c. ij. Sed certe ibi loquitur quando agitur de temporali alienatione, in qua versatur modicum preiudicium. ¶ In ea. glo. ibi. l. vltima. Sed certe illud cōtingit ibi secundum glo. q factum institutoris preiudicat domino in non expresse cōmissis, ex eo quia illa que facit licet nō expresse erunt cōmissa, dñs facere cōsueuerat: & ibi ideo pīudicat ipsi domino. ¶ In ea. glo. ibi: sed & in principio. si intelligas de prima. l. sed & si illa modicū facit. nam ibi dicitur quod si aliquis nomine meo aliquē preposuit alicui negotiationi. et ego ratum habeo, mihi preiudicat. Si vero intelligas de scđa. l. sed si illa etiā modicū facit q illa dicit q si institor institut° p patrē pupilli post mortē pupilli psequat in negotiatione sibi cōmissa pīudicat pupillo, si nō fuit reuocatus per tutores. ¶ In ea. gl. ibi: si filius. ibi non interuenit simplex patientia & taciturnitas, imo etiam interuenit actus positiuus, videlicet receptionis literarum transmissarum p filium patri, quibus pater non cotradicit. Facit q habetur in cle. ij. de procuratori. ¶ In ea. gl. ibi: si vt proponis. Potes dicere q ibi est speciale fauore nuptiarum, vt pater intelligatur cōsentire nuptijs filij vel filie, si non cōtradicit. Et intellige, fauore nuptiarum: id est matrimonij p. l. nuptias. ff. de regu. iur. ¶ In ea. glo. ibi. l. ij. Sed certe ibi etiam partes gsenserunt & ideo ibi valet sentētia lata per iudicē, si erat casus, in quo posset fieri prorogatio ex vi prrogationis alias, nō valebit vt sententia, sed vt pactum, si partes illā approbarūt, vt notat in. d. l. ij. Et ex predictis patet quod iura allegata per glos. non videntur simpliciter pbare dictū glo. Et cōtra gl. facit q habetur in. l. procurator ad exhibendū. §. j. & in. l. quo eni. §. Julianus. ff. rē ra. ha. vbi videtur† q si sciat dñs aliquid factū nomine suo per nō habētem mādatum, videat illud reprobare, nisi ipsum approbet. Hosti. & Jo. An. post eum dicit gl. nō procedere relatam ad tex. inquātum vult q si procurator excedit fines mādati dño sciente, quod preiudicet domino, nisi statim cōtradicat. Mouetur, quia actus hic gestus per pcuratorem erat nullus, nedum propter defectum mandati pcuratoris, sed etiam propter defectū iurisdictiōis. Et ideo nō habet domino preiudicare. quia vbi interuēit defectus iurisdictionis, nō videtur quod possit actus ratificari, vt notatur. e. eo. in. c. prudentiam ad finem prime glo. magne. Et facit quod nota. in. l. licet. ff. de iudi. sed secundum eos gl. procederet quādo pcuratio excederet mandatum coram ordinario, vel etiam corā delegato, si delegatus haberet iurisdictionem super illo, sup quo procurator excedit mandatum. Sed certe secūdum hūc intellectū oportebit hic subaudiri ad tex. dum dixit, protinus contradixit scz maxime, quia secundum hoc idem fuisset si nō gtradixisset. Sz certe ista expositio violat literam, a qua in dubio non debet recedi infra de verb. signi. in. c. preterea. cum ibi notatis. Facit. l. non aliter. ff. de leg. iij. ideo dixit hic. d. Ant. q † hic excessit fines mādati in eo q erat vicinum mandato: ideo pīudicat domino. Facit. l. iam tñ. §. qd tñ. ff. iudi. solui. & q. j. tangit glo. secus si omnino esset extraneum: quia tunc ex quo actus est factus ad preiudicium absentis, & interuenit simplex patientia, nō preiudicaret ipsi absenti, per notata per Bar. in. d. l. quo enim. §. Julianus. Secus si actus esset gestus ad cōmodum absentis: q tūc bene videtur habere ratum, si nō cōtradicit cum scit. l. si absentis. C. si certum peta. ¶ Item secus si cum taciturnitate iungatur actus positiu° quia tunc bene preiudicaret absenti, si non cōtradicit, per id q habetur in. l. si filius. allegata in glo. & in clemē. instrumēto de pcurato. Sed certe ista opi. nō videtur bona: quia hic illud, super quo procurator excessit mandatum videtur fuisse omnino diuersum abeo quod erat mandatum procuratori, prout litera videtur innuere. Et propter hoc forte secūdo dixit quod licet hic esset duplex defectus, scilicet mādati procuratoris & etiam iurisdictionis tñ principalis defectus videtur fuisse defectus mādati pcuratoris qz si habuisset sufficiens mandatū ad progandum, potuisset progare iurisdictionem, & sic tollere defectum iurisdictionis, & ideo secundum eum videtur q si dñs sciuit progationem factam per pcuratorem excedentem in hoc mādatum, si nō cōtradixit, sibi preiudicet. Sed certe iste intellectus nō videtur etiam pcedere: q vbi aliquis facit actum, nomine alterius, si tendit ab preiudicium, nō videtur q habeat preiudicare etiā scienti. per id q not. Inn. in. c. pe. licet aliter dicat in. c. ex parte decani. de rescriptis. & facit et q no. Bar. in. l. sepe. de re iudi. & in. d. l. quo enim in. §. Julianus. † d. flo. hic tenet glo. dicens illā procedere in actibus iudicialib° q si fiant dño absente, preiudicatur ipsi domino, si nō contradicit statim cum scit, per hūc tex. Fallit tamē si factum pcuratoris incideret in delictum: q tunc nō preiudicaret domino, nisi expresse ratum haberet de iure iurā. c. fin. lib. vj. Secus dicit in actibus extraiudicialibus: q in illis nō fiet preiudiciū domino absenti, licet nō cōtradicat statim cum scit. Et sic intelligit no. in dicta. l. quo enim. §. Julian°. Nec obstat q in isto casu actus videtur fuisse nullus propter defectum iurisdictionis: q talis defectus purgatur propter progationem, quam videtur facere pcurator cōsentiendo iudicem cognoscere, quam dominus postea videtur ratificare, ex quo nō cōtradicit Et hoc mō saluat gl. relatā ad tex. Sz cōtra hāc opi. inquātū indifferēter cōcludit in actib° iudicialib° fieri preiudiciū dño, si dñs non cōtradicit, videtur casus in. d. l. pcurator. §. j. & in. d. l. quo enim. §. iulianus. & facit q ibi no. Bar. & in. l. sepe. ff. de re iudi. & Inno. in. c. pe. de re iudi. Et sic per predicta nō bene videtur haberi veritas. Potes dicere q aliquādo quis est procurator, sed excedit fines mādati: & tunc gestū per eū preiudicabit domino absenti, si nō contradicit cum scit, saltim in actibus iudicialibus, vt hic est tex. nō violando eū. Et idem videtur dicendū etiā in extraiudicialibus. per. l. fin. ff. q cum eo. intelligendo illam prout litera sonare videtur. licet glos. aliter videatur intelligere, vt dixi superi° sup gl. Interdū vero nullū habet mandatū: & tunc si aliqñ habuit, sz fuit reuocatū: & tunc adhuc pōt dici q preiudicet dño, pter reliquas precedētis mādati, sz ipse nō gtradicit, p id q habetur in. l. semper qui nō phibet. ff. de regu. iur. & q no. Inn. in. c. ex parte decani de rescriptis. Interdū nullū habet mādatū, nec etiā habuit: & tūc nō preiudicat dño absenti, lz nō gtradicat, per. d. l. pcurator. §. j. & per. d. §. Julianus. cum ibi not. & per nota. per Bar. in. d. l. sepe. & Inn. in. d. c. pe. nisi forte gerens actū fuerit cōiuncta persona p id q no. Cy. in. l. inuit° C. de pcu. & per id q dixi in dicto. c. ex parte decani. de rescriptis. Et per predicta patet q dictū Inn. in dicto. c. ex parte decani. inquantū dicit indistincte q si quis agit nomine alterius dño sciente & nō cōtradicente, intelligitur dominus tacite habere ratū,

et per hoc sibi preiudicatur:non videtur procedere indistincte,sꝫ debet restringi ad casus,quos supra dixi.qđ diligenter tene mẽti.Et per predicta patet glos.saluari posse etiam relatam ad tex. Nec obstat qđ isto casu videtur qđ actus sit nullus propter defectum iurisdictionis:quia responderi põt, vt superius dixi post do.Floren.¶ Jn ea.glo.ibi:⁊ postea litem peragere.Sed certe non per hoc sequitur qđ intelligatur per misisse qđ possit illam peragere post tempus prefixum iudici ad causam finiendam:sꝫ potius videtur quod intelligatur permisisse postea litem peragere,infra tempus tamen datum iudici ad litem finiendaꝫ.¶ Jn ea.glo.ibi:prope mandatũ id est iuxta mandatum. Sed certe in casu isto non videtur qđ sit iuxta mandatum, cum in dubio ex quo est datus ad agitandam causam coram tali iudice,videtur datus vt illam possit agitari infra tempus intra quod illius durat iurisdictio:⁊ sic non videtur data potestas vt possit prorogare tempus. Et pro hoc bene facit quod habetur in.l. qui rome.§.

19 Callimachus.ff.de verbor.obligatio.vbi patet† qđ si aliquis est datus ꝓcurator ad recipiendam solutionem debiti,nõ potest ꝓrogare debitori tempus solutionis fiende.¶ Jn ea.glos. ibi.§. vltimo melius facit.§.quid tamen.eadem lege.Jn ea glo.ibi:siue sequelam.Sed certe qđ possit fieri prorogatio per procuratorẽ,seu quod illa habeat per ipsum fieri.non est hoc preparatoriũ necessario,nec similiter sequela necessaria ad mandatum datum ⁊ ideo non sequitur quod possit prorogare. Et sic patet qđ iura allegata per glo inquantum vult quod licet procurator non habens mandatum ad prorogandum non possit prorogare de re ad rem,sed de tẽpore ad tempus sic,non probant dictum glo.cũ glo.tamen concordat vincen.philippus. ⁊ petrus:sed Goffr.tenuit contrarium.videlicet qđ non potest prorogare etiaꝫ de tempore ad tempus,nisi habeat generalem cum libera, maxime cũ domino non expedit.Secus si haberet generalem cum libera, ꝑ id qđ habetur in.l.procurator,cui libera.ff.de procura.⁊ ꝙ not. etiam per Bart.in dicto.§.Callimachus ⁊ cum Goffr. concordat Jnnoc.hic ⁊ expressius in.c.de causis supra eo. tamẽ secundum.d.floren.Jnn.hic postea videtur sentire ꝙ factum procuratoris non nocet domino, nisi consentiat tacite vel expresse. Et inducit iura,de quibus hic,in principio glo.propter quod.d.flor: tenet glo.sane dicens qđ prorogatio de tempore ad tempus respectu litis ꝓsequende, videtur esse proprie mandatum,tanquã pertinens ad expeditionem cause,⁊ hoc si fiat ad modicum tempus.arg.c.consuluit supra eo.vbi iudex etiaꝫ ꝑte inuita expectat

20 diem sequentem.Et pro hoc etiam allegat,† quia factum procuratoris preiudicat domino in ijs, que sunt parui preiudicij .l. iij.cum ibi notatis.C.de procurato.⁊ in.c.j.ad finem. vt lite non contest.Jn mora autem modici temporis non est magnum dãnuꝫ.l.si debitori.ff. de iudi.⁊ sic si talis prorogatio cum aliquali preiudicio domini tenet.fortius tenebit si fiat sine dãno domini per predicta.sed si fiat ad non modicum tempus,tunc, secunduꝫ eum,si fiat ad cõmodum domini,tenebit per predicta: secus si ad incommodum, quia factum procuratoris non preiudicat in ijs que sunt magni preiudicij, vt notatur in dicto.c.j.vbi etiam ꝑ.d.flor.si tamen dominus sciret,⁊ non contradiceret , videret approbare, per id quod hic dicitur,⁊ in dicto.c.j.ad finem.⁊ qđ etiam superius dixi.Quando autem fit prorogatio de re ad rem hoc non dicitur modici preiudicij:ideo non valet,nisi dominus approbet expresse vel tacite,vt quia scit ⁊ non cõtradicit per hũc textum.Do.Ant.hic trãsit cum dicto Goffr.qđ non possit prorogare etiam de tempore ad tempus,nisi habeat generalem cuꝫ libera.Et hanc partem etiam tenuit Jnn.vt predixi, ⁊ videtur etiam de mente Bar.in dicto.§.Callimachus. Et pro ista parte

21 videtur casus ibi in simili, vbi patet † qđ procurator datus ad exigendum vel excipiendam solutionem , non potest terminum debitori prorogare.nisi habeat generalem cum libera:ideo de iure videtur verior opini.Goffr. ⁊ Jnn.licet opi.d.Flo.⁊ eius distinctio pro saluatione glo.videatur sapere equitatem: ⁊ ideo tene illam bene menti.Satis tamen videtur qđ si procurator prorogat de re ad rem nec de tẽpore ad tẽpus, ⁊ dñs scit,⁊ nõ cõtradicit, qđ intelligitur tunc illam prorogationem approbare, per hunc tex.⁊ sic valebit.Et hoc etiam tenuit Hostien.in ꝓrogatione de tempore ad tempus.Jdem tamen videtur in prorogatione de re ad rem,per ea que dixi.s̃.⁊ sequitur hic.d.Flo. vt superius dixi post eum.¶ Jn ea.glo.ibi persistere velit.quasi secus si nolit persistere actor in sua petitione:quia tunc non poterit reus reconuenire ꝙ intelligunt doc.procedere si actorem peniteat antequam reus fecerit reconuentionem.Secus si porrexerit iaꝫ suam petitionem super reconuentione:quia tunc est ei ius quesituꝫ ideo nõ põt actor desistere in eius preiudiciũ.arg.l.fi.ff.de pactis ⁊.l.si post mortẽ.§.fina.ff.de contratabulis.⁊ notatur per Cy.⁊ alios legistas in authent.⁊ cõsequenter.C.de senten.⁊ interlocu. omni.iudi.Et facit qđ cõsueuit dici in.c.ex cõqstione de resti.spo

22 lia.de quo in.c.j.de mutuis peti.†An autẽ procurator possit renũtiare exceptioni competenti domino.Jnn.hic dicit qđ nõ,nisi habeat generale mandatũ cuꝫ libera,per.l.cõtra iura.§.fin.ff.de pactis.Sed tu dic idem,etiã si habeat liberam, nisi renũciaret ex

23 iusta causa:quia alias esset donare.qđ †nõ includitur etiã in libera,vt patet in dicta.l.contra iura.§.fin.⁊ no.per Bar.in.l.si quis delegauerit.ff.de noua.Sed .d.Ant.hic dicit qđ exceptionibus dilatorijs posset renuntiare,sed non peremptorijs,que habẽt preiudicare nogotio principali:quia tũc talis renũtiatio caderet in speciem donationis,que non includitur etiam in mandato cum libera .l.si filius.ff.de dona.¶ Tu adde qđ Bar.in.l.fin.in principio.ff.de ijs que in frau.credi.dicit quod exceptioni peremptorie non potest renuntiare,per ea que sunt dicta:nec etiã similiter exceptioni dilatorie solutionis per id ꝙ habet in.l.omnes.§.fin. ⁊ in.l.ait pretor.§.si cum in dieꝫ.ff.de ijs que in frau.credi.sed exceptionibus declinatorijs iudicij bene poterit renuntiare,per id quod habetur in.l.si fideiussor.§.quedam.ff.mandati. Sed certe hoc vltimum videtur limitandũ,nisi forte esset exceptio recusationis ratione suspitionis.argu.c.quia suspecti.iij.q.v.vel nisi ageretur de ꝓroganda iurisdictione,eo casu quo alias iudex nõ ha-

24 beret per id qđ superius dixi.†An autem possit ꝓcurator renuntiare ꝓbationi suꝑ exceptionibus peremptorijs vel alijs.Jnno. hic videtur velle qđ mittendo probationes facere, bene potest preiudicare domino:⁊ imputet sibi dominus,qui negligenteꝫ eligit .l.fina.§.hac autem.ff.naute,cau.⁊ in.l.cum mandato.ff.de procura.Si vero expresse vult renuntiare refert opi.¶ Naꝫ quidam dixerunt qđ poterit. Refert tamen qđ alij contra, ⁊ in hoc persistit.Et ista secunda videtur verior.Facit qđ notat in regula, delictũ de regul.iur.in.vj.vbi prelatus negligendo potest preiudicare ecclesie,sed nõ expresse remittẽdo ius ipsi⁹ ecclesie. Que

25 rit etiam hic Joan. And.an procurator† datus ad causaꝫ matrimonij,poterit etiam agitare causam dotis.Egidi.videtur tenere quod sic per.ca.iij.de dote resti.Sed Joan.And.tenet contra per hũc tex.quia de se sunt diuerse species ⁊ sic datus ad vnã non intelligetur datus ad aliam,per hunc tex.⁊ per.l.si procurator.ff.de procurato.Non obstat .c.iij.quia ibi ex iuris dispositiõe iurisdictio extenditur ad causam dotis propter connexitatẽ,quã habet ad matrimonium:quia sine illo esse nõ potest: licet ecõtra possit esse matrimonium sine dote.l.fin.C.de dona.ante nupt.sꝫ in mãdato procuratoris simpliciter attenditur eius potestas ex forma constitutionis ipsius procuratoris, ⁊ ideo solũ põt ꝓseq illa,ad que est dat⁹,nisi alia sint necessaria ꝑãbula vel necessaria ad mãdatũ datũ expediendũ,vt tetigit gl.qđ nõ contingit in casu ꝓposito. ¶ Jn glo.fin.ibi: quia non habebat iurisdictioneꝫ Et sic vult glo.quod causa nullitatis sententie excõmunicatiõis fuit defectus iurisdictionis. ⁊ per hoc colligunt aliqui qđ sentẽtia excommunicationis lata per delegatum ex causis sibi nõ cõmissis non valet.Ad idem quod habetur de preben.in.c.fin. vbi etiã tangitur per Joã. An.sꝫ Jnn.dicit hoc hic nõ ꝓbari:q⁊ secũdũ eum,causa nullitatis fuit appellatio legitima ,que precesserat.Potes concordare opi.vt voluit sentire .d.Ant.quia dictuꝫ glo.posset habere locum,si iudices non fuissent interlocuti se iudices competentes:sed ex quo pronuntiauerunt se competentes sñia fecisset ius nisi fuisset appellatũ:ideo tũc ꝓcedit dictũ Jnn. ¶ Jn ea.glo.ibi:⁊ hic error.Supple quis erat error iuris,⁊ sic su

26 pinus facit qđ habet in.c.j.de cõstitutionibus.† Extra glo.põt opponi ꝙ debuerit appellare ꝓcurator ab iterlocutoria iudicũ,⁊ nõ dñs,qui nõ fuit in causa.ij.q.vj. biduũ.℣.si aduersari⁹. Et ex quo ꝓcurator nõ appellauit,videt ꝙ preiudicauit dño,per illuꝫ, tex.⁊.j̃.vt lite nõ contest.c.j.Solutio.Dic qđ dñs potuit etiã appellare propter suum interesse.j̃.de ꝓcura.nõ iniuste. ⁊ ideo non potuit procurator omittens appellare, preiudicare dño, ex quo ipse dñs appellauit.Facit qđ habet in.c.cũ inter.R.de elec.Secũdo põt opponi ꝙ causa futura nõ possit delegari,nec in iudiciuꝫ deduci.l.nõ queadmodũ.ff.de iudi.⁊ in.l.j.ff.de vsuris.Soluit Jnn.primo ꝙ hic de grã dati fuerũt iudices,qui poterãt cognoscere de obligatione futura.Nã videbant dati sub conditione,si comes edificauerit.Et dicit nõ esse absurdũ iudices dari ad futuras lites:q⁊ etiã procurator datur ad futuras lites.l.iij.ff.de procurato.⁊ mandatũ iurisdictiõis ⁊ ꝓcurarationis parificant .l.⁊ q⁊.ff.de iur.om.iud.Sꝫ certe iste intellectus nõ videt bonus tum q⁊ nõ debemus decret.trahere ad gratiã,sꝫ potius ad ius cõmune,vt no.ꝑ Jo.An.j̃.de testi.in.c.ex ꝑte ⁊ facit ꝙ no.gl.in.c.pen.

27 de tẽp.ord.tũ ẽt q⁊,vt dicit Host.qcqd dicat Jnn.†rescripta nõ dant ad lites futuras.s̃.de rescriptis.c.fi.sꝫ secus in ꝓcuratore. iõ dicit Jnn.scđo,⁊ meli⁹ ꝙ hic erat ius agẽdi de pñti,videlꝫ ius ꝓhibendi agẽdo negotiũ dñ q̃s se ꝑparat ad edificãdũ.nã eo ipo ꝙ se ꝑparat,agi pt ꝯ eũ.l.si eo loco.℣.sꝫ si quidẽ.⁊ ℣.Julian⁹ .ff. si serui. ven.Facit.l.j.ff.de polli.Jnn.tñ hoc nõ vr̃ fateri ꝙ h̃ sufficiat ꝙ q̃s se ꝑparet ad edificãdũ,vt possit agi ꝯ eũ:⁊ ꝑꝑ h̃ forte

Hostien.

Hostien.hic dixit quod comes iam ceperãt edificare z exponit literã duz dicit,nitebatur.scilicet in presenti. Et hoc esset violare literam.ideo tene quod dixi.Et quod possit agi contra parantez se edificare,licet Inno.hoc non fateatur,est text. in dicta .l.si eo loco.z probatur etiam in.l.j.§. potest cuz ibi notatis.z in.l.de pupillo.§.de nuntiationem.ff.de noui operis nuntia.Finaliter potest opponi qd super damnis poterunt iudices cognoscere,quia veniunt accessorie.l.iij.z.iiij.ff.de actio.empti. Et quod sint accessoria spoliatiõi etiã pbat̃ i.l.j.§.q vi. z.§.sequẽti.ff.de vi z vi armata.z de restitu.spoli.in ca.grauis.Soluit Innocẽ.quod si hic fuisset propositum aliquod principale,cui accederẽt hec damna, procederent contraria.Exemplum si dixisset abbas se spoliatuz nemoribus:quia tunc venissent damna in eis data. Sed in casu proposito damna nemorum erant omnino separata a narra-

28 tis in rescripto:quia nihil erat de nemoribus.† Debet autem põderari dispositio rescripti secundum Innoc.quia veniunt illa in commissione que importantur per verba rescripti. Et per predicta patere potest quid si in rescripto dico me spoliatum fundo. nam agere potero ad restitutionem possessionis,z etiam ad dãna occasione violẽtie illata, per iura supra allegata.Et si de contractu agatur,z fiat mentio in rescripto,poterit agi ad interesse.l. j.z.iij.ff.de actio.empti. Et similiter si narratum esset de iniuria super nemoribus facta poterit agi de damnis datis,z etiam de possessione,z proprietate.ff.de iudi.l.solemus. z de causa posses. in.c.cum ecclesia.Et sic debet attendi an id,de quo queritur,possit vel non possit comprehendi sub verbis rescripti. Quid autez si dicatur quod talis iniuriatur mihi super tali fiendo an poterit agi rei vendicatione ad fundum z condictione sine causa ad fructus perceptos ante litis contestationem.Joan.an. quod sic qr ad fructus agetur,velut accessorios condictione sine causa.l.cuz quis.ff.de conditi.ob causam.Et plus dicunt quidam quod poterit ille contra quem impetratum est tale rescriptuz,accusari criminaliter, si vim intulit.l.iulia de vi publica.vel alia simili lege: quia hoc videntur pati verba rescripti cum dicunt, si aliquibus specificatis postea adijceretur clausula generalis,puta si quis impetraret ɔtra titium super fundo z rebus alijs:quia non poterit per tale rescriptum ex homicidio illum accusare. de rescriptis ca. sedes.Alij tamen,vt refert Innoc.dicunt quod per rescripta de quibus dixi supra non potest agi ad vindictam,sed solum de re familiari nisi in rescripto aliud exprimat̃.Et hoc dicit verius,per id quod habetur in.l.vbi.C.de falsis.z in dicto ca.sedes.Et facit qd not.de rescriptis.dispendia lib.vj.Et not. bene hoc, dictum

29 Inno.qui vult † in dubio in rescripto non includatur accusatio criminalis.Imo etiã plus vult,qd nõ includatur actio tẽdens ad vindictam vt est actio iniuriarũ:sed solum illa que prosequit̃ rem familiarem,hoc est damnũ.Facit quod legit̃ z not. in.l.j.C. quando ciuilis actio preiudi.crimi.¶ Ultimo tangit Inn.quid si fuisset impetratum super nõ iuridica cõstructione molendini, cũ clausula z rebus alijs,an potuisset agi super dãnis datis dicit Inn.q̃ nõ qr minora erãt expressa,z agebat̃ reali p dãnis.Aut agit̃ actiõe psonali,z est descẽdẽs ex maleficio:z sic velut dignior nõ videt̃ includi.s̃.de rescriptis.c.sedes.Et ppter hoc dixit etiã Egidius comitem nõ posse prorogare.Sed certe hoc est falsum secũdum abbatem z Jo.An.per hunc text. Nec primum putat

30 etiã Jo.An.verũ,inquantũ vult † qd expressa actione reali sub clausula generali nõ includat̃ actio personalis:qr imo includet̃, nisi per aliqua adiuncta aliud posset apparere fuisse de mente rescribentis.Facit qd notat.Jo.And.in.c.Rodulphus. super prima glo.de rescriptis.Item adde inquantũ dixi qd mandatum pcurationis est stricti iuris.nam Inno.videt̃ voluisse cõtrariuz in.c.sedes.de rescriptis.vbi videt̃ velle q̃ sit lati iuris.Sed potes dicere qd illud verum, quãdo agitur de interpretanda clausula generali adiecta numeratione casuuz,qui sunt de iure communi. Sed qd dixi procedit quo ad hoc vt potestas procuratoris non extendatur ad alia quam cõprehensa in rescripto.Domin⁹ Joannes de Imola iuriũ doctor.

1 ☞ Peccatum suum vnusquisqz erubescere debet.
2 Relationem non prius faciendam,quam copia processus sit data partibus.
3 Literas etiam pape directas reserans non incidit in penam.
4 Suspectus in vno facile presumitur errasse in alio.
5 Notandi verbum varie sumi.
6 Sigillum violans an sit puniendus tanquam falsarius.
7 Tutorem datum per iudicem ex inquisitione non satisdare, accusari tamen posse vt suspectum.datum autem simpliciter debere satisdare.
8 Iudex simpliciter a principe datus recusari potest.
9 Relationem se presente factam impugnare volens an sit audiendus.
10 Instrumẽtum producens non potest aliquid dicere cõtra illud.

Cum olim magister.

Qui acta clausa relationis delegatorum,ipsorum violando sigilla aperuit contra illa acta non debet audiri.hoc dicit.Et prima pars decise ponit factum principale.secunda ibi:verum.narrat culpam,de quo in litera.tertia ibi:qui postmodum. ponit ipsius confessionem z excusationem Quarta ibi:sane.excusationis reprobationem.¶ Quinta ibi:sed vt culpe cognitionem.¶ In tex.ibi:z infra deciditur quod licet diceretur permutationem dictorum beneficiorum factaz tamẽ magister Seba.dicebat illam nõ tenuisse:z repetebat archidiaconatum,quẽ tenebat Ber.quẽ a principio ipse habuerat.z super ista questione fuerũt dati tres iudices per papaz.qr quelibet partium elegit vnum z papa proprio motu dedit tertium coram quibus postea fuit processum.z tandem iudices retulerunt negotium instructum ad papaz,mittendo ei literas sigillatas:z similiter acta clausa z sigillata.z dederunt literas z acta ipsi.b.vt illas portaret pape qui postea violauit sigilla z aperuit acta:z demũ taliter qualiter reaptauit sigilla.vnde postea presentatis actis pape,qr papa habuit suspitionem de violatione sigillorum,interrogauit illum ber.an illa violasset:qui confessus fuit aduersario presente qd sic. sed se excusabat,vt sequit̃.¶ Not. primo pro practica qua vtuntur delegati quia dicunt,autoritate nostra.immo verius apostolica tibi mandamus.zc.¶ Not.qd iniuria facta delegato videt̃ etiam facta deleganti.facit etiã.c.in nouo.¶ Not.qd acta debent mitti clausa z sigillata,quando remittitur causa ad superiorem.No.qd violans sigilla relationis actorum,non potest aliquid contra ipsa acta opponere.nota.qd etiam vni partiuz possunt dari acta sigillata relationis, vt illa presentet superiori.cautius tamen est vt dentur vni tertio, vt sic tollatur occasio malignandi.z sic cõmu-

1 niter obseruatur.no. qd quis † debet erubescere de peccato. nam imperator etiam erubescit recitare peccatum alterius.in authen. de restitu.z ea que pa.§.vnum si quidem.versicu .sed quomodo. coll.iiij.z facit qd habetur in.c.in eo.xxxij.q.iiij.z allegat Joan. An.etiam aliquas autoritates,z precipue illam beati Ber.lauari pudet sed coinquinari non pudet.abstergitur caliga, sed con-

2 temnitur anima.not.de literis vrie de quo in glo.iiij.¶ † Nota. qd in actu relationis antequam illa fiat,debet dari copia processus partibus, vt sic videatur,an plene z fideliter fiat relatio. de quo in.l.j.z.ij.C.de relat.Nota.qd iudex electus per partem non potest recusari.intellige,nisi superueniret noua causa supra eo.ti. c.insinuante.¶ Not.illud vulgatum,quod quis debet puniri in

3 eo,in quo peccauit:z quod dolus nemini debet prodesse.† Nota fm do.Florẽ.q̃ aperiens lr̃as etiam pape directas non incurrit penã:licet al's delinquat z grauiter peccet: nã si illam incurreret hic illam expressisset: quod tamen non fecit z sic non videtur vera opi.dicentium oppositum.facit quod not.bar.in.l.iij.ff.ad sil-

4 la. nota.quod cõtra suspectum in vno faciliter creditur vel presumit̃ contra eum in alijs.facit.ff.de eden.in.l.si quis ex argentarijs.§.j.z de presumpt.in.c.mãdata.cum concor.¶ Nota.qd cõtra rationẽ videtur pars audienda,etiã si illã tulit,dũmodo non violauit sigilla,nec falsa uerit acta.de quo ĩfra dicetur potes etiã notare ex litera , dum dicit, si quod expediret melius notauisset argu.qd notanda sint illa, que expediunt z per cõsequens non

5 superflua.facit supra in prohemio.† Et expone secũdũ Jo.An. notauisset.i.notando diligenter considerasset.z sic ponitur pro notabili,quo vtimur quotidie,cum dicimus,aliquid notanduz. facit.ij.q.iij.§.notãdũ.Alibi ponit̃ p reprehẽsione.de sortile.ca. fina.Alibi pro infamia infra de purga.cano.in capitulo accedẽs.

6 ¶ † In glo.iij.in fine.Cum glo.transit Hostien.dicens, quod lz iura allegata in gloss.non loquantur de violante sigillum, tñ ex ipsorum mente videtur esse qd dixit glo.sed Inn.hic tenuit contrarium videlicet quod violans sigilla non debet puniri tanquam falsarius, vnde dicit, qd magis peccat falsans sigillum quaz solum aperiens:z similiter magis peccat falsans literã, quã sigillum .z ideo aperiens soluz videtur teneri pena extraordinaria.z sic arbitraria.facit supra eo.de causis. non autem pena falsi nisi forte violasset sigillum testamenti quod quãdoqz fit in scriptis,z sigillatur:licet raro hodie hoc fiat.facit.l.qui testamentuz ff.de falsis z hoc tenent etiaz petrus z Abbas scilicet qd hic nõ debuerit puniri pena falsi,sed arbitraria.sed Goffre. z Hostien. qui tenent cũ glo.allegant pro illa.l.j.§.is qui.ff.de fal.sed potes dicere qd ibi loquitur in aperiẽte instrumẽta apud se deposita vt aduersario notificet.sz hic solũ aperiebat vt ipse aperiens haberet notitiã.z sic casus est aduers⁹.z hãc opi.Inn.z petri sequit̃ ẽt hic.d.flo.dicens,quod iste nõ incurrit crimen falsi,sed crimẽ stellionatus:quod competit, quando deficit titulus crimi.l.j.z.ij.ff. de crimi.stellio.z ex illo imponitur pena arbitraria vt ibi patet z pro predictis facit regula in penis de regulis iuris. libro sexto. ¶ In glo.iiij.ibi,in libro regum.Supple secundo.c.xj.in ea.gl.

in fine. adde quod dicetur post glosas. ¶ In glo. ibi, possit recusari. ꝛ hoc est verum de quo in. c. j. xciij. di. ꝛ de appellat. in. c. postremo ꝛ per Jo. And. in additi. spec. in titu. de recusatio. §. ij. super secundo versiculo ꝛ probatur etiam satis hic. ¶ In ea. gloss. ibi nouit sed dic quod ibi loquitur in cardinali, qui equiparatur prefecto pretorio. vt notat glo. in. l. j. ff. de offic. prefect. preto. ¶ In ea. glo. ibi. l. j. ibi est speciale in prefecto pretorio propter eminentiam dignitatis vt non possit ab eiusdē sententi appellari. licet 7 possit supplicari vt ibi ꝛ. l. j. C. de sen. prefe. preto. ¶ † In eadem glo. in fine ibi dicitur quod tutor datus per iudicem ex inquisitione non satisdat. potest tamen accusari de suspecto si sit suspectus. ꝛ sic modicum facit. facit. l. iij. ff. de suspect. tutor. ꝛ. l. j. ff. vbi pupil. edu. debeat. ꝛ qd habetur in specu. de tutore. §. si autem ver. horum autem. ꝛ pro dicta glo. facit, quia tutor datus simpliciter a iudice tenetur satisdare. l. penul. C. de tuto. ꝛ curato. qui satis 8 non de. ꝛ † sic eadem ratione si papa vel princeps simpliciter dat iudicem, debet posse recusari, nam in dubio non intendit tollere ius alterius supra eo. ex parte. ꝛ capitulo super eo. nec obstat quod credat princeps iudicem datum ab eo non aliter iudicare quam ipse iudicaret. quia non per hoc sequitur, quod non possit euenire contrarium: precipue quando iudex esset suspectus.

9 ¶ † Extra glossā oppo. contra illud quod dicitur in versi. si autem scilicet quod si iste. b. non violasset sigilla, fuisset auditus contra relationem. nam videtur quod immo non esset audiendus, ex quo eo presente fuerat facta, ꝛ tunc non contradixit: per id qd habetur in. l. prima ꝛ secunda. C. de rela. ꝛ de appella. in capitu. intimasti. Soluit Innocē. quod si sciuisset quid contineretur in relatione, non audiretur. Sed quando nescit quid contineatur, licet non possit audiri contra sigilla iudicium, ꝛ contra literas relationis, dicens illas non esse veras, ex quo illas portauit secūda questi. vj. biduum. circa finem. tamen contra contenta in ipsa relatione bene fuisset auditus, si non violasset sigilla, ex quo ignorauit quid cōtineretur in relatione. sed propter violationem nullo modo auditur contra contenta in relatione nec contra acta. facit quod habetur in capitulo quanto infra de iis que fi. a prelat. ꝛ in dicto capitulo intimasti. ꝛ pro predictis etiam facit, quia licet producens testem non audiatur contra personam testis, qr illam approbauit, tamen auditur contra dicta que non appro- 10 bauit. iiij. quest. iij. capitulo si quis testibus item † non ob. predictis, quod habetur in capitulo cum venerabilis. de excep. ꝛ de censib. in capitulo cum olim. vbi patet, quod producens instrumentum non potest aliquid dicere contra illud, ꝛ sic videtur quod ex quo iste portauit acta etiam si non violasset signa, non debuisset audiri. quia responde, quod hic non produxit acta: sed presentauit illa tanquam simplex nuntius. ideo potuisset opponere cōtra illa, si non violasset sigilla. Imolanus.

1 ☞ Clericus admittatur nec ne tanquā procurator ecclesie sue cū cautione de rato, si mandatum non habeat. nume. 9.

2 Instrumenta ad causam facientia penes se habens presumitur habere mandatum ad pertractandam causam, si hoc allegat, ac proinde admittendus est cum cautione de rato ꝛ nu. 8. ꝛ. 16.

3 Cautio de rato prestari debet cum fideiussoribus. ꝛ aliquando cum pena de quo nume. 13.

4 Ecclesie edificate in alterius parochia demolitionem potest matrix ecclesia procurare, aut saltem quod sit ei subdita.

5 Ecclesiam nouam posse edificari intra limites alterius ecclesie ex iusta causa, ꝛ cum authoritate episcopi.

6 Conditionē ita debere interpretari, vt possit purificari ꝛ existere non autem sic intelligi, vt nunquam vel raro verificetur.

7 Jura adaptari debere ad ea que frequēter. nō que raro accidūt.

10 Reus in causa principali an ꝛ quo ad que censeatur etiam esse reus in causa appellationis.

11 Interueniens pro reo satisdat de iudicato soluendo regulariter non autem de rato. ꝛ quid si agatur de statu persone vel ecclesie, quomodo tunc satisdare debet interueniens.

12 Interueniens ex parte actoris quando debeat satisdare de rato

14 Cautio de rato sub pena cui sit prestanda, parti ne, an iudici, an vtrique.

15 Initrumento legato censeri legatum ius, quod in eo continetur.

17 Initrumenta habenti si apparet dominium ei donasse, censetur etiam donasse contenta in eo.

18 Instrumentorum traditione an censeatur data potestas agendi nomine tradentis.

19 Instrumentorum donatio nō presumitur in dubio ex traditione eorum.

20 Delegatis duobus cum clausula, quod si non omnes, cum prerogatiua etiam preelectionis, an subdelegatum ab altero teneatur alter admittere. ꝛ nume. 26. ꝛ. 32.

21 Rescriptum non vitiari ipso iure per surreptionem sed de ea necesse est excipi per partem.

22 Clausula, quod si non omnes in rescriptis iudicum delegatorum apponi solita quando ꝛ qua ratione verificetur. ꝛ nu. 28.

23 Subdelegatum ab altero ex delegatis temporaliter impedito an teneatur alter delegatus admittere, si in rescripto apposita est clausula, quod si non omnes ꝛc. ꝛ nume. sequen. ꝛ. 31.

25 Subdelegatum a delegato surreptitie alteri adiuncto non tenetur alter delegatus admittere.

27 Delegatis duobus appellatione remota cum clausula, quod si non omnes. ꝛc. subdelegatū ab vno non tenet alter admittere.

29 Delegatus pōt subdelegare: ꝛ subdelegatus cogit acceptare.

30 Delegatis duobus subdelegatum ab altero quando teneatur alter admittere, ꝛ quando non. ꝛ nume. 33.

34 Delegatus, cui re non integra alter adiunct⁹ est, an mortuo delegante prius quā adiunctus de causa cepisset cognoscere, possit in ea causa procedere. ꝛ an adiuncti iurisdictio expirarit nume. sequēt. ꝛ. 36. ꝛ. 38.

37 Intellectus ad. c. si capitulo. de concessio. preben. libr. vj.

39 Sententia secunda si primam confirmet, actio iudicati oritur ex secūda non ex prima.

40 Auditor negotij an possit diffinire ipsum negotium.

41 Sententiam non debere ferri super non petito.

42 Appellationis causam posse tractari parte absente atque inibi an iudex appellationis possit firmare aut infirmare primam sententiam citra petitionem partis nume. seq.

44 Jusiurandum de calumnia prestandum esse etiam in causa appellationis.

45 Lis an ꝛ quando debeat contestari in causa appellationis.

Coram dilecto filio.

Delegat⁹ subdegatū college impediti non tenetur admittere si in rescripto sit clausula, quod si ambo. cum prerogatiua preelectionis persone: vel si adiunctus est per literas surreptitias. h. dicit. Et diuiditur in quinque partes. quia primo ponitur petitio, ꝛ allegatio appellati. secundo petitio ꝛ responsio appellantis. tertio replicatio appellati. quarto pronuntiatio auditoris quinto pronuntiationis confirmatio. secunda ibi nūtius. tertia ibi, ecōtra quarta ibi idem igitur. Quinta ibi nos ergo. ¶ In textu ibi contempsit. Supple. ꝛ appellauit a sententia predictorum iudicum ad sedem apostolicā ꝛ causa appellationis fuit commissa episcopo ferrarien. coram quo postea fuit processū, vt infra sequitur. ¶ Item ibi confirmauit. ꝛ infra deciditur, quod a sententia episcopi Ferrarieñ. fuit appellatum ad papam: ꝛ causa appellationis fuit commissa cardinali, de quo in principio capituli: corā quo fuerūt partes: ꝛ inter cetera ad impugnationem processus ꝛ sentētie episcopi ferrarieñ. nuntius ecclesie sancte Agathe recusauit allegauit id quod sequit item ibi processit ꝛ infra ꝛ p hoc concludebat sententiam ꝛ processum episcopi ferrarieñ. non va- 1 luisse. † nota. primo quod clericus admittitur pro ecclesia sua cū cautione de rato, licet non habeat mandatum: qd qualiter intel- 2 ligatur dicetur cum glos prima not. qd † vbi quis habet instrumēta ad causam facientia penes se, presumitur qd habeat mandatum ad causam pertractandā, si hoc allegat. ideo admittitur saltem cum cautione de rato. ꝛ sic hoc casu satis dicitur esse dubium de mandato, vt debeat admitti cum cautione predicta quod est notandum ꝛ sic intelligit ꝛ allegat hunc text. cum glossa bar. in. l. iiij. §. cause. ff. ad carbo. ꝛ facit quod notat Cy. ꝛ Bal. in. l. si qua per calumniam. C. de episcopi. ꝛ cleri. ꝛ quod habetur in tex. 3 ꝛ glossa in. l. fina. ff. de pactis conuentis. † nota. quod cautio de rato debet prestari cum fideiussoribus. facit quod notatur in. l. 4 prima. C. de procurato. ꝛ in capitulo primo de procur. ¶ † Not. quod contra ecclesiam edificatam in alterius parochia poterit matrix ecclesia agere ad demolitionem illius. ꝛ sic agebatur hic secūdum vnum intellectum. facit capitulū ecclesie ꝛ capitulū quicunque. xvj. q. j. ꝛ de operis noui nuntiā. capitulo primo ꝛ secūdo vel saltem quod pronuntietur ipsam ecclesiam edificatam subiectam esse matrici ecclesie, vel quod nō recipiat eius parochianos pro vt hic agebat secundum alium intellectum. ꝛ intellige, quā- 5 do edificatur sine ꝯsensu matricis ecclesie, ꝛ sine iusta causa. † nā interdum ex iusta causa cū autoritate episcopi potest edificari noua ecclesia intra limites alterius in capitulo ad audientiam. de eccles. edifican. ꝛ quod ius habeat superior ecclesie, quando intra eius limites de eius voluntate edificatur, dic vt nota. in capi. cum dilectus. de religio. do. ꝛ de capel. mo. capitulo secundo ꝛ de offici. archidi. capitulo fina. ¶ Not. quod adiunctio delegati nō facta mentione de processu ꝛ statu cause non valet velut surreptitia. facit infra de re iudica. capitulū inter monasteriū. ¶ Not. qd in causa appellatiōis sentētia debet esse confirmatoria vel infirmatoria prime sentētie. de quo in. l. eos. C. de appellat. ¶ Not. q cōditio illa, si nō poteritis interesse, in rescripto apposita nō intelligit p se vel per aliū, s de personali impotētia. ¶ Et no. bene

rationem

6 rationem, quare que ponitur in litera. Ex qua † not. generaliter quod quelibet conditio sic debet intelligi vt possit purificari. & habere se ad esse vel non esse non autem taliter intelligi quod raro vel nunquam possit verificari. & pro hoc bene facit .l. ex facto. §. fina. ff. ad trebellia. vbi si aliquis grauatur restituere hereditatem, si decesserit sine herede, intelligitur .i. sine liberis. quia alias raro vel nunquam quis decederet sine herede: cum saltem haberet fiscum vltimo loco .l. j. C. vnde vir & vxor. ¶ Et ex predictis etiam nota. quod ista duo raro vel nunquam equiparantur in
7 iure. pro hoc† facit quia iura adaptantur non ad illa que raro, sed frequenter accedunt infra de despon. impube. c. literas & ff. de legi. in. l. nam ad ea. Nota. quod auditor datus in curia habet etiã potestatem sententiandi. de quo in clemen. auditor de rescriptis. ¶ Nota. de confirmatione pape, per quam confirmat sententiam, contra quam secundum Inn. quando fit cum cause cognitione, non est aliquis audiendus: nec potest aliquis se intromittere sine speciali mandato infra de confirmatione vti. c. j. & ij. potes etiam notare de literis de ratihabitione .i. mandati cum clausula de habendo ratum. de quo aliquid in glos. & infra de trãsac. in. c. cõtingit. ¶ In glo. prima ibi, quia erat coniuncta persona hec prima solutio communiter non tenetur. Nam gloss. videtur velle quod alia coniunctio quam carnalis sit sufficiens, vt quis admittatur cum cautione de rato. quod communiter non tenetur. & ideo non sufficit quem esse clericum vel canonicum ecclesie prout notatur in. c. fina. de procurato. & de rescriptis. nonnulli.
8 §. j. & vtrobique per Jo. And. & ideo glo. infra in ver. vel posset dici dedit aliam solutionem. ¶ † In ea. glo. ibi, quia de mandato dubitatur. Supple propter presumptionem que erat pro allegante mandatum, ex quo habebat instrumẽta cause penes se. & ista est intentio glo. facit quod dixi in notabilibus. & quod not. Barto. in. l. iij. §. cause. ff. ad carboni. & ideo debuit admitti cum cautione de rato per ea que notantur in. l. j. C. de procurato. & in. c. j. de procurato. Et p hoc quia vt dicebat Joan. An. forte poterat esse, quod reuera fuerat sibi datum instrumẽtum mandati in partibus. seu dum erat in partibus. & dum accepit instrumenta, credebat se recepisse cum illis instrumentum mandati: quod tamen forte dimi
9 serat ex inaduertentia. ¶ † Vel tertio potest dici secundum do. Ant. quod iste clericus veniebat ad defendendum ecclesiam suam: ideo debuit admitti cum cautione de rato. per id quod habetur in. c. olim. de testi. & de rebus ecclesie non alienan. in. c. si quis presbyte. Sed ad agendum non admitteretur, nisi cum est dubium de mandato. ista tamen solutio non videtur tuta. quia hic videbatur esse actor iste clericus ex eo, quia prosequebatur causam appellationis: licet originaliter ecclesia sancte Agathe esset rea. Sed posses dicere, quod videtur debere, attendi potius quod fuerit rea originaliter ipsa ecclesia sancte agathe: per id quod habetur in. c. significauerunt. de excep. ibi loquitur quo ad aliud, videlicet quo ad hoc vt non obstante excõmunicatione possit esse in iudicio ille, qui fuit originalis reus, licet accidentaliter sit actor in causa appellationis, sed hic loquimur quo ad effectũ, vt quis
10 admittatur ad agendũ cum cautione de rato† et sic reus in causa principali intelligitur etiam esse reus in causa appellatiõis quantum ad onus probandi. quia illud sibi non incumbit circa negotium principale etiã. in causa appellationis. & sic quo ad decisoria reus in principali censetur etiam esse reus in causa appellatiõis: sed non quo ad formam legitimandi personas, nec consequenter quo ad preparatoria & quo ad cautiones iudicialiter prestãdas. Imo esse cẽsetur actor ipse, qui fuit reus in causa pncipali, in causa appellationis, ex quo ipse appellauit. facit ad predicta quod
11 not. infra de renuntia. in presentia. † Et aduerte etiam quia licet interueniens ex parte rei pro alio consueuit satis dare de iudicato soluendo, & non de rato. l. qui proprio. §. ij. ff. de procuratori. & notatur in. c. j. de procuratori. tamen illud fallit, quando agitur de statu ecclesie vel persone: quia tunc reus seu interueniens pro reo debet cauere de rato. l. nõ solum. §. si status. ff. de procurato. ¶ An autem tunc debeat interueniens pro reo etiam satisdare de iudicato soluendo. tangit glo. in. §. si status & concludit quod sic. quia licet agatur de re inestimabili, & sic hoc respectu non possit habere locum dicta satisdatio ex clausula eius quod verbum sonat, tamen potest habere locum respectu ecclesie de defendẽdo & de dolo, quod absit, seu non interueniat. que clausule etiam includuntur sub cautione predicta de iudicato soluendo .l. iudica
12 tum solui. ff. iudica. solui. interueniens † autem ex parte actoris debet cauere de rato quando est dubium de mandato .l. j. C. de procura. & de procura. in ca. j. & facit ad predicta quod habetur in. l. non cogendum. §. fina. ff. de procuratori. Et per predicta patet seu patere potest, quod nõ obst. si dicatur, quod iste nuntius sancte Agathe interueniebat ex parte rei, quia p ecclesia sancte Agathe que cõueniebatur, & sic nõ debebat cauere de rato. sed potius de iudicato soluẽdo: per ea que habentur in dicta. l. qui proprio. §. ij. & in dicto. c. j. de procurato. Nam potest dici quod cum ecclesia sancte Agathe esset rea in causa pncipali, tamẽ erat agẽs in causa appellationis: ideo interueniens pro illa debuit cauere de rato, & nõ de iudicato soluẽdo. ¶ Item etiam potest dici, quod quia agebatur de statu ecclesie etiam si interuenisset ex parte rei, debuisset cauere de rato: per id quod superius dixi. ¶ Alij vero dixerunt quod hic vterque erat actor & reus: intelligendo hic quod eccl'ia sancte Marie ptẽdebat ecclesiã sancte Agathe sibi subiectã: & ecõtra archipresbyter de pastino dicebat illã sibi subiectã. & ideo vterque interueniens pro predictis cauit de rato, & de iudicato soluendo. hec tamen opi. non multum litere conformatur. quia nulla fit mentio in litera de ipo archipresbytero. licet fiat mentio in glo. Alij vero dixerunt, quod hic agebatur actione in rem per ecclesiam sancte Marie dicendo ecclesiam sancte Agathe ad se spectare facit quod legitur & notatur infra de iudi. examinata. & ideo et prointeruenientе ex parte rei debet cauere de rato nedũ de iudicato soluendo .l. põponius. §. sed ijs. ff. de procuratoribus & hanc solutionem etiam tenet hic do. floren. sed quo ad litere intellectum prima solutio placet Joan. An. videlicet quod interueniebat iste nuncius ex parte actoris: ex eo quia in causa appellationis vt superius est dictum ecclesia sancte Agathe erat agens in ea. glo. ibi, non possit estimari. Supple quia etiam velut res religiosa nõ recipit estimationem. insti. de re. diui. §. sacre. sicut etiã nec liber homo potest estimari. l. penul. seu fina. ff. si qua. pa. fe. dicat. ¶ In ea. glo. ibi, per hoc cõsequitur sumptus. i. consequi potest a procuratore & etiam a fideiussoribus datis. sed vbi dominus interuenisset in iudicio, solum ab ipso cõsequeretur sumpt⁹ In ea. glo. ibi, tutius esset bene dicit tutius quia in casu isto nõ habuit necesse probare mandũ: sed fuit admissus cũ cautiõe de rato propter dubiũ de mãdato. ¶ In ea. gl. ibi, in cõsimili causa & sic vult glo. quod estimabitur, quãtum intersit ecclesie quod nõ stetur sententie propter litigium quod posset in posterum moueri, & per hoc in litibus fatigari. Hostien. vero hic dicit, quod hic forte promisit de
13 rato sub certa pena † & sic dicit in curia practicari, quod quãdo non apparet de mandato vel apparet minus sufficiens prestatur cautio cũ fideiussore de rato sub certa pena. Et promittit quod dominus ratificabit per suas patentes literas infra certum tempus. & hoc est vtile, videlicet exprimere certam penam, precipue in ijs que non recipiunt estimationem pecuniariã. per id quod
14 legitur & notatur in. l. fin. ff. de preto. sti pula. † & prestabitur, hec cautio parti. per dictam. l. fi. licet aliqui dicant, quod prestari debeat iudici, cuius interest, ne iudicium eius sit elusorium. Alij vero dicunt quod vtrique debeat prestari. s. parti & iudici quod videtur tutius ad opiniones vitandas. tamen de iure sufficere videtur quod prestetur parti: per dictã. l. fi. ¶ In gl. ea. ibi, se velle probare mandatum. hoc non est verum quia immo tunc debet admitti etiam sine cautione, si probet mandatum: vt plene probatur in l. j. hic allegata. & in. c. j. de procura. & ideo dixit Jo. An. intelligendum esse quod glo. hic fuit locuta allegando, & non decidendo. ¶ In ea. glo. ibi, per fideiussoriam cautionem. hoc verum secundũ Joã. an. quãdo clericus agit nomine alieno. sed vbi agit nomine proprio, eo casu quo debet cauere, sufficit quod caueat sub hypotheca rerũ suarũ in authenti. de sanctissimis episcopis. §. si quis autem pro pecuni. coll'. viij. ¶ In ea. gloss. ibi, & hoc constabat. Supple. quod testator voluit instrumẽtum peruenire ad legata
15 rium, ad finem vt ex illo posset agere. quia † ex quo legauit instrumentũ intelligitur legasse ius, quod in illo continetur, vt subijcit gl. que etiam ratiõne assignat. facit quod legitur & nta. in. l. labeo. & l. postquã. ff. de pactis. sed hic nõ cõstabat instrumenta peruenisse ad istum de volũtate domini. & potuisset esse quod illa fuisset furat⁹ facit. l. j. §. sed ne fraudandi. C. de lati. libi. tol. licet hoc non presumatur in casu isto. sed potius oppositum, ad finem vt admittatur cum cautione de rato, vt dixi superius super glo. & idem in effectu voluit hic. d. floren. dicens glo. voluisse dicere quod iste casus
23 habetur in.c.j.de confes.lib.vj.† dicit tamen in dicto casu, ꝙ si pars instat pronunciari,an exceptio sit legitima vel nō, vel an sit respondendum positioni vel interrogationi , debebit iudex super hoc interloqui.alias daret causam appellandi saluo nisi contra partem presumeretur.arg.d.c.nullus. de presumpt. z.l. satis.C.de falsis. vel nisi requireret disputatio super allegatis per partem,z non posset faciliter diffiniri:nam tunc poterit iudex admittere cuz protestatione de qua.s.z sic intelligatur gl. z sic etiam videtur residere hic Joan.Andr. ¶ Communiter tamen practicatur,ꝙ etiam si sit exceptio respiciens processuz, si sit dubia z requirat tractum in eius discussionem vel si sit presumptio contra excipientem,quod admittitur exceptio cū protestatione si z inquantum de iure debeat admitti. purgaretur tamen presumptio que esset contra reum, si offerret separatum incontinenti probare de iure suo.arg.l.si is a quo.ff. vt in pos. lega.z.j.de appella.in.c.interposita.posset etiam esse tanta presumptio contra reum,ꝙ si non offerret separatum incontinenti probare de iure suo,quod posset iudex repellere exceptionem per eum oppositam:per id quod not.Inno.j.de conces.prebē in.ca.post electionem z facit etiam quod habetur in.l. satis.C

24 de fal.z adde predictis,† quod not.Bar.in.l.ambitiosa.in pe col.ff.de decre.ab ordi.faci.vbi tangit,quid si fiat reformatio vel interponatur decretum in aliquo actu cuz clausula, si de iure id fieri possit.nam dicit ꝙ si non apposita dicta clausula te-

nere

neret reformatio sed esset cassanda, vel si teneret decretum sed esset reuocandum, quod in dicto casu quando dicta clausula est apposita, ipso iure erit nulla reformatio: et similiter erit nullum decretum. quia illa verba, si de iure fieri possit, debent intelligi. s. cum effectu per. l. hec conditio ff. de condi. et demon. et ff. de hered. insti. in. l. in tempus. et sic ex quo non potuisset fieri cum effectu quia veniebat rescindenda reformatio et similiter decretum apparebit conditionem deficere. et sic ipso iure non valebit propter adiectionem dicte clausule. facit. l. cum ad presens. ff. si cer-
25 tum pet. † et adde etiam quod notatur per eundem Bar. in. l. cum propter. ff. delegatis prestan. vbi tangit, quod si in contractu inito pro minorem super alienatione rei sue iudex interponit decretum, si et inquantum de iure dicta alienatio valeat, an si dicta alienatio habebat alias solennitates preter decretum, valebit: nam videbatur quod non quia sine decreto non valebat. tamen contrarium tenet. quia mens iudicis videtur fuisse, quod si alias esset nulla etiam dato quod interueniret decretum, tunc non intendit interponere decretum. sed bene intendit interponere, si sit valitura interueniente decreto, quod tene menti. ¶ In gl. fi. ibi, super hoc. non videtur quod sint superflue, ex quo est absolutus. superfluis autem non debemus vti: vt. s. in prohemio huius libri. ¶ In ea. glo. ibi, in tantum tempus abstineat. Supple a communione hominum. vt notat glo. de sen. excom. in. c. sacro. in glo. que incipit hec pena. ¶ In ea. glo. in fine. quo autem iure admittantur iste probationes, et quo iure poterit agi ad id, quod dicit glo. dicit Inno. quod condictione ex hac decretali, vel ex. c. sacro. de sen. excom. vnde dicto iure poterit etiam peti, et agi vt pronunccietur sententiam excommunicationis esse iniustam. vel secundum eum poterit super hoc implorari officium iudicis. Hosti. vero dicebat non curandum secundum ius ca-
26 nonicum de nomine actionis. s. de iud. c. dilecti. ¶ † Extra gl. potest queri quia hic dicitur quod excommunicatus statim est absoluendus, quando conqueritur de iniusta excommunicatione: per quem erit absoluendus: dic quod remittendus erit ad excommunicatorem, vt absoluat, etiam si in literis delegationis de remissione nil dicatur, sed solum quod secundum formam ecclesie absoluatur. per id quod habetur in. c. prudentiam. §. sexta. s. eo. titu. et si nollet absoluere, nec iustam causam allegaret, tunc absoluet delegatus: per id quod habetur in. d. §. sexta. et de rescriptis. ab excommunicato. si autem iustam causam pretenderet, audiet illam, et examinabit delegatus: vt patet ex dictis iuribus si tamen non facta remissione absolueret in casu huius capituli ipse delegatus, tenebit absolutio: cum habeat potestatem super illa, ex quo principaliter delegata est sibi absolutio. facit. s. de sen. excom. in. c. venerabilibus. §. vbi autem li. vi. secus vbi principaliter non esset delegata potestas absoluendi vt in casu ca. prudentiam. §. sexta. quia tunc non teneret absolutio delegati non facta remissione: vt ibi notatur per glo. licet do. Flo. ibi ali-
27 ter dixerit, et non bene, vt ibi etiam tetigi. ¶ † Ulterius nota. ex glo. cum tex. quod quandoque sententia excommunicationis est nulla: et tunc non debet quis petere se absolui, nisi forte petat ad cautelam. s. de sen. excom. c. solet. li. vi. et tunc seruari debet quod ibi dicitur. et facit quod habetur. s. de sente. excom. c. per tuas et eo. titu. c. venerabilibus. §. pe. et fi. li. vi. sed debet petere se denun-
28 tiari seu pronuntiari non esse ligatum. est † autem sententia excommunicationis nulla in duobus casibus, de quibus in lite-
29 ra et in alijs notatis in. c. presenti. de sen. excom. li. vi. † quandoque vero sententia excommunicationis est aliqua sed iniusta vt quia est lata non seruata forma concilij generalis. c. sacro. de senten. excom. vt quia est lata monitione canonica non premissa, vel ex causa minus rationabili, non tamen patenter contra ius: et tunc debet petere se absolui. et hoc casu ante omnia est absoluendus. vt hic dicitur et postea recipientur probationes super iustitia vel iniustitia excommunicationis vtriusque partis, ad finem de quo dixit glo. fin. videlicet, vt videatur an preceptum aliquod fieri possit excommunicato et an teneatur excommunicatori ad interesse. et similiter an econtra. nullum preceptum fieri debeat, sed potius debeat excommunicator condemnari ad interesse ex-
30 communicato, et ad penas de quibus in gl. † Sed iuxta predicta insurgit dubium, an si aliquis dixit excommunicationem nullam, forte quia lata post appellationem legitimam, et postea hoc non probat, sed solum probat illam iniustam, quid fiet: dicit Inno. quod absoluetur reus a petitione actoris, et condemnabitur sibi actor in expensis. Hosti. vero dicebat, et sequitur do. Flo. quod hoc casu absoluetur episcopus ab obseruatione iudicij, et condemnabitur actor in expensis. allegat. s. de penis. calumniam sed precedens opi. verior videtur: vt hic etiam dicit dom. Ant. ex eo, quia vbi reus venit absoluendus propter ea quia actor non probauit suam intentionem, debet reus absolui diffinitiue a petitione actoris, non autem ab obseruatione iudicij vt patet ex ijs que leguntur et notantur in. l. properandum. §. j. C. de iudi. Subdit autem Inno. quod licet reus absoluatur in casu predicto, vt est dictum, tamen in alia instantia de nouo inchoanda coram iudice competenti, et sic coram ordinario vel coram delegato, si ad hoc se extendat eius potestas, poterit actor petere se
31 absolui si probet excommunicationem iniustam. † Nam probationes facte in precedenti instantia, quia tunc facte fuerunt ad alium finem non iuuabunt in hac noua instantia, in qua actor dicit excommunicationem iniustam. et ideo opus erit quod repetantur. facit quod habetur in. c. veniens. lo. ij. s. de testi. et hoc casu si probet ipse actor excommunicationem iniustam obtinebit: et condemnabitur sibi reus in expensis. per ea que habentur in. d. ca. calumniam et ista est communis opi. Quidam tamen vltramontani, vt refert hic Ioan. de ligna. dicunt, quod in eadem instantia in qua dixit de nullitate actor debebit obtinere vt absoluatur ab excommunicatione, si probauit illam iniustam. Mouentur,
32 quia ille † qui deducit nullitatem, videtur etiam secundum eos incidenter deducere iniusticiam. sicut econtra dicitur, quod ille qui appellat ab iniustitia sententie potest etiam incidenter deducere nullitatem. iuxta id quod notatur in. c. dilecto. de appella. et in. l. j. C. quando prouoca. non est neces. per glo. et Bar. et etiam per eundem Bart. in. l. si expressim. ff. de appella. facit. l. carmelia pia. ff. de iure patro. et ff. famil. erciscun. l. quedam. et pro hac opi. etiam potest induci iste tex. in ver. In eo. iuncto versic. nisi vbi patet quod etiam sententia nulla potest dici iniusta. nam alias exceptio non esset de regula: contra id quod habetur de reg. iu.
33 in rubr. lib. vj. † sed do. Flo. dicit illud verum in lata significatione: sed secundum propriam significationem sententia nulla differt ab iniusta: quia quando est iniusta presupponitur eam esse aliquam et sic non videtur procedere opi. predictorum. et pro hoc etiam bene facit ratio Ioan. de ligna. qui tenet contra predictos: quia si sententia est iniusta, ergo de proprio significato est sententia. quia qualitas iniustitie non potest esse sine subiecto. l. eius qui in prouincia. ff. si certum peta. et de desponsa. impu. in. c. ad dissoluendum. si ergo debet dici sententia, ergo est aliqua: quia sententia nulla non est sententia proprie, nec meretur habere nomen sententie. l. a nullo. C. de ferijs. et. l. quarta. §. condemnatum. ff. de re iudi. et per hoc dicit do. Flo. quod opi. Ioan. de ligna. verior est et similiter Innoce. nisi saluemus opi. aliam ex eo, quia iniustitia large sumpto vocabulo comprehendit nullitatem, vt dixi. s. Sed tu potes dicere sequendo opi. Innoce. et Ioan. de ligna. quod licet sub iniustitia lato sumpto vocabulo possit comprehendi nullitas, vt hic patet: quia illud quod est nullum, late potest dici iniustum. i. non iuste factum. s. de verbo. signi. in. c. ius dictum. tamen econtra non reperitur quod sub nullitate comprehendatur iniustitia, que solum respiciat merita. et ideo verior videtur opi. communis, quod ex quo actor solum deduxit nullitatem, debeat succumbere in illa instantia, licet in ea
34 appareat vel probauerit de iniustitia. † An autem possit quis simul et semel deducere nullitatem et iniustitiam: vt quia dicat, se excommunicatum post appellationem legitimam et iniuste: et ideo petit sententiam pronuntiari et denuntiari nullam et iniustam. tetigit hic Inno. et dicit quod non. quia talis petitio videtur in se continere contraria. cum iniustitia videatur presupponere validitatem sententie, vt. s. tetigi. ideo non videtur admittenda per. c. solicitudinem. s. de appellat. saluo nisi ex facto aduersarij causaretur incertitudo vt quia episcopus priuatim et occulte excommunicasset: nec bene posset scire excommunicatus, an fuerit excommunicatus post appellationem, vel ante: nam tunc admitteretur petitio, non tamen copulatiue, sed alternatiue, petendo sententiam pronuntiari et denuntiari nullam vel iniustam cum protestatione, quod cum constabit de altera parte alternatiue, illam prosequetur: per. l. j. §. quod autem. ff. quorum legatorum secundum Inno. sed Hosti. dicit hoc procedere secundum subtilitatem legalem: sed secundum simplicitatem canonicam poterit fieri petitio hoc modo: quia dicet se excommunicatum post appellationem legitimam et iniuste: quare petit ab ipso superiore, quod per eius officium sibi prouideatur denuntiando sententiam nullam vel absoluendo prout de iure fuerit conueniens: condemnando etiam excommunicatorem sibi in expensis: et eum alias canonice puniendo. sed certe non video quomodo etiam de iure canonico ista petitio sit admittenda, nisi tantum in casu de quo. s. dixi si. s. quando incertitudo causaretur a facto aduersarij. nam alias non videtur admittenda etiam de iure canonico. cum talis petitio tanquam alternatiua videatur incerta. quia alternatiua parit obscuritatem. l. pretor. §. quod autem. ff. de iniurijs. et sic non debet admitti etiam
35 de iure canonico: per ea que habentur in. c. ij. de libel. obla. † Item aduerte, quia videretur quod possim petere sententiam pronuntiari nullam et iniustam. vt si sit lata post appellationem legitimam

⁊ non seruata forma.c.sacro.de sen.excom.nam tunc veruz est dicere, ꝙ sententia illa lata per iudicem est nulla: ⁊ etiam iniusta: quia lata non seruata forma prescripta in.d.cap.sacro.sicut etiam in simili posset esse ꝙ sententia esset nulla, quia lata die feriata: ⁊ etiam iniusta, quia iudex condemnasset illum, qui erat absoluendus secundum acta. ⁊ ideo non videretur absurdum, ꝙ tunc talis petitio fieri possit: ⁊ presertim qꝛ (vt dixi) lato sum-[36]pto vocabulo illud quod est nullum, potest dici iniustum. ⁊† in libello etiam late possunt sumi verba pro libellante.l.solemus. ⁊.l.si quis intentione.ff.de iudi.⁊.l.sed ⁊ si possessori.§. Item si iurauero.cum notatis per butr.⁊ Bart.ff.de iureiuran.licet secundum proprium significatum aliud sit nullum, ⁊ aliud iniustum. ⁊ forte de iure hec opi.posset defensari.tamen communiter tenetur oppositum: quia non debet admitti secundum opi. [37] communem talis petitio velut continens in se cõtraria, †posset dici ꝙ in casu premisso petitio poterit fieri conditionalis hoc modo, quia narrabit quis se excommunicatum post appellationem legitimam, ⁊ iniuste: quare petit se denuntiari non ligatũ. ⁊ inquantum sententia esset aliqua, petit se absolui. nam sic etiã videmus in simili, quod admittitur petitio conditionalis in cã appellationis: quia dicit quis sententiam esse nullam: ⁊ inquantum esset aliqua, dicit eam esse iniustam, ⁊ ab ipsa appellat. iuxta notata in.l.j.C.quando prouoca.non est neces. per legistas. ⁊ per Bar.etiam in.l.si expressim.ff.de appel. ⁊ per canonistas ĵ.de appella.in.c.dilecto. ⁊ similiter in causa restitutionis in integrum dicit quis sñiam esse nullam: ⁊ inquantum sit aliqua, petit se restitui: vt patet in.c.constitutus de resti.in integr. ⁊ per [38] hanc practicã euitarentur opiniones, de quibꝰ.s̄.dixi. †Quid autem si quis dixit sententiam nullam ex vna causa vt quia latam post appellationem legitimam an si illam non probet aliã autem causam nullitatis probet, debebit obtinere? Innoc.hic probabiliter tenuit ꝙ non. ⁊ sic in effectu equiparat causaz nullitatis cause mote super actiõe reali: vt sic distinguatur, an simpliciter quis dicat sententiam esse nullam, ⁊ tunc posset omnez causam nullitatis prosequi, sicut in reali quando nulla causa exprimitur.ĵ.de re iudi.in.c.abbate.li.vj.cum ibi notatis ⁊ de excep.in.c.aduersario.secus si vnam causam tantum expressit: qꝛ tunc illam solam poterit prosequi. sicut contingit etiã in actione reali vna causa expressa: vt notatur in dictis, iuribus.vt patet in.l.si mater.§.si quis.ff.de excep.rei iudi.⁊ hoc dictum Innocẽ.ꝙ causa nullitatis equiparetur actioni reali, tenuit etiam Bar.in.d.l.si expressim.quod tene menti. videntur etiam Innoc.⁊ do.Anto velle, ꝙ si petita sit confirmatio sententie, possit deduci omnis causa inferens ipsam confirmationem: secus si petita sit confirmatio certa causa expressa: quia alia causa nõ poterit deduci: per id quod dixi.s̄.in simili de causa nullitatis.

[39] †Alterius tractat hic Innoc. an si quis petat sententiam vel alium actum confirmari, an pars aduersa.econtra poterit dare petitionem super infirmatione. Et ponit duas opi. vna est, ꝙ sic, quia alias si non probaretur ꝙ deberet confirmari, ⁊ appareret ipsam esse infirmandam, non posset iudex illam infirmare [40] ex quo illud non esset petitum. nam †super non petitis non videtur ferenda sententia: quia debet conformari petitioni.ĵ.de simo.in.c.licet heli. ⁊.ff.communi diuidun.in.l.vt fundum, et ideo secundum istos est cautum ⁊ sanum concilium, ꝙ pro par-[41]te rei detur petitio super infirmatione. †Alia fuit opinio cõtraria, videlicet ꝙ non poterit dari petitio super infirmatione: vel si detur, non erit admittenda. nec videtur sanum consilium ꝙ detur vel admittatur: quia esset intricare processum. nam super qualibet petitione deberet tunc ferri sententia, ex quo vtraqz petitio esset porrecta. ⁊ possibile esset contrarias sententias ferri: ⁊ vltima videretur preiudicare prime secũdum Inno. ex cu-[42]ius dicto habes †ꝙ sententia contra sententiam lata in diuersis instantijs valet de quo per Bar.in.l.duobus.ff.de exce.rei iudi.⁊ per Joan.Andr.ĵ.de re iudi.in.c.inter monasterium. et ibi plene dixi. vbi etiam per do.Ant.⁊ tangitur etiam per Innocen.in.c.cum martinus.s̄.de cõstitu.⁊ propter predicta Innocen.tenet hanc secundam opiñ. fatetur tamen, ꝙ licet nulla detur petitio super infirmatione, tamen audiri debebit reus, si velit aliqua probare, vel ostendere, per que sententia veniat infirmanda. ⁊ si hoc appareat, in casu isto non confirmabitur sententia, sed potius infirmabitur: per id quod legitur ⁊ nota.in simili in.l.circa.ff.de proba.⁊ in.c.ex conquestione.de resti.spo.in quibus patet ⁊ not.ꝙ si actor petijt se pronuntiari dominum, ⁊ demum hoc non probet, sed reus probet se dominum, feretur sententia pro reo: quia absoluetur a petitione actoris: ⁊ declarabitur ipsum esse dominum, licet non precesserit petitio super dominio rei. ⁊ pro hoc etiam allegat, quia sic seruatur in simili in causa appellationis. nam si petitur in illa sententiam confirmari, ⁊ postea appareat ipsam infirmandam, debebit iudex il-[43]lam infirmare.de appella.in.c.oblate.refert† tamen Innocen. quosdam dicere, ꝙ in causa appellationis non est necesse porrigi petitionem: quia porrecta fuit in causa principali. ⁊ hoc videtur hic sequi.d.Flo.de quo remittit ad notata per se.ĵ.de testa.in.c.raynaldus.in ver.dilectus sed certe hoc dictum nõ credo verum. qꝛ alia est instantia cause appellationis, alia est instãtia cause principalis. vnde etiam diuersa tempora dantur ad finiendam causam principalem de iure ciuili, ⁊ diuersa ad finiẽdam causam appellationis. vt patet in.l.properandum.C.de iudi.⁊ in auf.ei qui.C.de tempo.appella.⁊ ideo reiterantur actꝰ in causa appellationis, qui tendunt ad ordinationem iudicij: vnde etiam in causa appellationis iuratur de nouo de calumnia vt probatur in.c.ij.de iura.calum.in.vj.⁊ facit quod notat Inno.in.c.causam que.lo.j.de testi.⁊ Bart.in.l.ij.ff.iudi.solui. ⁊ pro hoc etiam, quia petitio in causa appellationis principaliter respicit aliud, quam petitio in causa principali. quia in causa principali respicit negotium principale: sed in causa appellationis respicit principaliter actum sententie: quia petit qꝫ pronunciari male iudicatum, ⁊ bene appellatum.l.eos in princip. [44] C.de appellat. Sed aduerte† quia contra secundam opiñ. de qua.s̄.facit, quia sententia non debet ferri super non petitis, vt superius tetigi. ⁊ propter hoc Hosti.videtur tenere primã opi. Et ad.l.circa.ff.de proba.respondet, ꝙ debet intelligi, quando etiam reus petijt se pronunciari dominuz ⁊ sic porrexit petitionem super suo dominio: vel quando conuentum fuit inter partes, ꝙ si reus probaret se dñm, deberet sñia ferri pro eo. nã pñt partes conuenire de sententia ferenda.l.si conuenerit.ff.de re iudi.⁊ per hoc etiam respondet ad.l.sed ⁊ si possessori.§.fi.cũ.l.sequenti.ff.de iureiuran.quia secundum eum ibi fuit conuentum inter partes, ꝙ si reus iuraret se dñm, feretur sententia pro eo. ⁊ de materia tetigit Jo.And.in.c.ex conquestione.ĵ.de rest.spo. vbi etiam recitat opi.Inno.⁊ Hostiẽ.qui fuerunt contrarij, vt patet ex predictis. sed Joan.de ligna.tenet opi.Innocẽ.per dictam.l.circa.que simpliciter dicit, quod si reus probet se dominum, debet pro eo ferri sententia, ⁊ absolui a petitione actoris, ⁊ etiam declarari dominus. et sic feretur etiam sententia super suo dominio. nec ibi apparet aliquod de conuentione partium, nec de libelli oblatione, seu petitione porrecta per reum. ⁊ ista [45] etiam fuit opi.glo.ibi ⁊ Jacob.de Bal.nec ob.ratio Hosti.†qꝛ verum est, ꝙ super non petito expresse vel tacite non debet ferri sententia. sed potest bene ferri etiam super tacito saltem petito. ⁊ ita contingit in casu proposito. nam si dico me dominum, tacite videor negare reum esse dominum, ⁊ dicere illum non fore dominum. quia duo non possunt esse domini insolidum eiusdẽ rei.l.si vt certo.§.si duobus.ff.comodati.⁊ probatur etiam in.l. pomponius.§.j.ff.de procura.⁊ in.l.si inter.ff.de exe.rei iudi. et sic tacite videtur esse deductum dominium rei conuenti negati ne per actorem. ⁊ super illo etiam videtur fuisse lis contestata. ideo nimirum si super dominio ipsius rei potest ferri sententia: vt probatur in dicta.l.circa vbi est casus nonviolando illã. ⁊ de materia dixi in dicto.c.ex conquestione.de rest.spo. Et per predicta etiam patet, quod quia quando peto sententiam confirmari, tacite videor dicere illam non esse infirmandã, ideo merito super infirmatione, si postea de illa constet, poterit ferri sententia. videtur tamen velle hic do.Anto. ꝙ si simpliciter peto sententiam confirmari, quia videor deducere omnem causam, ex qua possit confirmari, etiam tacite videor deducere quod ex nulla causa debet infirmari. ⁊ sic reus poterit omnem causam infirmationis probare. secus si peto ex certa causa expressa sententiam confirmari ex quo actor solum certam causam deduxit.arg.l.si mater.§.si quis.ff.de exe.rei iudic.

¶ Extra glo.potest opponi, quod libellus alternatiuus ⁊ sic incertus non debuit admitti, per ea que habentur in.c.ij.de libel.obla. dic secundum Innocen. si posset esse certum an quis fuerit excommunicatus ante vel post appellationem, vt quia sententia non fuit lata occulte: tunc talis libellus non admitteretur. secus quãdo esset incertuz: vt quia fuisset occulte lata: quia tunc propter factum excommunicatoris esset incertus actor: ideo admitteret libellus alternatiuus.l.j.§.quia autem.ff.quorum legatorum. vel potes dicere, quod hic non dicitur, quod simul proposuerit alternatiue de nullitate ⁊ iniustitia: sed debet intelligi, quod separate. quia fuit questitum, quid iuris, si contingat, quod quis proponat de nullitate, vel si contingat, quod proponat de iniustitia. ¶ Secundo potest opponi, quia videtur quod excommunicatio iniusta non ligat: quia etiam non habet maculam neqz rugã.de pe.di.j.c.ecclesiam. solutio, communiter dicitur, quod hoc fuit statutum vt claues ecclesie sint in maiori reuerentia nõ enim ligatur talis quo ad ecclesiam triumphantem de sen.excom.c.a nobis lo.ij.sed do.Anto. hic dicit, quod non videtur hic esse aliquod speciale in sententia excommunicationis. quia quelibet

quelibet sententia etiam iniusta ligat. de re iud. c. cum inter sed tu potes dicere, ꝙ imo est speciale in sententia excommunicationis in hoc, quia valet etiam si sit lata non premissa citatione vel 48 monitione. ĩ. de sen. excom. in. c. sacro. † secus in alia sententia. qꝛ si fertur nõ precedente citatione vel monitione est ipso iure nulla. l. ea que. C. quomodo ⁊ quando iudex. ¶ Ultimo põt etiam opponi contra id, quod hic dicitur in ver. ad quod ꝙ ex eo ꝙ appareat quem excommunicatum ante appellationem, non per hoc appareat, vtrum indigeat vel non indigeat absolutione. quia per hoc non constat necessario, ꝙ indigeat. qꝛ possibile est, ꝙ ex alia causa sententia sit nulla. dic secundum Innocen. ꝙ apparebit saltem presumptiue, an indigeat absolutione. qꝛ eo ipso ꝙ non probauit se excommunicatum post appellationem presumitur eum excommunicatum, ⁊ indigere absolutione. ¶ Uel etiam potest dici, ꝙ apparebat vere. quia dicendo se excommunicatum, fatetur excommunicationẽ. ⁊ in hoc statur contra eum. arg. c. fi. de confes. ⁊ dicendo se excommunicatum post, si hoc non probat, quia non statur sue confessioni in suum fauorem. l. de etate. §. j. ff. de interro. ac. videtur vere cõstare de excommunicatione, ⁊ sic ꝙ indigeat absolutione, secundum Inno. ¶ Ex cuius dictis nota ꝙ dicens sententiam nullam si non probet de nullitate videtur quodam modo fateri illam esse aliquam secundum do. Ant. sed certe hoc non bene colligitur ex dicto Inno. nec etiam videtur in se verum. quia põt 49 esse, ꝙ vere est nulla: licet defecerit in probatione ipse actor † habes etiam ex dicto Innoc. ꝙ confessio potest pro parte approbari ⁊ pro parte reprobari, quando continet diuersos articulos. facit quod habetur in. l. publi. §. fi. ff. depositi. ¶ Et nota. ꝙ si quis dicit se non fuisse excommunicatum ante appellationem, tacite videtur dicere se excommunicatum post appellationem: cum talis negatiua videatur habere inclusam afirmatiuã tacite. š. de renuntia. c. super hoc. Joan. de Imo. iuris.

1 ☞ Questio criminalis intentari non debet contra euꝫ, qui omnibus bonis spoliatus est.
2 Prelatus ob solam suspitionem non est remouendus, sed coadiutor ei dari debet.
3 Prelatus de dilapidatione suspectus, ab administratione spiritualium non est suspensus.
4 Causa criminalis, meri scilicet ⁊ misti imperij potest delegari.
5 Delegatus iudex ad inquisitionem faciendam, quando subdelegare possit.
6 Iurisdictio etiam per actum nullum firmatur in personã subdelegati.
7 Ordinis cause ad causam peruersio quando vitiet processum.
8 Delegatus in totum subdelegando vices suas priuat se iurisdictione.
9 Coadiutor non datur episcopo, nisi autoritate pape.
10 Cassare verbum, quid importet, ⁊ ad que extendatur.
11 Restitutus plenarie quando quis esse dicatur.
12 Episcopus, cui coadiutor datus est, citra eiusdem consilium nil agere debet.
13 Prelato omne alienationis genus prohibitum est, pendente suspitionis causa.
14 Peruersio ordinis mandati, processum iure ipso vitiat.
15 Possessorij ad petitorium ordinis peruersio quando vitiet, et quando non.
16 Restitutio plenaria quando fieri debeat.
17 Prelato quando dandus sit coadiutor veluti suspecto. ⁊ n. 21.
18 Prelato de dilapidatione inquisito interdicitur omni generi alienationis.
19 Prelatus per solam accusationem vel inquisitionem de suspecto non remouetur, sed ei coadiutor datur.
20 Prelatus an remoueatur an contra eum actum est ciuiliter, et probata est dilapidatio.
22 Prelatus ab administratione temporalium ob suspitioneꝫ suspensus remanet prelatus in spiritualibus.
23 Suspitio dilapidationis quibus probetur coniecturis.
24 Prelatum de dilapidatione suspectum quis denuntiare possit.
25 Consilium dictio, varijs modis in iure assumitur.
26 Consensus an sit necessarius, vbi consilium requiritur.
27 Mandatum pape quando in forma sit seruandum.
28 Processus nullus quando iurisdictionẽ perpetuet.
29 Sponsalia de iure nulla quando publice honestatis iustitiam

Venerabili fratri. Si subdelegatus delegati pape simpliciter datus cepit vti iurisdictione, delegatꝰ indicant, illum reuocare non potest: sed si subdelegatus ipse procedit contra formam rescripti, processus est nullus. h. d. Et primo recitat formam rescripti delegationis. Secundo ibi: porro idem archiepiscopus. ponit subdelegationes delegati. Tertio ibi: quorum. reuocat processus subdelegatorum, causam ex- 1 primens. ¶ † Nota primo ꝙ contra spoliatuꝫ omnibus bonis non debet questio criminalis intentari, etiam per viam inquisitionis ante plenariam restitutionem. Et sic etiam debet intelligi. c. frequens. de resti. spon. li. vj. licet aliqui tenuerint cõtrariũ, ⁊ non bene, per hunc tex. de quo in dicto. c. frequens. ⁊ quod dixi de omnibus bonis intellige idem si sit spoliatus maiori par- 2 te omnium bonorum, vt ibi habetur. † Nota practicam procedendi contra prelatum suspectuꝫ de suspitione, quia ex sola suspitione non remouetur, sed datur coadiutor, ⁊ suspenditur ab administratione temporalium tantum, ⁊ vtriqꝫ interdicitur alienatio de quo tangetur cum glo. ⁊ notatur etiaꝫ de materia per glo. ⁊ archid. iij. q. ij. c. quia ea. ⁊ per eundem Archidia. xij. 3 q. ij. c. in vobis ⁊ c. Ulterane. Et nota a sensu contrario † ꝙ nõ erit suspensus ab administratione spiritualium, ideo quo ad illa debebit sibi obedire. viij. q. iiij. c. nonne. facit quod not. in gl. 4 magna ad finem. in dicto. c. quia ea. † Nota ꝙ causa criminalis, ⁊ sic meri ⁊ misti imperij, potest delegari. Et hoc tenet hic Innocen. secundum canones: licet secus sit secundum leges. l. imperium ⁊ l. iubere. ff. de iur. om. iudi. de quo per gloss. in. c. quod sedem. de offi. ordi. ⁊ in cle. j. hoc eo. tit. Posses tamen dicere ꝙ hic loquitur in papa: ⁊ sic non probat de inferiore. sed certe hic etiam loquitur de inferiore, quia delegato subdelegante. Sed posses dicere ꝙ vbi papa vel princeps delegat causam criminalem, facta est delegabilis, ⁊ ideo per delegatum potest subdelegari: vt est tex. in. l. j. C. qui pro sua iurisdictio. ⁊ ibi etiam nota. maxime per Bar. de materia dixi in dicto. c. quod sedem. de of 5 fi. ordi. ⁊ in preallegata dicta cle. j. ¶ † Nota quod iudex delegatus ad inquisitionem faciendam, potest subdelegare, quando non exprimitur quod personaliter exequatur: alias esset se- 6 cus. ĩ. eo. c. fi. ¶ Nota argumentũ † ꝙ per actum nullum perpetuatur iurisdictio in personam subdelegati, ⁊ firmatur eius potestas contra facultatem reuocationis expresse faciende per delegatum subdelegantem in totum vices suas. de quo per glos. in. c. cum plures. eo. eo. tit. lib. vj. ⁊ tangetur cum glo. fin. ⁊ super ea. Nam communiter tenetur contrarium, vt notatur per gl. in dicto. c. cum plures. Et qualiter respondeatur ad hunc textuꝫ, 7 dicam super dicta glo. fina. ¶ † Nota quod peruersio ordinis cause ad causam quando ordo est transfixus in formam mandati hominis, vitiat processum. Et sic nota ꝙ expressio ordinis iuris facta in forma mandati aliquid operatur. Facit quod habetur. š. de rescriptis. c. cum dilecta. ⁊ quod ibi dixi. Quod intelligit do. Anto. hic, procedere quando ordo, inquantum est ordo iuris, non est necessitatis, sed facultatis. secus, secundum eum, si esset ordo necessitatis, per id quod notat Inno. in. c. prudentiam. š. eo. ⁊ quod etiam legitur ⁊ notatur, maxime per bar. in. l. iij. ff. de leg. j. ⁊ aliquid inferius tangetur super glo. in ver- 8 bo cassauimus. ¶ † Nota ꝙ delegatus subdelegando in totũ vices suas, priuat se iurisdictione, adeo ꝙ alteri postea committere non potest. Quod intellige vt hodie est declaratum in c. quamuis. ĩ. eo. li. vj. ⁊ nota. etiam per glo. š. eo. super questio- 9 num. §. si vero duo. ¶ † Nota ꝙ eo casu quo expedit dari coadiutoreꝫ epõ, debet dari autoritate pape. de quo in. c. vno. de clerico egrotan. li. vj. ¶ Nota qualis debet esse vir prouidus ⁊ honestus, vt hic patet. Et de materia coadiutorum plene habetur 10 in. c. fin. de clerico egrotan. ¶ † Nota ꝙ aliquando cassatur, id quod est nullum. Et sic verbum, cassare, potest etiam referri ad cassationem que fit de facto, quatenꝰ de facto processum est. ad 11 idem quod habetur in tex. cum glo. in. l. j. §. j. ff. de ferijs. † Nota ꝙ ille dicitur plenarie restitutus, qui habet corporalem ⁊ pacificam possessionem: ⁊ sic non diceretur plenarie restitutus, licet restituta esset possessio, si non haberet illam pacificam ⁊ libe- 12 ram vt prius. Facit. c. Pisanis. ĩ. de resti. spoli. ¶ † Nota ꝙ ille cui datus est coadiutor, nil debet agere de temporalibus sine consilio adiutoris an autem requiratur eius consensus, tangit 13 in glo. ⁊ ibi dicetur. ¶ Item nota † ꝙ pendente causa super suspitione dilapidationis est interdictum omne genus alienationis prelato, ⁊ etiam coadiutori: similiter etiam a iure interdicitur visitatori, in. c. is cui. de elec. libr. vj. ¶ Nota quod ordo datus primo delegato per delegantem seruandus est etiam per subdelegatũ. nam non potest quis plus iuris transferre in aliũ, 14 quam habeat penes se. l. traditio. ff. de acquir. re. do. ¶ † Nota ꝙ peruersio ordinis mandati, ipso iure vitiat processum. quod dicit Inno. verum, quando aliquid mandatur studiose seruari. Facit quod dictum fuit in dicto. c. prudentiam. ⁊ quod ibi 15 etiam notat Inno. š. eod. ¶ † Nota quod licet peruersio ordinis possessorij ad petitorium non vitiat, nisi opponatur. l. j. cuꝫ

ibi notatis. C. de appella. tamen si deducatur in mandatis per superiorem, ut prius possessorium deinde petitoriũ terminetur propter formam mandati, nõ valebit ipso iure id, quod fiet nõ seruata forma mandati facit. c. cum dilecta. §. de rescriptis. ⁊ expressio eorum, que tacite insunt, si exprimantur dando formã, aliquid tunc operatur expressio. ¶ In glo. ij. ibi: ꝗ incorporalia. adde sm Inno. tam mobilia ꝗ immobilia, ⁊ etiam fructꝰ, facit. ĩ. de resti. spol. c. grauis. ¶ In ea. glo. in fine. Adde quod 16 hoc est clarum† ꝗ plenaria debet fieri restitutio, quãdo hoc exprimitur ꝗ quis plenarie restituatur. Idem tamen dicit, si mãdetur quis restitui: quia tacite subintelligitur plenarie. l. videamus. §. in fouea. ff. de vsuris. ¶ In gloss. iij. ibi. l. dolo. ad idem de reg. iur. in. c. dolo. li. vj. Et licet glo. non soluat hoc secundũ contrarium, dic ꝗ dicta iura habent locum in iudicijs petitorijs, non autem in possessorijs, vt nota. de resti. spo. in literis. et in dicta reg. dolo facit. ¶ In eadem glo. remouetur ab administratione, vt hic. sed certe hoc non dicitur hic, sed potius dicitur ꝗ datur coadiutor. Sed bene videtur deci. in. c. licet heli. ĩ. de simo. ⁊ in. c. quia ea. Sed ad. c. quia ea. gloss. dixit. §. ꝗ loquit̃ secundum iura antiqua. ad. c. autem, licet heli. ĩ. de simo. nõ bene apparet responsio data per glo. nisi dicas glossam forte hic voluisse ꝗ remouetur ab administratione, scilicet vt solus non administret, sed solum cum coadiutore. Et hoc bene probatur hic, ⁊ similiter dum dicit litera in. c. licet. eum suspendendũ ab administratione. potest intelligi. scilicet vt solus non administret: quia dabitur coadiutor, vt hic patet. Et hunc intellectũ forte voluit sentire glo. dum ad idem allegat hoc. c. ⁊ illud. c. licet. Et idem videtur voluisse sentire glo. in dicto. c. licet in verbo, dilapidationem. ¶ Inno. vero hic dixit, ꝗ ex quadam prouisione processit ꝗ iste episcopus non fuit remotus, ex eo scilicet quia per laicalem potentiam fuerat spoliatus alias de iure debuisset remoueri, ex quo erat suspectus, per iura predicta. Petrus autem ⁊ Abbas dicunt ꝗ propter suspitionem dari debet coadiutor, vt hic patet: sed ex quo probata erit dilapidatio locus erit depositioni ⁊ remotioni: vt in. c. licet. Et sic videntur intelligere dictum. c. licet. quando pbata est dilapidatio. sed certe ibi hoc non videtur apparere, sed videtur loqui, quando 17 probata est suspitio dilapidationis. ¶ †Unde Jo. Andr. hic dixit ꝗ si aliquis est suspectus de dilapidatione preterita, sed non futura, tunc datur coadiutor ⁊ ita loquitur hic ⁊ inquiret̃ de veritate, de qua si constabit, deponetur. sed si est suspectꝰ de dilapidatione futura propter preteritam, de qua constet, tunc procedit id, quod dicit gl. secundum eum: quia remouetur tũc interim ab administratione: vt in. c. licet heli. ĩ. de simo. ¶ Sed certe iste intellectus non videtur tutus: qꝛ si probatur suspitio de preterita dilapidatione, verisimiliter etiam suspectus de fuga, per regulam, semel malus. de regu. iuris in. vj. ⁊ per id quod hic dixit glo. in ver. ⁊ hoc probato. Joan. de ligna. hic dicit ꝗ si probata suspitione dilapidationis quis leuiter est suspectus, tunc dicatur coadiutor. Et ita, intelligatur hic si autem probata suspitione sit vehementer suspectus tunc interim suspenditur ab administratione, donec veritas appareat in causa dilapidationis ⁊ sic intelligit. c. licet heli. Sed do. Flor. hic dicit ꝗ ista distinctio non bene probatur iure: ⁊ videtur etiam reprobari per id, quod notat Innoc. ĩ. de simo. in. c. licet. vbi dicit ꝗ etiam ex leui causa quis remouetur ab administratione aliter. l. quod si forte. §. j. ff. de solutio. ⁊ iij. q. ij. c. quia ea. dictus tamen §. j. loquitur in tutore, non in prelato, in quo aliud videtur, per ea que. ĩ. dicentur. Et ad. c. quia ea. posset dici ꝗ ibi non erat leuis suspitio. Unde ipse dicit ꝗ si probata est suspitio dilapidationis tantum, ⁊ non vera dilapidatio, tũc dabitur coadiutor, per id quod hic dicitur, saluo nisi si quis esset suspectus, ꝗ remanendo quomodo in administratione corrumperet iudicẽ per pecuniam: quia tunc debet interim remoueri, ⁊ sic suspendi ab administratione temporalium. Et sic intelligit. c. quia ea. ⁊. c. licet heli. Et allegat notata per Host. in dicto. c. licet. ¶ Sed certe ista opi. videtur diuinare ad. c. licet. ¶ Unde aduerte ꝗ Archid. in. c. vobis. xij. q. ij. in effectu posuit illa, que Joan. Andr. post Gofre. ⁊ Hosti. posuit in. c. licet in verbo, suspetioni. de simo. sed in. c. Aulterane. xij. q. ij. dicit ꝗ non obstante eo quod di18 xit in. c. vobis. hoc est hodie tenendum:† quia cum inchoatur inquisitio in causa dilapidationis interdicitur inquisito omne genus alienationis, per. c. fin. ĩ. de accusa. de quo ibi in glo. fin. Subsequenter fit inquisitio de suspitione dilapidationis, qua probata dabitur coadiutor, vt hic dicitur. Demum postea procedetur ad inquisitionem veritatis super dilapidatione, per. c. licet Heli. ĩ. de simonia. Et quando incipiet inquiri de veritate dilapidationis, suspendetur, ⁊ sic remouebitur interim inquisitus ab administratione temporalium. ⁊ sic intelligit. c. licet heli. ⁊. c. quia ea. sed nõ remouebitur ab administratione spiritualium, per hunc text. a sensu contrario ⁊ per dictum ca. vobis et per id quod habetur in dicto. c. quia ea. Ideo subditi tunc obedient in ipsis spiritualibus. viij. questio. iiij. in. c. nonne. Sed veritate probata, debebit quod ille, qui probatur suspectus, se excusare si potest, dum proceditur super veritate, per. c. cum dilecti. de accusa. Et si probabit excusationem, remanebit in vtraque administratione spiritualium ⁊ temporalium: ⁊ sic remouebitur coadiutor: alias si se non excuset, ⁊ probetur dilapidatio. Zeum, ⁊ sic veritas dilapidationis, remouebitur in totũ. quod est villicum a villicatione remouere, qui non potest reddere rationem. ĩ. de accusa. c. qualiter ⁊ quando, lo. ij. Si vero non probaretur veritas dilapidationis, tunc si remaneret infamatus, posset ei indici purgatio: ⁊ si se purgaret, remaneret in vtraque administratione, ⁊ remoueretur coadiutor. secus si se non purgaret: quia tunc haberetur pro conuicto, secundum ea, que leguntur ⁊ notantur. ĩ. de accusa. c. cum P. ⁊ in. c. de hoc. ⁊. ca. insinuatum. ĩ. de simonia. Facit quod notat Joan. Andr. in dicto. c. licet. ⁊ Archid. in dicto. c. vobis. ¶ Sed certe, vt dicit d. Floren. hic, opi. Archid. inquantũ vult quod inchoata inquisitione super veritate dilapidationis, remoueatur prelatus inquisitus, non videtur bona: quia secundum illam modico tempore duraret coadiutor: ⁊ sic quasi delusoria esset quodam modo talis datio coadiutoris. Sed forte Archidi. voluit quod ille, qui est datus coadiutor, solus remanebit in administratione. Sed hoc non videtur tutum, ex quo a principio non fuit sibi data potestas insolidum administrandi. ¶ Unde forte posset dici quod in electione sit superioris, probata suspitione, an velit vt detur coadiutor, vt hic dicitur: an vero velit ipsum interim, donec probetur de veritate dilapidationis, suspendere ab administratione, ⁊ sic interim illum remouere, per dictum. c. licet. ⁊ dictum. c. quia ea. Facit quod notat glo. in simili in. c. fraternitatis. xxxiiij. di. ⁊. xxv. questio. ij. in summa. ¶ Uel posses etiam dicere quod hic loquitur in prelato seculari: sed in. c. licet Heli. loquitur in prelato regulari: quia facilius remouetur ab administratione, quam secularis: vt legitur ⁊ notatur in. c. per tuas. ĩ. de simo. ¶ Item posses dicere quod hic loquitur in episcopo ⁊ superioribus: sed. c. licet Heli. in inferioribus episcopo loquitur. Et ratio diuersitatis potest assignari, qꝛ duriori vinculo episcopus est alligatus ecclesie, ꝗ alij inferiores, vt patet ex ijs que leguntur ⁊ not. in. c. fin. de postula. ⁊ ideo difficilius remouetur: ⁊ per consequens potius ei datur coadiutor. Et pro hoc facit, quia de coadiutore episcopi ⁊ superioris est facta specialis prouisio in capitulo. vno. de clerico egrotan. libro sexto. ¶ Item posses dicere tenendo opinio. Innocentij, quod vbi quis fuit spoliatus per laicalem potentiam, si sit suspectus de dilapidatione, habeat locum hoc capitulum: sed vbi non fuit 19 taliter spoliatus, tunc habeat locum capitulum, licet Heli. †Et ex predictis potes concludere quod per solã accusationem vel inquisitionem de suspecto non remouebitur prelatus, nec dabitur sibi coadiutor, sed solum interdicetur ei omnis alienandi potestas infra, de accusatio. capitulo finali, ⁊ sic non potuit alienare etiam in casibus alias permissis de quibus decimasecunda questione secunda in summa. ¶ Nec obstat lex eum. C. de suspect. tuto. vbi ex sola accusatione de suspecto interim remouetur tutor ab administratione: quia aliud in tutore, aliud in prelato: quia prelatus liberiorem habet administrationem, cum possit fructus in suam vtilitatem conuertere. quod nõ posset facere tutor. Facit quod notat gloss. in capitu. fina. de offic. ordi. libro sexto. Ideo facilius remouetur tutor, secundum Innocent. in dicto capitulo, licet Heli. Si autem pendente accusatione vel inquisitione probetur suspitio dilapidationis, tunc qualiter sit procedendum, tunc sunt opi. vt patet ex predictis: tamen satis potest dici quod dari possit coadiutor, nisi vehemens esset suspitio quod forte corrumperet iudices: quia tunc non dabitur coadiutor, sed suspendetur interim ab administratione temporaliũ, non spiritualium, per id quod habetur in. d. c. qꝛ ea. ⁊. d. c. licet Heli. Si autem postea probetur veritas dilapidationis, inspicietur forma iudicij, vt voluit glo. in. d. c. quia ea. ⁊ etiam Archid. ibi: quia si actum fuerit criminaliter, vt quia fuerit accusatus, deponetur etiam ab ordine. xij. q. secunda in capitu. apostolicus. ⁊ capitu. diaconi. Si vero ciuiliter fuerit actum, vt quia fuit inquisitus, facit quod legitur et nota. in capitulo super ijs. infra de accusatio. tunc remouebitur ab administratione, ⁊ priuabitur beneficio infra de simonia. capitu. licet Heli. ⁊ infra de accusatio. capitu. qualiter. lo secundo ⁊ decimasecunda questione secunda capitulo vobis. et capi. Aulterane vel, vt dixi. supra, pbata suspitione potest dici ꝗ erit in arbitrio superioris an faciat dari coadiutorem, an vero

vero suspendat ipsum suspectum: z tunc videret satis equa opi. Joan. de ligna. vt in arbitrando superior consideret an leuis sit suspicio, vt tunc det coadiutorem. An vero grauis vel vehemens, vt tunc suspendat interim administrationem tēporaliū, donec aliter appareat de veritate dilapidationis. Et not. bene superius dicta: quia ex illis potes colligere plures intellectus ad c. quia ea. z c. licet Heli. de quibus patere poterit diligenter intuenti ea, que sunt dicta. distinctio autem de regulari prelato et seculari z etiam de episcopo z inferioribus, satis videtur iuri cōsonat per ea que dixi. s. licet cōmuniter doc. illam non ponant, nec etiam ponant de electione superioris, nec etiā illud quod dixi circa intellectum huius glo. ¶ Et aduerte, vt dixi. s. archi. in

20 dicto. c. vulterane. preallegato, videtur sentire † quod quādo ciuiliter est actum, z probata est veritas dilapidationis remouetur ab administratione, z priuatur beneficio. Sed dicit do. Floren. quod. c. licet Heli. j. de simonia. videtur probare contrariū. Sed potest dici, sm eum, quod ibi proceditur tanquam contra suspectum de dilapidatione: ideo solum remouetur ab administratione in temporalibus: sed probata veritate, remouetur etiā a beneficio, z alter perficietur. Allegat quod habetur. j. de accusa. c. qualiter. lo. ij. z C. de sacrosanct. eccle. l. iubemus. z nota. per Goffre. in dicto. c. licet. z per Archid. in dicto. c. vobis dicit etiā do. Floren. ꝙ de processu fiendo in causa dilapidationis ꝙ potest procedi sine scriptura z sic dicit Jaco. de Belui. tenere in auten. vt iudi. siue quoqz suff. ra. §. necessitatis. ar. illius. §. quod est bene notandum, sm eum. Dicit tamen ꝙ ibi non probatur. nā ibi videtur speciale in officiali recedente de loco, in quo exercuit officium ante dies quinquaginta, intra quos debuit expectare redditurus rationem de gestis per eum. Et ex supradictis potes notare modum procedendi in causa suspitionis dilapidationis do. tamē Ant. licet hic satis instet finaliter videtur remanere in conclusione, quod si solum quis est accusatus, vel inquisitus de dilapidatione, seu de suspitione dilapidationis, nec aliquid est adhuc probatum contra eum, non remouetur ab administratione, nec datur coadiutor, sed solum interdicitur ei potestas alienandi. j. de accusa. c. fin. Et ad. l. eum. C. de suspec. tuto.

21 potest responderi vt dixi. s. † Si autem sit suspectus de dilapidatione: tunc si est suspectus de dilapidatione preterita, que probata est summarie, z non plenarie: z tunc debet dari coadiutor, donec cōstet de veritate dilapidationis. Et ita intelligatur hic. Si autem esset suspectus de mala administratione futura propter preteritam malam administrationem, de qua constet: tunc dicit quod si de illa constat plenarie, si actum fuit criminaliter, debet deponi: si ciuiliter solum, debet ab administratione remoueri, per nota. iij. q. ij. c. quia ea. per glo. Si autem constat de ipsa preterita solum summarie, tunc ex quo est suspectus de fuga, secundum eum. sequendo domi. Joan. andr. videtur ꝙ interim remouetur, seu suspenditur ab administratione, secundum eum, per ea que habentur in dicto. c. licet Heli. videtur etiam predicta dicere vera, nisi quis fuisset spoliatus per laicalem potentiam: quia tunc procedit quod dixi post Inno. z sic in effectu videtur residere. ¶ Sed tu potes dicere, vt colligi potest ex ijs, que superius dixi. Et adde quod vbi quis remouetur a beneficio propter dilapidationem probatā, licet ciuiliter fuerit actum, carebit executione ordinis, licet ab illo non fuerit depositus. z hoc ideo, quia remotus est propter talē causam, ex qua remanet infamis l. si. C. de suspec. tuto. facit quod not. archi. in dicto. c. quia ea. z in dicto. c. vobis. z Joan. an. in dicto. c. licet Heli. j. de simonia. Et pro hoc, quia vt dicit ibi Jo. andr. eius delictum factum est notorium iuris. s. de tempo. ordi. c. si. z j. de coha. cleri. z muli. c. ve-

22 stra. z c. fin. ¶ † Item adde inquantum dixi. s. ꝙ suspenditur, probata suspitione, ab administratione temporaliū, non spiritualium: quia tūc remanet prelatus, z administrabit in spiritualibus. viij. q. iiij. nonne. z j. vt lite penden. c. ij. per totum. z xij. q. ij. c. vobis. z c. vulterane. Quod intellige, sm Goff. nisi de ipsius malitia verisimiliter presumatur: puta quia astringit sibi illos, qui veritatem sciunt, vel alio modo corrumpit, ne veritatem dicant. Facit. j. de testibus. tam literis. §. j. z c. constituit. j. respōso. nam tūc suspendetur etiam a spiritualibus. j. de exces. prela. tanta. nam z tunc iuste possunt timere eū subditi cum ipsius iudicio nunc opprimi, nunc exigi possint pro libito voluntatis. xvj. q. ij. c. j. post medium. Aduerte tamen quod licet ab administratione temporalium tantū suspendatur, vel etiam ab vtraqz, cū interim debebit lite pendente habere expensas, vt notauit Archid. in dicto. c. quia ea. z bene facit quod legit z notatur in. c. ex parte. j. de accu. ¶ Item adde quod vbi inquiritur de dilapidatione, primo inquiritur de suspitione dilapidationis secundo illa probata inquiritur de veritate dilapidationis. prima inquisitio scilicet de suspitione, fit summaire, sm Hostien. z Goffre. quia timeri potest ne is, cōtra quem de veritate est inquirendum, officiales corrūpat, vt inquisitionē veritatis impediat si in administratione perseueret: ideo si suspitione summarie inquisita suspectus appareat, ab administratione remouetur: vt. in. c. licet Heli. j. de simo. z in. c. quia ea. secundum Goffre. z Hosti. q8 intellige

23 vt supra dixi. probatur † autem suspitio per cōiecturas: vt si appareat quod predecessor non modicam summam pecunie dimisit, z iste inquisitus illam consumpsit, z in multo maiori ecclesiā obligauit, vt in dicto. c. licet Heli. j. de simonia. vel si ecclesia habet magnos redditus et paucas expensas: z apparet quod iste inquisitus est multis z magnis debitis obligatus, vt notatur in dicto. c. licet Heli per Joan. andr. nam ex predictis coniecturis probatur suspitio dilapidationis: non tamen apparet de veritate dilapidationis, quia posset esse quod in rei veritate bene administrasset, z ex causa legitima bene expendisset pecunias: et ex causa legitima obligasset se vel ecclesiam: ideo postea in secunda inquisitione scilicet de veritate dilapidationis, hic plenarie discutietur: et si veritas reperietur, nec possit se excusare, tunc omnino remouebitur ab administratione in perpetuum, z feretur sententia iuxta formam iudicij, vt supra dixi. Et de tribus: que sunt specialia in crimine dilapidationis, tangit Joan. and. in dicto capitulo licet in verbo, suspectum. ad finem. ¶ In eadem gloss. ibi: sine accusatione. Et sic est casus, in quo etiam de iure ciuili iudex potest ex suo officio procedere. Facit quod not. Barto. in. l. ij. §. si publicato. ff. de adulter. ¶ In eadem glo. ibi: diutius grassandi. i. male versandi z sic male vtendi z male ad-

24 ministrandi. ¶ In eadem gloss. in fine. Joan. and. dicit † quod admittetur ad denuntiandum quelibet persona ecclesiastica, per id quod habetur et notatur in capi. si quis presbyterorum allegato in glo. et facit etiam ad materiam quod notatur in capi. ex parte. z capi. cum olim. de testibus dominus vero Florenti. hic dicit quod cum hec accusatio censeatur popularis, quia tuetur ius ecclesie, facit. l. j. §. ius publicum. ff. de iusti. z iure. z quod habetur in. §. consequens. Insti. de suspectis. tuto. quilibet de populo admittetur, per ea que habentur et notātur in dicto capi. si quis presbyterorum. Archidiaco. tamen in dicto capitu. quia ea. iij. q. ij. vbi etiam glos. tangit, dicit quod quia etiam in popularibus actionibus. ff. de popu. actio. preferri debebūt illi quorum magis interest: cū illi videantur magis idonei. Et hoc etiā tenet Joan. and. dicto capitulo licet Heli. in verbo, suspectum. ad finem. Et sic videtur quod clerici ecclesie primo preferantur: secūdo patroni: tertio parochiani, per notata in dicto ca. ex parte. quarto quelibet ecclesiastica persona, et vltimate quilibet de populo: et hoc si concurrāt. Sed aliquibus negligentibus aliū videntur admittendi. Quis autem admittetur ad excipiendū contra electum, notatur per gloss. in capi. vt circa de elect. lib. vj. et per Innocen. in. c. super ijs. de accusa. ¶ In gloss. iiij. in fine. quis autem habeat dare coadiutorem, dic in episcopo et superioribus, prout habetur in capitulo vnico de clerico egrotan. libro sexto. ¶ In alijs dic vt tangitur per archidia. in. c. scripsit. allegato in gloss. z plene per Joan. andr. in capitu. fin. de clerico egrotan. vbi etiam dixi. ¶ In glo. cuius consilij. ibi: alias non valeret multum. Hanc rationem reprobant multi, quia imo valeret. Nam si teneatur requirere consiliū, et illud requirat, poterit propter illud mutare opinionem, et inclinari ad id quod alias inclinaretur. Facit quod habetur in capitulo cum in veteri. allegato in gloss. Sed dic quod ratio gloss. est bona: et potest saluari, quia licet valeret requisitio consilij per id, quod superius est dictum, non tamen multum valeret, vt notanter dixit gloss. quia non per hoc releuaretur suspitio male administrationis, si non teneretur sequi consilium: et ideo quo ad casum decretalis ra-

25 tio gloss. fuit bona † et ex illa habes, iuncta cum textu quod verbum, cōsilium, aliquando accipitur pro cōsensu, scilicet qū alias non multum valeret requisitio, vt contingit hic propter suspitionem male administrationis. Posses etiam per alia verba notare quod verbum consilium adiectum illi qui est suspectus de mala administratione, accipitur pro consensu: et hoc per rationem gloss. sic et alias, vbi adijcitur ei, qui non habet plenam discretionem, similiter accipitur pro consensu. l. impuberibus. ff. de suspectis. tuto. Alij tamen dicunt, et sequitur hic Innocentius quod ideo hic consilium accipitur per cōsensu, quia debet requiri consilium eius, qui particeps est officij, et ad quem spectat cura, ne mala fiat administratio. Facit quod habetur in. l. consilio. in fine. ff. de cura. furi. z in. l. titium z Meuium. in prin. z l. quidam. §. papinianus. ff. de administratione tutorum z notatur etiam per Bartol. in. l. j. §. si plures. ff. de exercito. vbi plene de materia per eum. ¶ In eadem gloss. in fine. quasi velit glo. quod ibi in forma arbitrij seu compromissi solum fit mentio de consilio, ideo non requiritur consensus: sed certe hic

26 etiam non fit mentio nisi de cõsilio: ideo dic† melius quod regulariter. vbi requiritur consilium, non est necessarius consensus. & sic intelligitur. c. cum olim. Fallit quando adijcitur consiliũ ei, qui est suspectus de mala administratione. propter ratione glo. vel quando exigitur consiliũ eius, qui est particeps officij, vt hic probatur secundum diuersos intellectus. ¶ In glo. alienationis. ibi. C. eo. ti. scilicet de rebus ali. non alie. ¶ In eadem glos. in fine. & dixit hic Hosti. quod ex quo est sic prohibitus alienare, non poterit alienare, etiam in casibus alias permissis a iure, puta in casu. c. terrulas. xij. q. ij. & in alijs notatis per glo. in summa eiusdem questionis. Quod intellige secundum Innoc. de accusa. in. c. fi. ad finem. nisi sint res, que seruando seruari non possint quia illas bene poterit alienare, ne alias corrumpantur. Facit quod habetur in. l. lex que tutores. C. de admini. tut. videtur etiã quod debet illas tales res alienare cum cõsilio & consensu coadiutoris: cum sine illo nihil possit administrare, vt hic dicitur. dicit tamen hic domi. Floren. quod in dicto Hostiẽ. possit instari quod imo possit, cum non reperiatur hoc interdictum de iure. dictum tamen Hosti. secundũ eum, est equum, vt hic operetur prohibitio alienandi. ¶ In gloss. cassauimus. cum gloss. transeunt omnes doctores, excepto domi. Floren. vt. j. patebit. Et ꝼm intellectum glos. habes quod processus est nullus, qui fit non seruata forma mandati: vt etiam voluit gloss. sequens. ¶ Nec obstant notata per Inn. s. eo. prudentiam. vbi dicit quod si papa mandat titium cõdemnari titio in decem si titius probabit illa decem sibi deberi, quod valebit sententia condemnatoria, licet non fuerit probatum: quia respondet hic do. Anto. quod hic est ordo iuris voluntarius expressus in mandato: sed ibi est iuris ordo necessarius. Sed certe hoc dictum videtur posse redargui: quia etiam hic videtur esse ordo iuris necessarius. nam debet iudex prius restituere spoliatum, ꝙ ad alia procedat alias diceretur partẽ grauare, & posset appellare. l. j. C. de appella. ideo

27 potes † melius dicere quod aliquãdo in mãdato exprimitur aliquid ex ordine seruandum: & tunc proprie loquitur hic, quia talis ordo debet seruari: alias non valet quod agitur. ¶ Interdũ vero in mandato adijcitur conditio: & tunc proprie loquitur dictum Innoc. quo casu distinguimus an id, quod exprimitur in conditione inesset tacite: & tunc talis conditio non facit conditionem, sed potius monitionem. An vero non insit tacite: & tũc non faciat monitionem, vt plene not. gloss. in cle. j. de offi. deleg. et Inno. de presump. in. c. fin. posset tamen saluari dictum do. Anto. in papa qui non tenetur ad obseruandum ordinem iuris, cum sit legibus solutus, vt notatur in. c. nulli. de senten. excõmunica. & ideo potest facere quod spoliatus respondeat etiã antequam restituatur: sed non potest facere quod cõdemnetur ille, contra quem non probatur debitum: quia hoc esset facere cõtra ius naturale vel gentium. quod non potest facere sine causa, vt not. Innoc. s. de constitu. in. c. que in ecclesiarum. dominus Floren. hic dicit quod litera stat proprie, et sic quod processus tenet, sed venit cassandus: & ideo expositio gl. non est bona, secundum eum. Mouetur per hunc textum non violando eum: & quia debemus sumere verba proprie, si id fieri potest, vt legitur & not. in c. intelligentia. & c. preterea. j. de verbo. signifi. nec obstat secundum eum. c. cum dilecta. s. de rescriptis. quia respõdet quod ibi loquitur quando ordo respiciebat fauorem ecclesie, & sic fauorẽ publicum: sed hic respiciebat fauorem priuatum, cui poterat renuntiari. j. de regula. in. c. ad apostolicam. ideo hic tenuit processus, ꝼm eum, sed venit cassandus, quia forte pars non consenserat. Sed certe iste intellectus videtur posse impugnari primo per illud vulgatum, quia simpliciter dicimus ꝙ id, quod fit forma mandati non seruata, videtur nullum. Facit. l. diligenter. ff. mãdati. & ibi videtur expressum etiam si mandatum respiciat priuatam vtilitatem. ¶ Item quia certum est ꝙ hic processus secundi subdelegati fuit nullus ex defectu potestatis. Facit. c. sua de offi. vica. ideo eius respectu necessaria est expositio glo. & ideo cũ papa hic simul coniunxerit primum & secundũ processum, videtur ꝙ vniformiter quod ad vtrũqȝ fieri debeat expositio, quam facit glos. arg. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil. tene menti dictum do. Floren. quia est notabile, si esset verum: tamẽ, vt ex predictis colligi potest, non videtur esse verum. ¶ In glo. mandati: vel dic ꝼm do. Floren. ꝙ hoc mandatum non dabat formam substantialem, ita ꝙ contra factum esset nullũ, per id quod dicã post eum, super glo. fin. et ex ijs que ibi dicam patebit an hoc dictum procedat, & ex ijs etiam que dixi super glos. precedenti. In glos. penul. ibi: vt hic patet. & sic hodie expressum in. c. quãuis. j. eo. lib. vj. ¶ In ea. gl. in fi. & de hoc per glo. in. c. vt circa. de elec. lib. vj. & per Dy. in rubrica de regu. iur. & per Bart. in. l. si pluribus. ff. de leg. ij. ¶ In gloss. fi. ibi anna vero Supple re integra vt probatur in. c. quãuis. j. eo. in. vj. Sed aduerte quia non videtur quod processus factus per abbatem fecerit desinere rem esse integram, cum fuerit nullus, vt hic patet. Facit. j. de regu. iur. c.

28 non prestat. lib. vj. Dicunt quidam † ꝙ etiam processus nullus ex quo fit aliquis actus iurisdictionalis quãuis inualidus, perpetuat iurisdictionem, et facit desinere rem esse integrã. Et ista fuit opi. Hosti. licet non ponderauerit istum textum, quia multum facit pro eo. de qua per glos. j. eo. cum plures. in. vj. que opi. videtur hic probari: sed communiter tenetur contrarium, per id, quod habetur in. c. prudentiam. in principio. s. e. & de foro competen. in. c. proposuisti. in verbo, legitime. & quia processus nullus videtur habendus pro non facto: quia paria sunt non esse, vel esse minus legitime. l. quotiens. ff. qui satisdare cogã. & in. c. ij. de transla. prela. ad istum textum respondetur quod hic abbas fecerat citare imperatorem vt veniret ad respondendum de iure episcopo, & sic per hoc perpetuauit iurisdictionem: tamen postea inordinate processit. vel intellige ꝼm Joan. and. quod eligit notarius in causa agenda. vel nuntium. nam hoc sufficit, ꝼm opi. Hosti. de qua dixi in. c. licet. sed postea processit inordinate. verũ quia opi. Hosti. inquantum voluit quod per actum ante citationem possit perpetuari iurisdictio, communiter nõ tenetur, vt dixi in dicto capitulo licet domi. Florẽ. hic dicit quod hic processus fuit aliquis, per id quod dixi. s. in gl. super verbo, cassamus, licet esset cassandus, ideo perpetuauit iurisdictionem. Sed certe iste intellectus non est tutus, per ea que dixi. s. super glos. predicta. Ideo tene quod facta fuit citatio, vt. s. dixi: & quia illa respiciebat generaliter omnia, non fuit facta contra formã mandati: ideo tenuit citatio. Facit. l. fin. C. de annal. excep. licet processus postea factus contra formam mandati non valuerit. Aliqui tamen voluerunt dicere quod ex quo aliquis actus iurisdictionalis fuerit factus quãuis inualidus, habet perpetuare iurisdictionem, per id quod habetur in simili in. c. j. de sponsa. li. vj. vbi pa-

29 tet † quod sponsalia, que de iure non tenent, si tamen in eis interuenit consensus purus, inducunt publice honestatis iustitiam. Sed certe ille est casus diuersus, & aliud videtur esse in casu proposito, per iura. s. allegata, & per ea que. s. dixi. ¶ Extra gloss. domi. Ant. hic inducit decretalem ad questionem. si datus fuerit delegatus super iniurijs & violentijs illatis cuidam monasterio: an poterit per inquisitionẽ procedere. videretur quod sic per hunc textum. contrarium ipse tenet: quia ad id, quod principaliter concernit interesse priuatum, non potest per inquisitionẽ procedi, vt not. Joan. andr. post Innocen. de iureiur. ad nostrã. lo ij. Nec obstat si dicatur quod quando agitur de bonis ecclesie, superior ex officio potest prouidere: quia in hoc videtur verti publica vtilitas. Facit. j. de institu. c. cum venissent. & de succes. ab inte. c. fin. quia respondet ꝙ illud potest procedere in ordinario. Secus videtur in delegato: quia rescriptũ in dubio nõ cõprehẽdit, nisi damnum rei familiaris, vt not. Innocen. s. eod. cũ olim Abbas. ¶ Nec obstat etiam iste tex. quia papa hic commisit inquisitionem secundum eum: sed in casu proposito papa delegauit causam ad instantiam alterius: et ideo non poterit procedi per inquisitionẽ ex officio iudicis, sed ordinare parte instante et hoc tenuit Lapus in additionibus quas fecit ad cõsilia Fede. de senis. Et de hac questione habetur per fede. in consilio. ccxvj. vbi refert quendam dominum Conradum tenuisse contrarium per hoc capitulum. & cum illo etiã videtur residere. sed Lapus ibi in additione tenuit contrarium, & sequitur hic do. Ant. An autem dispositio. c. j. de resti. spo. in. vj. habeat locum, etiam vbi agitur de crimine per viã inquisitionis: dic q̃d sic, vt dixi in notabilibus. licet alij contra, de quo per Joan. and. plene in dicto. c. j. in Nouella. dominus Joannes de Imola.

1 Persona miserabilis an sit immediate subiecta ecclesie.
2 Uidua an sit censenda miserabilis persona.
3 Jurisdictio quando sit exceptione elidibilis.
4 Iudex pronuntians se non iudicem, suam ipsius extinguit iurisdictionem.
5 Interlocutoria quando contrario imperio reuocari possit.
6 Delegatus, an iudex sit necne, potest pronuntiare.
7 Pacto non prorogatur iurisdictio eius, qui prorsus iurisdictionem non habet.
8 Jurisdictio semel extincta, non reuiuiscit partium voluntate.
9 Sententia lata super competentia vel incompetentia quare dicatur interlocutoria.
10 Reus absolutus esse censetur iudice incõpetẽte se pronuntiãte.
11 Etc. dictio abbreuiate scripta quid significet, & quid si extense scribatur.
12 Mater an pro filio agere possit.
13 Falsitas qualitatis persone quatenus rescriptum vitiet.
14 Jurisdictionem habens in subsidium, eandem perdit, si se incompetentem pronuntiarit.
15 Pactum nullum est, quod non dependet a potestate paciscentium.

Uidua

16 Uidua pauper coram quo agere possit.
17 Ecclesia iustitiam quibus maxime debeat reddere.
18 Rescriptum contra viduā vel miserabilem personam impetratū quatenus valeat.
19 Persone miserabiles in iure que dicantur.
20 Miserabiles persone sunt, que causas proprias administrare non possunt.
21 Uidua diues an censeri debeat inter personas miserabiles.
22 Pauperes omnes sunt de iudicio ecclesie.
23 Pauper quo respectu possit dici persona miserabilis.
24 Clericus scholaris coram quo possit iudice conueniri.
25 Iurisdictio quando per partē censeatur prorogata.
26 Error in facto proprio non est tolerabilis.
27 Iurisdictio iudicis non expirat per compromissum.
28 Pena in compromisso adiecta non ligat ad id, quod manifestū est non valere.

Significantibus. Delegatus, qui pronuntiauit se iurisdictionem non habere, etiam de consensu partiū causam non reassumit hoc dicit. Et primo narrat factum secundo dat iudices. Secunda ibi: ideoq3. ¶ † Not. quod causa miserabilis persone, sine qualitate paupertatis contra laicum non videtur esse immediate subiecta ecclesie, sed demum negligente iudice seculari. de quo tangetur cum gloss. j. ¶ † Et not. quod vidua nō videtur censenda miserabilis persona, si est diues. De quo tangetur super dicta glo. i. ¶ † No. quod vbi iurisdictio ipso iure competit, sed est exceptione elidibilis, prout contingit in rescriptis contentiosis ad lites ratione subiectionis, pronuntiato super exceptione, funditus ꝛ sic ipso iure extinguitur iurisdictio per dictam pronuntiationē. Facit quod not. Barto. in simili in. l. si plures. ff. de fideiusso. Et hoc satis probatur hic, quia si post pronuntiationem isti iudices habuissent iurisdictionem, licet elisam: potuisset eorum iurisdictio prorogari cuius contrarium hic dicitur. ¶ † Et ex hoc etiam not. quod interlocutoria per quam iudex pronuntiat se non iudicem, extinguit ipsius iurisdictionem. Et per hoc videtur quod non potest delegatus post talē interlocutoriam, reassumere. Et sic videtur quod non potest dictā interlocutoriam reuocare, vt hic videtur esse casus quem domi. Floren. dicit se nescire alibi. Et videtur hoc procedere, etiam si partes consentiant: quia etiā tunc nō videtur posse ipsam reuocare. Facit quod tangitur in gloss. fin. ꝛ procedit etiam licet rescriptum non esset ipso iure nullum, vt patet ex superius dictis. † Et ex predictis not. quod licet regulariter possit interlocutoria contrario imperio reuocari per iudicem l. quod iussit. ff. de re iudica. ꝛ de appella. in. c. cum cessante. tamē fallit quādo est talis interlocutoria, que ex toto finit officium iudicis ꝛ ipsius potestatē: vt hic patet. Facit quod not. per Bart. in dicta. l. quod iussit. ¶ Et ex hoc etiam not. vt predixi, quod interlocutoria, per quam iudex pronuntiat se incompetentē nō videtur posse reuocari. Nec obstat. j. de preben. c. dilectus. lo. iij. vbi aperte videtur probari contrarium: quia potest responderi primo quod ibi male pronuntiauerat, ideo potuit reuocare: sed etiam hic male pronuntiarūt isti iudices, vt patet ex gloss. ij. ideo alij dixerunt secundo quod ibi fuit appellatum. sed certe tūc nō reuocasset ipse, qui tulit, sed iudex appellationis. de appella. in. c. vt debitus. Ideo dic tertio, vt ibi tangit Ioan. an. quod ibi reuocauit autoritate secundi mandati dati per papam, per quod expresse sibi fuit data potestas reuocandi: alias non potuisset, vt hic patet. † No. quod delegatus potest pronuntiare an sit iudex vel non. de quo. s. de rescriptis. c. super literis. ꝛ in. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. ꝛ in Spec. in titu. de citatione. §. j. ver. item generaliter. ꝛ ibi per Ioan. an. in addi. ¶ † Not. quod pactum de proroganda iurisdictione non iudicis, non inducit prorogationem iurisdictionis, quando funditus iurisdictionem nō habet. Facit. l. priuatorum. C. de iurisdi. om. iudi. ꝛ ad hoc etiam allegatur decre. ¶ † No. quod iurisdictio extincta non potest per partes resuscitari ꝛ ad hoc etiam allegatur decretalis. Et ex hoc habes quod sicut partes non possunt dare iurisdictionem illam penitus non habenti, sic nec possunt illam resuscitare, ea penitus extincta. Facit quod habetur in. l. qui res. §. aream. ff. de solutio. ¶ † No. quod sententia, que fertur super cōpetentia vel incompetentia, dicitur interlocutoria ꝛ merito, quia non diffinit negotium principale ideo non debet dici diffinitiua. ¶ † Not. quod vbi iudex pronuntiat se incompetentē dicitur reus esse absolutus per iudicem. Intellige ab eius iurisdictione, ꝛ sic ab obseruatione iudicij: non autem a petitis, cum super illis nō pronuntiet. Facit quod habet͛ de iudi. in. c. examinata. ¶ † Not. de ista dictione, ꝛc. de qua dictum fuit in. c. significante. s. de rescriptis et per Barto. in. l. Gallus. §. j. ff. de libe. ꝛ post. nam aliquando scribitur abreuiate, vt hic patet ꝛ quid importet, ꝛ decidatur in hoc casu, dictum fuit in dicto. c. significante. aliquādo scribitur extēsiue, vt patet in dicto. c. proximo. ꝛ notatur etiam in iuribus preallegatis, maxime per Barto. in loco preallegato. ¶ † Not. secundum domi. Anto. quod mater potest agere pro causa filij. Sed certe hoc non videtur verum, per. l. alienam. C. de procura. ꝛ notabile sic non procedit, nisi forte mater esset tutrix. per id, quod habetur de appell. in. c. ex parte. lo. ij. Et sic posset intelligi quod hic causa erat communis matri ꝛ filio. ¶ Not. quod delegatio cause facta inter laicos ad petitionem miserabilis persone non pauperis, non est nulla: sed pendet ex validitate, ex negligētia, vel non negligentia ordinarij. Facit quod habetur in. c. licet ꝛ in. c. ex tenore. vbi de hoc. de foro compe. ꝛ dicetur super gloss. prima. ¶ † No. quod falsitas qualitatis persone vitiat rescriptū non tamen vitiat simpliciter: quia nō vitiat eo respectu quo papa alias erat concessurus, ꝛ sic videtur quod surreptio etiam ex certa scientia, et per consequens dolose non impediat literas vt procedatur in forma cōmuni. Et sic residet domi. Anto. sed certe hoc vltimum nō est verum. per. c. super literis. s. de rescriptis. Nec obstat iste tex. quia responderi potest, vt tangitur in glos. ij. ad finem. super illa. j. ¶ † Itē no. quod habens iurisdictionem non principaliter sed in subsidium sed simpliciter se pronuntiat incompetentem, perdit omni respectu iurisdictionem. ¶ Not. quod promissio de redeundo ad examen primi iudicis, cuius iurisdictio est extincta, videtur in dubio facta respectu qualitatis prime iurisdictionis, ꝛ nō tanquam in arbitrum. ¶ † No. quod pactum factum circa non dependentia a potestate pacifcentiū, de iure est inualidum. ¶ In glo. prima ibi: adhuc debet coram suo iudice agere. Et sic videtur quod in casu capituli idē fuisset dicendum, si ista vidua fuisset pauper quod videtur esse contra mentē hic ꝛ Innocen. etiam hic tenet contrarium vnde dicit ꝙ quando vidua est pauper tunc causa eius spectat immediate et principaliter ad ecclesiam, sicut ꝛ causa aliorum pauperum, per id quod habetur in. c. si quis Romipetas. ꝛ. c. patronarū. xxiij. q. iij. ꝛ de verbo. signifi. in. c. nouimus. §. j. vnde pro declaratione gloss. text. et materie conclude † ꝙ si est vidua pauper causa eius potest etiam contra laicum agitari corā iudice ecclesiastico: quia talis causa, vt est dictum, etiam immediate spectat ad ecclesiam ꝛ sic habebit electionem tunc vidua pauper an velit conuenire laicum coram iudice seculari vel ecclesiastico, etiam nulla data negligentia iudicis secularis. Idē si sit vidua diues, sed oppressa, vt quia fuerit spoliata. nam tunc licet sit diues, tamen poterit agere possessorio recuperande coram iudice ecclesiastico, etiā contra laicum, ꝛ etiam nulla data negligentia iudicis secularis per id quod habetur in. c. ex parte de foro compe. ꝛ per id quod tangit hec glo. in fine. Sed vbi vidua est diues, ꝛ vellet agere iudicio petitorio, tunc procedit quod dicit ista glo. quia nō potest agere contra laicum coram iudice ecclesiastico, nisi data negligentia iudicis secularis, per istum text. per id quod habetur in c. ex tenore. j. de foro compe. Et si dicas, secundum hoc non erit differentia inter viduam. ꝛ aliquā personam laicam, cum etiam quilibet alius data negligētia iudicis secularis possit habere recursum ad iudicem ecclesiasticum. j. de foro competen. in. c. licet. responderi potest, prout hic voluit Inno. notabiliter quod imo erit differentia in multis. † primo quia licet etiā debeat facere iustitiam etiam alijs propter negligentiā iudicis secularis, tamen magis astringitur viduis ꝛ alijs similibus personis, ꝛ eis fauorabiliorem iustitiam facere debet. lxxxvij. dist. c. j. ꝛ. ij. ¶ Item secundo est differentia, quia in alijs non sufficit proximum superiorem esse negligentē, imo requiritur omnes superiores esse negligentes, per id quod habetur in dicto capi. licet, sed in vidua ꝛ simili persona sufficit proximum superiorem esse negligentem, per id quod habetur in dicto. c. ex tenore. quod est valde diligenter notandum, vt etiam hic tetigit domi. Floren. ¶ Item tertio est differentia, quia si litere impetrātur per viduam ad iudicem ecclesiasticum, licet nulla precedat negligentia iudicis secularis litere nō sunt nulle, sed sunt in pendenti: ꝛ ideo si post impetrationem literarum appareat de negligentia iudicis secularis, reconualescēt litere, vt patet in dicto. c. ex tenore. Secus in alijs: quia non reconualescent propter negligentiam iudicis secularis superuenientem post datā literarum, vt patet ex ijs, que habetur in dicto. c. licet. ꝛ. c. ex tenore. ¶ † Itē quarto est differētia, quia secundū Inno. non valet rescriptum impetratum contra viduā, vel miserabilem personā, nisi in rescripto facta fuerit mentio de qualitate viduitatis vel miserabilitatis. Secus econtra, per id quod habetur in. l. vna. C. quando imperator inter pupillum ꝛ viduam. Sed certe ille textus non sic late loquitur vt sonant verba Innocentij quia non loquitur indi-

stincte de quolibet rescripto,sed de rescripto,per quod vidua vel
miserabilis persona trahitur ad presentiam principis extra suã
prouinciam. ¶ Que autem censeantur persone miserabiles,po-
19 suit hic Inn. ¶ †Nam dicit miserabiles personas esse viduas,
pupillos,orphanos,ꝛ pauperes. Item peregrinos. ¶ Itẽ mer
catores,si grauentur in teloneis seu pedagijs,quando vadunt
pro mercantijs. ¶ Item liberti manumissi ab ecclesia,ꝛ qui cõ
mendantur ecclesie,vel qui ad eam confugiunt. ¶ Item publi
ce penitentes. ¶ Item officiales ecclesie,ꝛ rustici ecclesie,et alij
seruientes ecclesie. ¶ Item senes,ꝛ omnes liberti. ¶ Itẽ ceci ꝛ
mutilati mẽbro,ꝛ leprosi ꝛ incarcerati,ꝛ alij debilitati in per-
sona. ¶ Item cruce signati.ꝛ hec probantur ex ijs,que haben-
tur.lxxxvij.distin.per totum ꝛ maxime in.c.de solatos.ꝛ.c.eos
qui.ꝛ.c.fin.ꝛ.xij.q.ij.in.c.ecclesiarum.ꝛ de censi.in.c.licet.ꝛ.C.de
episco.audi.l.iudices.ꝛ.lxxxix.distinc.c.iudicatum.ꝛ.xj.q.j.in.c.
aliud.ꝛ.xxiiij.q.iij.in.c.si quis Romipetas.ꝛ in.c.paternarum.
ꝛ de Iudeis.in.c.ad liberanda.in parte decisa.Et ex predictis
patet quod interdum causa vidue vel miserabilis persone est de
foro ecclesie quo ad habitum,et quo ad actum:vt si est pauper,
vel si est diues,ꝛ agitur de possessorio recuperande.Item inter-
dum vero est de foro ecclesie quo ad habitum,sed non quo ad
actum:vt quando est diues ꝛ agitur de causa proprietatis.Nã
tunc demum est de foro ecclesie quo ad actum,quando interue-
nerit negligẽtia iudicis secularis,vt superius est dictum aliquã
do est solũ quo ad habitum.Et not.quia dicit hic domi.Florẽ.
quod sicut in vidua distinguitur inter diuitem ꝛ pauperem,ita
etiam,ſm eum est distinguendum in pupillo vel orphano ꝛ se-
ne. ¶ Item aduerte,ſm eum,quod licet Innocen.hic multa
dixerit in examinando que persone dicantur miserabiles,ꝛ quã
20 do sint de iudicio ecclesie,tamen ipse dicit concludi posse† quod
miserabiles persone sunt ille,qui causas proprias administrare
non possunt.Allegat textum,quem dicit singularem de postu-
latio.c.j.ꝛ intellige,ſm eum,quod non possunt,scilicet suo sum-
ptu.Dicitur etiam miserabilis persona,super quã natura mo-
uetur ad miserandum,vt cõtingit in grauato diuturno morbo
ꝛ debili.Allegat quod habetur in dicta.l.vna.C.quando impe
rator. ¶ Item persona pauper oppressa ꝛ desolata,id est desti-
tuta auxilio proprie defensionis.lxxxvij.distin.in.c.desolatis.ꝛ
21 ex hoc infert† quod vidua diues non dicitur miserabilis perso-
na,quia nec desolata:cum pecunie omnia obediant ecclesiastici
decimo capitulo talis tamen non omnino dicitur non miserabi
lis.nam saltem habitu est de foro ecclesie,dicto.c.ex tenore.Et
quod dixi,miserabiles personas dici,que non possunt causas
proprias suo sumptu administrare,procedit,ſm eũ,ex quacũqꝫ
causa non possint siue propter etatem,vt pupillus,dicto.c.deso
latis siue propter sexum,vt vidua.ea.di.in principio.Nã equipa
ratur orphano,vt ibi:siue propter inopiam,vt.s.dixi:siue pro-
pter similem causam,que moueat ad habendum misericordiam
de tali.Et per hoc dicit quod licet Innocẽ.hic enumeret perso-
nas miserabiles,de quibus.s.dixi:tamen ille ponuntur causa
exempli.Nam,ſm eum,etiam alie persone possent esse miserabi-
les,in quibus haberent locum predicti respectus vel aliquis eo-
22 rum† ꝛ concludit etiam quod omnes pauperes sunt de iudicio
ecclesie.Unde dixit Innocen.quod pauperes,etiam non negli
gentibus iudicibus secularibus,nõ tantum de oppressione,sed
etiam de alijs possunt cõqueri iudicibus ecclesiasticis.Allegat
dictum.c.si quis de potentibus.ꝛ.j.de verbo.signifi.in.c.super
quibusdam.§.quod debui allegare.s.dum allegaui.c.nouimus.
¶ Item aduerte,quia dixit Innocen.quod pro maiori parte
ecclesia non cognoscit pro talibus personis contra laicum,nisi
in defectum iudicis secularis,per dictum.c.ex tenore.ꝛ tales cõ-
uenti non possunt declinare iurisdictionẽ iudicis secularis,licet
ab eis possint ad ecclesiam appellare,si grauentur.quod nõ pla-
cet Innocen.quo ad appellationem:quia secundum ius ciuile
gradatim debet appellare ad proximũ superiorem.ij.q.vj.ante-
riorum.Tu dic de materia clarius,vt superius dixi. ¶ Itẽ ad-
23 uerte,quia dixit hic domi.Anto.† quod miserabilis persona iu-
dicabitur pauper habito respectu ad id quod possidet,nõ ad id
quod petit:vt si forte magnam hereditatem peteret,vel castrum
peteret.quod diligenter tene menti. ¶ Iuxta predicta potest
queri,quid si ad requisitionem iudicis ecclesiastici,vel proprio
motu procedat eo casu,quo potest,an potest iudex ecclesiasticus
compellere ipsum,vt debet breuiores dilationes propter perso-
nam vidue vel similẽ agentem dicit Innocen.quod ex quo iu-
dex secularis cepit vti iurisdictione,ecclesiasticus se nõ intromit
tet:sed demum se intromittet,quando iudex secularis esset ne-
gligens,ꝛ dicetur constare de negligentia,si hoc sit notoriũ vel
notoria fiat iniustitia,vel si infra tempus statutum non exhibe
ret iustitiam:vel si expresse illã denegaret. Facit quod habetur
.j.eo.in.c.j.in.vj. ¶ Quid autem si iudex secularis sit suspectus
de malitia:tunc dicunt quidam sibi posse prefigi terminũ per
iudicem ecclesiasticum,in quo procedat ꝛ finiat causam.argu.j.
qui filij sint legi.c.causam.ꝛ.c.lator.ꝛ de resti.spolia.c.frequens.
in.vj.ꝛ de offi.ordi.c.irrefragabili.§.excessus.ꝛ de appella.legiti
ma.in.vj.ꝛ hoc placet Hosti.licet aliqui contra ꝛ sic residet Io.
and.ꝛ do.Ant. ¶ In eadem glos.ibi:in possessorio quasi secus
in petitorio.de quo dic vt plene superius dixi. ¶ In glos.ij.ibi:
consensus priuatorum iudicem non facit.Nec obstat quod ha-
betur in.l.penulti.C.de pactis.qui hic per pactum volebãt par-
tes dare iurisdictionem ei,qui erat illa priuatus:sed in contra-
rium per pactum solum tollebatur electio iudicis,ꝛ sic age-
batur de iurisdictione non declinanda:quia agebatur inter
partes quod reus,qui habebat plures iudices,vt contingit
24 †in scholari de iure communi,qui habet rectorẽ,episcopum,et
suum doctorem,vel magistrum.vt in auten.habita.C.ne filius
pro pa.ꝛ.l.fina.C.de iurisdi.om.iudi.imo etiam videtur habere
quartum,scilicet potestatem loci,in dicta autenti.habita.Facit
quod legitur ꝛ notatur in.c.si diligenti.j.de foro competen.co-
ram altero eorum tantum conueniretur,ꝛ non posset illius iudi
cium declinare:licet hodie secundum formam statutorum vni-
uersitatis rector non posset declinari.Et est ratio diuersitatis in
ter primum casum ꝛ secundũ:quia pactum de nõ declinando,
fit cum parte,ꝛ ordinatur ad tollendum ius competens parti,
quod tollere potest,ꝛ sic potestatem declinandi:sed pactum de
prorogando iurisdictionem non ordinatur ad tollendum ius
residẽs in parte,sed ad creandum ius.quod fieri non potest,nisi
secundum dispositionem iuris:et sic demum,quãdo ille,in quẽ
fit prorogatio,alias erat iudex,ꝛ quando iurisdictio est proro-
gabilis.Quod an quando sit:plene dicetur.j.eo.P.ꝛ.G.ꝛ di-
25 cit hic domi.Ant.quod †eo casu,quo fieri potest prorogatio,si
fiat pactum coram iudice de prorogando,et per illud subijciant
se partes iudici,quod ex hoc intelligitur iurisdictio prorogata.
de quo in.c.j.de iudi.Sed vbi fit extra iudicium pactum de pro
rogando eo casu,quo prorogari potest iurisdictio,dicit quod
per tale pactum solum non inducitur prorogatio,sed demum
postea partes procedant coram illo tanquam coram iudice fa-
cit.l.j.ꝛ.ij.ff.de iudi.si tamen pars vellet procedere coram iudi-
ce,et sic prorogare,posset agi ad interesse,si pactum fuisset vesti-
tum per stipulationem de iure ciuili:sed si fuisset nudum,nõ pos-
set ex illo agi de iure ciuili,sed de iure canonico sic,vt.j.de pact.
c.j.ꝛ.l.iurisgentium.§.j.ff.de pactis.Et si iurasset quis proroga
re,si dicatur quod ex iuramento possit quis cogi precise ad factũ
de quo dixi in.c.per tuas.de arbi.ꝛ.j.de iureiuran.in.c.veniens
in quibus locis tangitur per Innocen.possent tunc compelli
ad prorogandum.Et aduerte etiam quod licet quando quis
promittit respondere in certo loco,non per hoc sit prorogata iu
risdictio.l.si conuenerit.ff.de iurisdictione omnium iudicum ta-
men secus est,si quis promittit soluere in certo loco:quia ibi sor-
titur forum.l.contraxisse.ff.de actio.ꝛ obligatio.de materia ple
ne consueuit dici in.c.Pet.G.j.eo.ꝛ consueuit etiam tangi in
c.j.de iudi. ¶ In eadem glo.per simplicitatem.adde quo in du-
bio tamen sciat se diuitem,dicendo se pauperem:ꝛ sic per men-
dacium hoc asserendo videretur esse in dolo,per id quod notat
glo.in.l.item si pretio.in fine.ff.locati.ideo dicebat Ioan.andr.
quod forte procurator fuerant qui impetrauerat,ꝛ dixerat illã
pauperem,credens sic esse.secus si ipsa impetrasset.ꝛ videtur vel-
le domi.Floren.quod si ipsa impetrasset,licet per simplicitatem
26 dixisset mendatium,quod tunc non iuuaretur†:quia non vide-
tur tolerabilis in facto proprio error.de rescriptis.ab excommu
nicato.Sed tutius est dicere quod tunc presumeretur dolus,per
id quod.s.dixi. ¶ In gloss.iij.ibi:redire ad iudicem.Hoc ve-
rum,si iurisdictio non esset extincta.Facit quod habetur in.l.si
quis rem.ff.de arbi.Secus quando esset extincta,vt hic patet.
27 †Et not.quod non expirat iurisdictio iudicis per compromis-
sum,vt patet in dicta.l.si quis rem.ꝛ in.l.litigatores.eo.titu.li-
cet per secundum compromissum,vt notatur in Specu.de arbi.
§.finitur.in fine.secundum Ioan.andr.ꝛ facit quod notatur.j.
de arbi.c.innotuit. ¶ In eadem gloss.in fine.ꝛ bene facit pre-
allegata.l.si quis rem. ¶ In gloss.fin.ibi:non poterant eis da-
re.et sic volebant facere id,quod de iure non poterant:ꝛ ideo nõ
tenuit adiectio pene.Facit quod habetur in.l.pacta que con-
tra.C.de pactis.ꝛ de regulis iuris impossibilium.lib.vj. ¶ Et
28 not.ex gloss.secundum domi.Floren.quod† pena compromissi
non obligat ad id,quod patet non valere euidenter,siue quod
est notarium,secundum eum.Facit quod legitur ꝛ notatur in
l.apud celsum.§.item queritur.ff.de doli excep. ¶ In eadẽ glo.
ibi:tunc posset peti pena.Et ratio est,quia ex quo alias erant or-
dinarij,cessat quod dictum fuit.s.in gloss.quia non est.sed
potius

potius illum qui recipit potestatem per prorogationem: quod est licitum: vt patet. j. eo. P. & B. & si dicas quod cum isti essent delegati, & sic iudices, debuerunt partes posse prorogare in eos iurisdictionem. dic quod non valuit prorogatio, tanquam extincta iam iurisdictione per interlocutoriam: & sic postquam desierant ex toto esse iudices, secundum domi. Floren. do. vero Anto. hic dicebat quod etiam dato quod isti fuissent alias, iudices ordinarij, non tamen valuisset pactum, si voluissent redire ad iurisdictionem delegatam, prout in dubio hic videbantur voluisse propter verbum redirent, & verbum ad eorum iudicium examen. gl. autem potest procedere quando constaret quod voluissent habere respectum ad iurisdictionem ordinariam, & illam prorogare, & non ad legatum. ¶ In eadem glos. ibi: si nollet se subijcere. Hoc ideo dixit glo. quia locum habet pena vsque ad litis contestationem. l. si conuenerit. cum ibi notatis. ff. de iurisdi. om. iudi. tamen tunc committetur pena, vt dicit glos. & notatur etiam in dicta. l. si conuenerit. ff. de iuris. om. iudi. Imolanus vtriusque iur.

1. Iudex si vt suspectus recusetur debet causa suspitionis assignari.
2. Delegatus pape vel ordinarius si recusetur, ad arbitros tunc recurritur.
3. Iudex recusatus quando cognoscere possit an sua sit iurisdictio & quando non.
4. Terminus ad probandum per quem statui debeat.
5. Prouocato super prouocantem potestas dari non debet.
6. Permisso vno quopiam cetera censentur permissa sine, quibus illud explicari non potest.
7. Arbitri si plures sint, valet quod fit a maiori parte.
8. Iudex recusatus arbitros cogere debet.
9. Arbitri super causa recusationis electi, quid agere possint.
10. Delegatus principis in quibus ordinario sit assimilandus.
11. Consensus priuatorum immediate iudicem non facit.
12. Iurisdictio que ordinaria dicatur, & que delegata.
13. Recusationis causa an necessario debeat allegari & probari.
14. Arbitri qui sint, & qui delegati.
15. Arbitri qui & quando suas vices committere possint.
16. Terminus ad probandam causam recusationis per quem statui possit.
17. Arbitri electi non concordantes possunt ad concordiam cogi per iudicem.
18. Iudex recusatus quando de causa recusationis se intromittere possit. & nu. seq.
20. Arbiter tertius ab alijs arbitris electus an procedere possit cum altero illorum altero absente.
21. Arbitris pari munero in sententia discordantibus neutra valida erit.
22. Sententia arbitrorum inter agnatos lata, an valeat, si discordes sint.
23. Arbiter tertius electus alijs discordantibus quid possit.

Uspitionis causa. Arbitri electi ad causam recusationis assignant terminum ad probandum recusanti: delegatus tamen qui recusatur, cogit arbitros causam diffinire hoc dicit. Et sunt due partes principales, sicut duo sunt principalia dicta que patent ex summario. ¶ Secunda ibi: ab ipso quoque iudice. ¶ 1 † No. quod vbi iudex recusatur debet causa recusationis assignari in recusatione: tamen secus est de iure ciuili, vbi non est necesse allegare causam suspitionis, nec consequenter probare. l. apertissimi. C. de iudi. & sic quod hic dicitur, procedit solum de iure canonico. j. de appella. in. c. secundo requiris. sed probari debebit coram arbitris, vt hic patet. Quod intellige quando recusatur delegatus pape vel ordinarius, vt probatur hic, & j. de appella. in. c. cum speciali. secus quando recusatur delegatus ordinarij, vel quando sunt plures delegati pape cum clausula, quod si non omnes vel cum clausula, quod si ambo. nam tunc non eligunt arbitri, vt probatur in. c. si contra vnum. cum ibi notatis. j. eo. lib. vj. Item intellige quod debet causa assignari in scriptis, secundum Hostien. allegat. C. de iudi. in. l. apertissimi. ¶ 2 † Et ex predictis etiam not. quod quando recusatur delegatus pape vel ordinarius, recurritur ad arbitros. de quo in dicto. c. cum speciali. & ibi etiam patet quid fiendum si probetur causa recusationis. & in. c. iudex. j. eo. lib. vj. ¶ 3 † No. quod licet iudex regulariter possit cognoscere an sua sit iurisdictio. de rescriptis. in. c. super literis. hoc tamen fallit quando recusatur tanquam suspectus. et est ratio, quia tunc sicut est suspectus in principali causa, ita etiam eadem ratione est suspectus super incidenti competentie, vel incompetentie: ideo tunc etiam de tali incidenti non se intromittet. Facit quod not. Innocen. s. eodem prudentiam. & quod ibi dixi circa principium seu finem principij. & quod not. etiam glos. in. c. solicitudinem. de appella. 4 vbi bona gloss. † Not. quod ad illum spectat statuere terminum ad probandum, qui habet super probato diffinire, & non ad alium. ¶ No. quod iudex recusatus potest compellere arbitros discordantes vt concordent, vel tertium aduocent. ¶ Quid autem si etiam in istis essent contumaces & pertinaces: tunc recurre ad ea que habentur in. c. legitima. de appella. lib. vj. cum ibi notatis. ¶ 5 † No. quod non debet dari potestas prouocato super prouocantem: & quod periculum est litigare coram iudice prouocato. ¶ 6 † Not. quod vno permisso, omnia intelliguntur permissa sine quibus id explicari non potest. Facit quod habetur in capitulo preterea. & c. j. & c. sane. & c. ex literis. cum similibus. Not. de dictione & cetera, quia videtur importare illa, que pertinent ad actum et dispositionem, circa quem, & circa quam profertur de quo per Barto. in. l. Gallus. §. j. ff. de libe. & posthu. ¶ 7 † No. quod in pluribus arbitris iuris valet factum a maiori parte et idem in arbitris compromissarijs. l. si in tres. ff. de arbitris. Not. prouidendum esse, ne pretextu articuli recusationis negotium 8 principale vltra debitum prorogetur. ¶ † Not. quod ad iudicem recusatum spectat compellere arbitros, vt hic dicitur. Et ex hoc patet quod propter solam propositionem recusationis non extinguitur iurisdictio iudicis delegati. Facit quod habetur in. c. iudex. eo. titu. lib. vj. Et not. etiam quod licet iudex sit talis qui possit recusari, non per hoc minus est iudex alias, vt dicit Ioan. and. superfluum esset recusare, quem non constaret esse iudicem, vt notatur in. c. inter monasterium. de re iudi. ¶ No. secundum domi. Anto. quod videtur quasi inferri iniuria iudici qui recusatur, et per hoc prouocatur ad iram seu indignationem. sed certe hoc non colligitur hic quod per hoc dicatur sibi fieri iniuria, nec etiam est verum in se, quod per recusationem fiat ei iniuria, vt dixit glossa. ij. licet de facto reputet quandoque sibi hoc ad iniuriam, & hoc voluit dicere litera, vt etiam tangit glo. ¶ In gl. prima in fine. Et pro hoc facit quod habetur in. c. legitima. de 9 appella. lib. vj. † Nam sicut arbitri habent cognoscere de veritate cause recusationis, vt ibi patet: ita etiam videtur quod possint cognoscere an causa sit legitima. Et pro hoc etiam bene facit text. iste dum dicit quod omnia, que faciunt ad articulum recusationis, spectant ad ipsos arbitros que autem sint cause legitime recusationis, notatur per Innocen. & Ioan. and. in. c. cum speciali. de appella. & in dicto. c. legitima. de appella. lib. vj. per Ioan. and. & in Specu. titu. j. §. superest. ¶ In gloss. ij. ibi: non tamen propterea. Hoc intellige verum, nisi aliter vere appareret eum indignatum. Nam tunc posset esse talis & tanta indignatio quod redderetur merito suspectus: vt si propter hoc verisimiliter faueret minus alteri parti. Facit quod habetur in. c. accedens. j. vt lite non contest. ¶ In gloss. iij. ibi: compellere testes. Sed an poterunt eos punire si falsum dixerunt coram eis. Innocen. dixit quod sic, per hunc tex. & per. l. nullum. C. de testa. que lex non habet locum in delegato, vt ibi not. glo. & not. Innocen. in. c. dilectus. de penis. & Bartol. in. l. diuus. ff. de falsis. Et secundum hoc maiorem iurisdictionem haberet isti arbitri circa testes puniendos, quam delegatus. quod videtur inconueniens. nisi di10 cas † quod delegatus principis possit punire testes, cum ille in multis equiparetur ordinario: quia potest delegare, sicut etiam ordinarius. s. eod. pastoralis. & j. eo. c. quoniam. & C. de iudi. l. a iudice. et facit etiam quod notat gloss. in. l. ij. ff. de iurisdictione omnium iudicum et secundum hoc glo. in dicta. l. nullum. & dictum Innocen. & Barto. preallegatum deberet intelligi in delegato inferioris a principe vel papa, quod tene menti. ¶ In eadem gloss. ibi: ad papam debet appellari. & hoc hodie est expressum in. c. ab arbitris. lib. vj. ¶ In eadem gloss. ibi iudicium non procederet. et sic in effectu frustraretur delegatio facta per papam. quod esse non debet. ¶ Ideo dic quod est speciale in istis arbitris, quod possint cogi acceptare et est ratio: quia eliguntur ex iure necessitatis: sed titulus de arbitris, loquitur in arbitris qui sponte eliguntur nulla iuris necessitate precedente. et per hoc videtur quod si ex forma statuti consanguinei vsque ad certum gradum compelli debent ad compromissum, quod si tunc eligantur aliqui arbitri, possunt cogi acceptare. Facit quod no11 tauit Barto. in. l. penulti. et fin. C. de iudi. ¶ In eadem glo. ibi: facit iudicem. Sed † certe consensus priuatorum non est ille immediate qui facit iudicem, sed ipsum ius quod immediate dat iurisdictionem istis arbitris, postquam sunt electi de consensu partium: & vt dixi, differunt isti arbitri ab alijs, de quibus loquitur titulus de arbitris: quia isti eliguntur ex iuris necessitate cogente partes ad ipsos eligendos: sed titulus de arbi. loquitur in ijs, qui sponte eliguntur non ex iuris necessitate. ¶ In eadem gloss. ibi: quasi ordinaria Innocen. in capi. cum ab ecclesiarum. j. titu. ij. dicit quod est vere ordinaria. primus est quando ha-

betur per electionem quando lex confirmat illam. Sed de hoc dic plenius ut not. in dicto c. cum ab ecclesiarum. per Inno. et Joã. and. ꝛ per legistas in l. more. ꝛ l. ꝛ quia. ff. de iuris. om. iudi. et facit etiam ad materiam quod not. glos. in c. ij. ſ. ne prelati vices suas. ¶ Aduerte tamen quia primum non videtur simpliciter verum, sed demum quando fit electio ab vniuersitate. quod hic non contingit. facit quod not. per glo. ꝛ doct. in dicta l. more. ꝛ dicta l. ꝛ quia preallegatis. ff. de iuris. om. iudi. ꝛ in dicto c. cũ ab ecclesiarũ. Itẽ † iurisdictio ordinaria, respicit vniuersitatem causarum: sed hic respicit solum certum articulũ scilicet recusationis: ꝛ ideo nõ videtur proprie iurisdictio ordinaria ꝛ per hoc forte glo. dixit ꝙ est quasi ordinaria, ꝛ sic non vere ordinaria vnde Hostien. dixit ꝙ vere erat delegata, ꝛ quod censebantur isti arbitri esse delegati domini pape, qui causam delegauit, ꝛ quod finita causa recusationis poterũt cognoscere de causa principali, per l. penul. ꝛ fi. C. de iudi. sed certe quod dicantur delegati pape delegantis causam, cõmuniter non tenetur, quia tunc oporteret eos habere qualitates quas debent habere delegati apostolici, de quibus in c. statutũ. de rescriptis. lib. vj. quod non reperitur iure cautum, nec etiam de facto seruatur: potest tamen tolerari quod dicantur habere iurisdictionẽ delegatam a iure per tex. in c. ab arbitris. ſ. eo. in vj. quod est positum in materia delegatorum: ꝛ sic videtur innuere ꝙ potestas ipsorum arbitrorum sit delegata. facit quod not. per glos. in c. j. ſ. eo. lib. vj. ꝛ quod notatur etiam in c. tibi qui. de rescriptis. eo. li. ꝛ hoc etiã videtur hic sequi domi. Floren. licet domi. Anto. hic videatur velle quod habeant ordinariam, ut dixit Innoc. sed precedens dictum plus placet: quia non videtur posse dici ordinaria per id quod dixi. s. sed bene potest dici ꝙ habeãt delegatam a iure per id quod habetur in simili in c. ad abolendam. ad finẽ. de hereticis. Item aduerte, quia communiter nõ tenetur dictum Hostiẽ. inquantum vult quod finita causa recusationis, arbitri cognoscant de principali: quia illud videtur contra textum in c. secundo requiris. ſ. de appella. vbi etiam de hoc per Joan. and. ꝛ per hoc etiam bene facit iste tex. qui vult quod arbitri solum habeãt potestatem circa articulum recusationis † nec obstat dicta l. penulti. ꝛ fin. C. de iudi. quia loquitur ꝑm ius ciuile, ꝑm quod non est necesse causam recusationis allegari nec probari: ideo nimirum si tunc habent de causa cognoscere principali ipsi arbitri. sed secus de iure canonico, ꝑm quod causa recusationis debet allegari et probari: ut hic patet. Et ideo sufficit quod arbitri diffiniant causam recusationis. ꝛ ideo non possunt se de causa principali intromittere, nec de illa cognoscere. Itẽ aduerte inquantum dixi quod isti arbitri habent delegatam a iure: non potest dubitari an possent subdelegare sicut delegati pape. facit quod habetur in c. cum speciali. ſ. de appella. in principio. ꝛ videretur quod sic ex quo habent iurisdictionem delegatam a iure. Joã. tamen an. in Specu. de recusationi. §. fin. super ver. sed nunquid arbiter. ꝛ in Specu. de arbi. super ver. item ꝑm eum. dicit ꝙ non poterit subdelegare, sicut nec alij arbitri: quia hoc non reperitur iure cautum, ꝛ quia non sunt delegati pape, ut superius dixi. Unde non est necesse ꝙ habeant qualitates requisitas in delegatis pape, de quibus in c. statutum. s. allegato. ꝛ dicit hic do. Floren. † quod isti arbitri, de quibus hic, non sunt proprie ordinarii, nec delegati, nec etiã proprie arbitri, sed tunc quasi quoddam genus mistum. nam partim videtur esse arbitri. quatenus eliguntur a partibus: partim videntur quod sint delegati, quatenus habent iurisdictionem, quam non habent arbitri cõpromissarij, qui solum quãdam notionem habent. l. ait pretor. ff. de re iudic. dictam tamen iurisdictionem nõ dicuntur habere immediate a papa, ut sic dicantur delegati pape vel principis, propter id quod dixi. s. nec obstat predictis c. cum speciali. de appella. quia ibi non dicitur quod sint delegati pape, sed quod ex mãdato pape tenentur ad illa: de quibus ibi dicitur. ꝛ id mandatũ pape est ipsa lex canonica, de qua ibi: vnde videntur potius potestatem habere a iure, quam ab homine. nec obstat etiam l. apertissimi. C. de iudicijs. quia ibi solũ dicitur quod sunt quasi delegati a principe. Et sic innuitur ꝙ vere non sunt delegati, secundum domi. Floren. ¶ Adde quod ibi etiam loquitur de iure ciuili. ꝑm quod non est necesse allegari nec probari causam suspitionis. vnde tunc arbitri solum habent cognoscere de causa principali, quasi delegati a principe. sed ut dixi. s. de iure canonico causa debet allegari et probari corã arbitris, qui nõ habẽt se intromittere de causa principali, etiam finita causa recusationis. licet Hostien. aliter dixerit ut superius dixi. ¶ Item aduerte, quia dixit Joan. andr. in addi. Specu. in dicto §. fi. in Spec. de recusa. super ver. sed nunquid arbiter. quod isti sunt arbitri cõpromissarij. l. non distinguemus. §. nunc de officio. ꝛ §. quesitũ. ff. de arbi. ꝛ notatur in Specu. de arbi. §. differt. ver. item nõ potest. Et subdit Joan. and. in additione predicta, quod presupposito † quod isti arbitri possent delegare vices suas alteri, quod tamen non videtur verum, ut predixi, saltem vnus ipsorum nõ posset nec poterit committere vices suas alteri cõsocio electo ab altera parte, per id quod not. Spec. in tit. j. §. sequitur circa principium. ¶ In eadem glo. ibi: sed ante hanc decretalem. Supple per decre: cum speciali. cum ibi notatis. ſ. de appella. ¶ In eadem glo. in fine. dic melius quod licet glo. velit quod decre. ista corrigat decre. cum speciali. ꝛ quod hec decre. hodie sit correcta per c. legitima. ſ. de appella. in vj. tamẽ veritas est quod nõ fuit inducta correctio. c. cum speciali. per hoc capitulum: quia hic loquitur de termino statuendo partibus ad probandam causam recusationis, qui potest ꝛ debet statui per arbitros sed in c. cum speciali. ꝛ in c. legitima. loquitur de termino statuendo arbitris per iudicem recusatum ad causam recusationis finiendam ꝛ iste potest ꝛ debet statui per iudicem recusatum, ut patet in dicto c. cum speciali ꝛ in dicto c. legitima ꝛ est ratio diuersitatis, ut tangit hic domi. Anto. † quod vbi statuitur terminus ad probandam causam recusationis, statuitur partibus seu parti recusanti quod potest fieri per ipsos arbitros: sed terminus ad finiendam causam recusationis statuitur ipsis arbitris. quem ipsi arbitri sibi statuere non possunt: cum nemo possit sibi legem imponere, nec sibi precipere. l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. iij. ꝛ l. penul. ff. de arbi. Sed domi. Floren. hic dicebat quod ratio diuersitatis est, quia terminus, qui datur ad probandam causam recusationis, est pars ipsius cause recusationis, de qua non potest iudex recusatus se intromittere ideo nõ potest illũ assignare sed assignare terminũ ad finiẽdã cãm recusationis nõ videt̃ esse pars ipsius cause: ꝛ ideo potest delegatus ipsum assignare. ꝛ ex hoc habes, ꝑm eum, quod non est eadem ratio totius ꝛ partis seu partium: ꝛ ideo non est eadem dispositio. secus vbi esset eadẽ ratio. s. eo. ca. pastoralis. §. item cum totum. sed certe melior videtur ratio domi. Anto. quia domi. Floren. non declarat quare terminus ad finiendam causam recusationis nõ sit pars ipsius cause. ¶ In glo. fi. ibi: in veris arbitris. ¶ † Nam si duo fuerũt electi arbitri, si non concordent, possunt cogi per iudicem ut cõcordent, vel tertium eligant: ut patet in §. principaliter hic allegato. ¶ In eadem glo. ibi: sed hoc permittitur id est, hec compulsio, de qua in litera. sed contra hoc facit, quia sicut suspenditur iurisdictio iudicis per appellationem, sic ꝛ per recusationem. ij. q. vj. in c. quotiens. ſ. cum ibi notatis. ꝛ sic videtur quod sicut iudex a quo non se intromittit, licet iudex appellationis sit negligens in ministrãda iustitia: ita etiam non debeat se intromittere iudex recusationis, licet arbitri sint negligentes. sed responde quod licet quo ad suspensionem iurisdictionis, ꝛ quo ad quedam parificetur recusatio ꝛ appellatio, ut legitur et not. in dicto c. quotiens. non tamen equiparantur per omnia. nã ad iudicem a quo non reditur pendente appellatione, licet iudex appellationis sit negligens in ministranda iustitia: nec aliquo modo se possit intromittere pendente appellatione: † tamen secus est in causa recusationis, quando illa pendente arbitri sunt negligentes: quia tunc potest iudex recusatus se intromittere in compellendo arbitros. ut hic patet ꝛ est ratio diuersitatis, quia in appellatione aditur superior, ob cuius reuerentiam interim officium iudicis a quo silet: sed hic in recusatione non aditur superior, sed adeuntur arbitri. ¶ In eadem glos. ibi: circa principale. bene dicit circa principale, scilicet negotiũ delegatum: quia bene potest se intromittere in compellendo arbitros, ut hic dicitur. item in statuendo terminum ad finiendam causam recusationis, licet non possit statuere terminum parti ad probandum recusationem. ut superius est dictum. ꝛ dicit hic Innocẽ. quod si aliqua pars sit contumax in aliquo actu vel articulo corã arbitris, non per hoc reassumet iurisdictionẽ iudex delegatus, nisi labatur totus terminus assignatus arbitris ad causam finiendam. allegat c. cum speciali. ſ. de appella. ꝛ bene facit. ſ. de elec. c. commissa. lib. vj. ¶ In eadem glo. ibi: ut procedant. ꝛ hoc satis videtur probari etiam per c. legitima. ſ. de appella. † Sed quid si arbitri sint obstinati, nec volũt procedere, nec tertium eligere, et potius patiuntur se excommunicari: dic quod tunc potest iudex recusatus lapso termino statuto arbitris procedere in causa principali: ut est tex. in dicto c. legitima. ſ. de appella. lib. vj. Et adde qua ibi notatur in glo. fin. ꝛ ratio fuit, quia minus malum est, quod causa finiatur per iudicem etiam suspectũ, a cuius sententia poterit appellari, si male pronuntiet, quam quod causa remanet indecisa. facit quod habetur in l. quotiens. ff. de regulis iuris. ꝛ in c. nerui. xiij. distin. ¶ Aliũ tamen dicunt quod poterit appellari ab ipsis arbitris ratione retardati processus. facit qđ notat Joan. and. in c. dilecto. ſ. de appella. ꝛ quod not. gloss. fi. in dicto capitulo legitima. de appella. lib. vj. ¶ † An autem si arbitri eligant tertium poterit tertius procedere cum altero eorum alio absente Innocen. dicit quod sic per hunc textum

qui indistincte

qui indistincte loquitur & sic in assumptione tertij videtur ꝙ ex iuris dispositione subintelligitur clausula, quod si non omnes duo vestrum &c. argumẽ. huius text. quod est notandum. Sed contra hoc dictum facit quod habetur in. l. si in tres. ff. de arbi. vbi videtur ꝙ si tres sunt arbitri, non valet sententia duorum tertio absente. Sed dic ꝙ ibi loquitur in arbitris cõpromissarijs sponte electis: hic autem in arbitris assumptis ex necessitate ex iuris dispositione. ¶ Aduerte tamen: quia licet dictum Inno. possit sustineri, tamen videtur quod deberet requiri absens per alios duos, per id quod habetur in. c. ij. de arbitris. lib. vj. nam licet loquatur in arbitris compromissarijs, qui sponte eliguntur, in quibus iure canonico duo absente tertio, prius tamen requisito: possunt procedere, licet secus sit de iure ciuili, vt ibi patet: et in. l. item si vnus. §. fi. cum. l. sequenti. ff. de arbi. eadem tamen ratio quo ad vocandum tertium absentem videtur esse in casu isto que est in casu dicti. c. ij. & sic videtur quod eadem debeat esse dispositio quo ad istud. ¶ Item aduerte, quia licet aliqui dicant hunc textum procedere, quando arbitri discordant in sententia proferenda, secus tamẽ in iam lata tamen Inno. & etiam Guil. dicit idem vtrobiqꝫ per hũc textum, qui indistincte loquit᷑, et sic indistincte debet intelligi. argu. c. si romanorum. xix. distinc. de quo in Specu. in tit. de recusatio. §. fi. ver. quid si arbitri electi. & sequẽti. & ver. quid si arbiter diuersas. 21 † Nec obstat p̄dictis. c. fi. de re iudic. vbi quando arbitri discordãt in sententia a pari numero, neutra valet: quia illud habet locum in arbitris compromissarijs, qui sponte eliguntur: sed hic loquimur in ijs, qui eliguntur ex necessitate iuris. ¶ An autem isti arbitri debeant esse clerici cõmuniter tenetur ꝙ sic, vt not. glos. in dicto. c. legitima. preallegato & hoc ex eo, quia alias non possent compellere nisi testes laicos: & si partes etiam essent laici, quod tũc possunt etiam esse laici. argu. c. cum cessante. j. de appella. & dicit etiam glo. in dicto. c. legitima. quod debent esse de loco non multũ remoto, & etiam vbi sit copia peritorum. de quo dic vt ibi no. glo. ¶ Qualiter autẽ poterunt cogi arbitri, de quibus in litera. dic per censuram ecclesiasticam: vt in dicto. c. querenti. s̄. vel multa indicta. ff. de lega. i. vel captis pignoribus. insti. de satisda. ti. in 22 §. fi. ¶ † Ultimo querit hic domi. Floren. quid de arbitris inter agnatos iuxta formã statuti municipalis, si discordent in sententia, quid erit tunc dicendum: videretur ꝙ nõ valeat per dictã. l. si in tres. s̄. allegatam. sed contrarium tenent per superius dicta: quia illa lex habet locum: & similiter. c. fi. j. de re iudic. in arbitris sponte electis, non autem quando ex necessitate iuris cõmunis vel statuti municipalis eadem ratione. & pro hoc allegat quod notatur in. l. item si vnus. §. fi. ff. de arbitris. vbi glos. dicit quod si tertius discordat ab ambobus, statur eius sententie. qđ videtur probari ibi cum dicit, cuius autoritati pareatur & pro hoc etiam allegat quod notatur in Specu. de arbi. §. fin. ver. sed nunquid iste tertius & duobus sequentibus. vbi dicit Specu. ꝙ iste tertius non est arbiter, nec habet pronuntiare: imo potius censetur conciliarius quam arbiter: & debet reddere cõsilium in scriptis: & coguntur alij duo discordantes huic consilio adherere, & sic pronuntiare & sic dicit Specu. de facto fuisse obtentũ. quod procedit ƒm domi. Floren. quando discordant in sententia ferenda: sed quando in iam lata non habet tertius aliud facere, nisi approbare sententiam alterius vnde hoc casu ƒm eum, non procedit gl. preallega. in. l. itẽ si vnus. §. fi. vt illis tertij sententie stetur. nam sentẽtia per ipsum approbata, videtur in effectu per eum data quia omnia nostra facimus quibus autoritatem impertimur. at dicit text. in. l. j. §. omnia enim. C. de veteri iure enucle. dicit etiam do. Floren. quod poterit iste tertius approbare sententiam alterius etiam absentibus alijs duobus arbitris. nam cessat tunc dicta ratio dicte. l. si in tres. & dicta. l. si vnus. §. principaliter. que est vt alij sint presentes: quia potest alter alterũ trahere in suam sententiam. Quod cessat vbi iam sentẽtia est lata. & hoc dicit etiam vidisse se de facto, & esse diligenter notandũ pro quo etiam allegat notata per Barto. in. l. si dominiũ. ff. de furtis et procedit hoc, ƒm eũ in arbitris assumptis ex necessitate ex forma statuti. de quo. s̄. vel iuris cõmunis, vt hic ƒm eum. sed si ex voluntate essent electi, tunc neutra sententia valeret: vt in. c. fi. de re iudic. Sed aduerte inquantum equiparat electos ex forma statuti & electos ex forma iuris cõmunis: & videtur velle ꝙ vtrobiqꝫ habeat locum quod. s̄. dixi videtur male dicere nã videtur expresse dicere contra hunc textum, & contra textum in. c. cum speciali. de appella. & contra tex. in. c. legitima. eo. titu. in. vj. in quibus expresse patet quod in arbitris iuris non statur autoritati solius tertij: sed demum statur autoritati eius: quando saltem alter eorum concordat cum eo et videtur etiam probari ex dictis iuribus, & maxime ex. c. legitima ꝙ tertius non habeat simpliciter consulere, sed pronuntiare, sicut & alij ideo videtur ꝙ in electis ex forma statuti idem sit dicendum quod dicit quãdo sunt electi ex necessitate iuris communis & sic videtur quod etiã in dicto casu tertius habebit pronuntiare cum ambobus vel cũ altero eorũ: & sic nõ stabitur autoritati solius tertij. l. itẽ si vnus. §. fina. cum sequenti. nec dictum Specu. in dicto versic. sed nunquid iste tertius. cũ sequentibus. quia loquitur in arbitris cõpromissarijs ex voluntate electis non autẽ in electis ex necessitate iuris communis vel statuti, vel iuris municipalis imo plus videtur voluisse Ioan. andr. in addi. Specu. super dicto versicu. sed nunquid iste tertius quod idem esset dicendum in casu dicte. l. item si vnus. §. fi. quod hic dicitur: cum videatur eadem ratio. secundum eum. Sed certe hoc non procedit: quia ibi est expressum in dicto. §. fi. ꝙ autoritati solius tertij in casu illo statur quod nõ contingit in casu huius capituli & no. bene dictum Ioan. and. quia ibi expresse vult ꝙ hic non stetur autoritati tertij solius: et hoc etiam satis hic probatur: licet domi. Floren. aliter dixerit, & non bene: quia reuera dixit contra hunc textum. quod est mirãdum. et tene menti predicta, quia possunt quotidie in practica occurrere. Ioãnes de imola iuris vtriusqꝫ doctor famosissimus.

1 ☞ Concedendi verbum an adaptetur ad translationem dominij & quid proprie significet.
2 Soluens non in loco aut in non termino non censetur satisfacere contractui.
3 Prorogatio iurisdictionis per partes quibus verbis fiat.
4 Obligare se quis potest sub pena excommunicationis corã iudice competenti. & nu. 22.
5 Delegatus quando possit exequi conuentionem a partibus coram se factam.
6 Excommunicatio refertur ad personam, interdictum vero ad territorium.
7 Delegatum preesse iurisdictioni, tametsi non habeat eam in sua persona radicatam.
8 Iurisdictionem delegatam non posse prorogari de persona in personam ex prorogatione seu conuentione partium.
9 Iurisdictionem delegatam non effici maioris efficacie ex cõcursu iurisdictionis ordinarie.
10 Causam imprimis considerandam esse, que disponentem aut actum aliquem agentem mouet.
11 Promittens soluere certo loco & termino an si non soluat secundum formam conuentionis possit conueniri quocũqꝫ loco.
12 Solutionem a debitore simpliciter recipiens nõ potest amplius contra eum agere ad id, quod sua interest, alio loco vel alio die sibi solutum fuisse.
13 Creditor non potest ante moram debitoris petere debitum alio loco aut alio die ꝙ̄ quo conuentum est, atqꝫ inibi quod si petierit habenda sit ratio interesse ipsius debitoris.
14 Certi condictio quotuplex sit, quando queqꝫ locum habeat.
15 Actiones que dicantur bone fidei, & que stricti iuris: & qui differant inter se nu. sequen.
17 Interesse rationem haberi officio iudicis post moram in actionibus bone fidei. & an & quando in actionibus stricti iuris.
18 Actiones quasdam esse arbitrarias: & quare sic dicantur.
19 Interesse an veniat iure actionis an officio iudicis.
20 Renuntiari an possit beneficio. c. sacro. extra de senten. excommunica.
21 Excommunicatio vel interdictum aut suspensio possit ne venire in pactum aut conditionem & nu. 25.
23 Sententia excommunicationis an possit ferri in aliquem ob id solum quo non soluerit in termino, in quo se soluturum promiserat, sub pena excommunicationis & nu. 26. & 30.
24 Interdictum vel suspensio an possit ferri ob solam culpam sine contumacia & sine monitione.
27 Sententia excommunicationis lata aduersus aliquem sub conditione, si nõ soluerit in termino, an liget eum, si adueniente termino non possit soluere. & nu. 33. & 36.
28 Sententia vt dicatur ipso iure nulla, non satis est errorem illius intellectu posse percipi, sed oportet ipsum aperte exprimi in sententia.
29 Excommunicari an possit quis ex pacto citra illam solennitatẽ admonitionis. & nu. 31. & 36.
32 Sententiam excommunicationis latam nulla precedente monitione contra aliquem ob id quod in termino non soluerit tenere: sed excommunicatum absoluendum esse sine difficultate.
34 Sententia excommunicationis lata aduersus aliquem sub conditione, si non venerit intra certum diem, an liget eum, si intra eum diem non venerit. & nu. sequen.
37 Potestatibus duabus in vnius & eiusdem persona concurrentibus, attendenda est ea potestas que fuit electa in actu qui fit coram eo.

De per literas. Delegata iurisdictio ad personas in rescripto non expressas etiam de consensu partium prorogari non potest hoc dicit. Et est communis diuisio nam in prima ponitur consultatio vel partis cōquestio. in secunda responsio seu prouisio secunda ibi quas huius occasione. ¶ Uel potes diuidere fm domi. Floren. in quatuor partes. quia primo ponitur iurisdictionis prorogatio secundo cassatio sententiarum prolatarum virtute iurisdictionis prorogate tertio respondet tacite obiectioni. quarto rationē assignat. secunda ibi, quas huius occasione tertia ibi, cum ⁊ si quarta ibi, cum huiusmodi † not. primo quod verbum concedere adaptatur etiā ad translationem dominij. ⁊ sic iuris nam mutuum dicitur quasi de meo factum sit tuum. l. ij. ff. si certum petatur proprie tamen videtur importare solam concessionem sentētie trāslatione dominij vel iuris vt quādo conceditur alicui res aliqua, cōmodando eam sibi: de quo per gl. in. l. fi. ff. de dona. ¶ † Not. quod non dicit implere contractū ille, qui soluit id quod est mutuatum, nisi soluat in loco ⁊ in termino in contractu mutui expressatis facit quod notatur hic in glo. prima ⁊ ex hoc etiā not. quod non dicitur factum esse impletum, nec suff. cit illud simpliciter impleri nisi impleatur etiam cum circumstantijs per partes adhibitis circa ipsum factum † no. quod perfici videtur prorogatio eo casu quo fieri potest, si partes dicunt, volumus prorogare iurisdictionem in talē iudicem. ⁊ sic videtur esse perinde. ac si dicant, prorogamus. facit quod notatur in simili in. c. ex literis. de sponsa. ⁊ hoc sequitur hic domi. Florē. quod an indistincte procedat pendet ex notatis in dicto. c. ex literis. ⁊ ex ijs que habentur per legistas in. l. serui electione. ff. de leg. j. maxime per Bart. ⁊ glo. et etiam legistas in. l. in ementis. C. de contrahen. emp. no. argumentum quod per solam subiectionem quam faciunt partes presente iudice subijciendo se illius iurisdictioni vbi alia iurisdictio sit prorogabilis, prorogatur iurisdictio. facit quod habetur in. c. j. de iudi. ⁊ de foro competen. in. c. significasti. ⁊. ij. q. vij. c. nos incompetenter ⁊ quod habetur in. l. j. ff. de iudi. ⁊ in. l. est receptum. ff. de iurisdi. om. iudi. † not. argumentum ꝙ coram iudice competenti potest quis se obligare sub pena excommunicationis ⁊ eadem ratione sub pena amissionis beneficij de quo tangetur cum glo. iiij. que de hoc tangit ⁊ not. ꝙ potest quis se obligare

obligare ad penā excōicationis ex cōuentione iudicial'r facta in contumacie casum, ꝛ sic videtur ꝙ nuda conuentio non sit sufficiens ad iustitiam excommunicationis: sed oportet quod concurrat vestimentum cause aptum ad inducendum dictam sententiam, ꝛ sic ad partum ipsius sententie. ¶ Et nota etiā quod talis obligatio videtur mereri executionem sicut sententia, ꝛ sicut preceptum iudicialiter factum. facit quod habetur. ĵ. de offic. ordi. ad reprimendam. ꝛ supra. c. prudentiā. §. sexta. ꝛ de senten. excommunica. c. per tuas. ꝛ de verborum signific. c. ex parte.

5 ¶ Et nota etiam argumentum † quod iudex delegatus possit exequi conuentionem factam coram se, quando illa conuentio consonat illis, que habet ex officio expedire: vel quando ordinatur in finem executionis eius, quod principaliter est commissum facit quod habetur. ĵ. de accusatio. in. c. veniens. ꝛ. s. c. prudentiam. §. sexta. secus quando non consonaret nec venderet ad illius executionem. per id quod dictum fuit in. c. si quando. s. eo.

6 ¶ † No. quod excommunicatio proprie refertur ad personam, interdictum vero ad terram seu locum. facit infra titu. j. in. c. nouit. quandoqꝫ tamē singularis persona interdicitur. s. eo. ex literis. de quo per Joan. Calde. in suo tractatu de ecclesiastico interdicto in primo membro principali. versic. differunt autem. et in secundo membro. ver. quandoqꝫ profertur.

7 ¶ † Nota secundum do. Anto. delegatum preesse iurisdictioni licet ipsam non habeat in propria persona radicatam. l. j. §. qui mandatum. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdictio. ꝛ infra eo. titu. c. quamuis. lib. vj. Et sic videtur intelligere text. dum dicit, ꝛ si alias iurisdictioni preesse dicaris, quod loquatur de delegata iurisdictione. sed certe videtur, quod loquatur de ordinaria: vt tanget glos. ꝛ sic notabile suum hic non colligeretur.

8 ¶ † Nota quod delegata iurisdictio non potest prorogari de persona ad personam per prorogationem hominis, ꝛ sic ex prorogatione seu conuentione partium. ꝛ ad hoc sepe allegatur. Et ex hoc etiam not. quod iurisdictio delegata est stricti iuris ad idem facit c. cum olim ab bas. supra eo. ꝛ ibi etiam dictum fuit. facit etiam supra de rescriptis in. c. Rodulfus. ꝛ. c. significantis. ꝛ. c. si. ¶ Nota quod defectus potestatis in agentem actum reddit funditus nullum id quod agitur. facit quod habetur in. c. at si. de iudicijs.

9 ¶ † Nota quod iurisdictio delegata ex concursu ordinario non videtur iuuari ex ordinaria, nec effici melioris virtutis vel efficacie. de quo aliquid tangetur cum glo. penul. ꝛ tangitur per Innocen. ꝛ Joan. And. in. c. cum ex officij. infra de prescriptio. ¶ Unde

10 potes etiam notare ex litera ibi, huiusmodi occasione. † quod considerari debet causa, que mouet disponentē seu actum agentem. nam vt hic patet, licet abbas haberet ordinariam iurisdictionem, cuius rōne valuisset prorogatio. tamen quia non fuit prorogata ordinaria sed delegata, non valuit prorogatio, per hoc quod habetur de conces. preben. in. c. ex parte. cum ibi notatis. ꝛ sic hoc casu habet locum illud vulgatum, quod potui noluí, quod volui, adimplere nequiui. supra eodem. in. c. cum super. ¶ In glo. prima ibi: abstulisti mihi vtilitatem loci. Supple, nō

11 soluendo in loco conuento. ¶ † Et nota quod pro declaratione glos. ꝛ materie quod si tu promittis soluere pecuniam mutuatam, in certo loco ꝛ termino si non soluis iuxta formam conuentionis, possum te conuenire in quocunqꝫ alio loco secundum aliquos vel secundum communem opinionem potero te conuenire in quocunqꝫ alio loco, scilicet idoneo, hoc est, in quo sortiaris forum. de quo notatur in. l. j. ff. de eo quod certo loco per glos. ꝛ doct. vnde si promisisses Bononie soluere, ꝛ haberes domiciliū hic Padue, potero te hic Padue conuenire, licet te possem conuenire Bononie: cum censearis ibi contraxisse ratione destinate solutionis. l. contraxisse. ff. de actio. ꝛ obliga. Si ergo non soluisti Bononie in termino potero te conuenire hic, vt saluas mihi pecuniam mutuatam ꝛ etiam implorare officium iudicis, vt cōdemneris mihi ad meum interesse, quatenus interest mea pecuniam fuisse solutā in termino Bononie. ꝛ hoc est quod voluit

12 dicere glo. † si autem solueres mihi hic, ꝛ ego reciperem pecuniā mutuatam simpliciter, non possem postea petere interesse. quia per solutionem pecunie mutuate extincta esset obligatio principalis, ꝛ consequenter accessoria ad interesse, que solum iudicis officio veniebat, ꝛ sic non potest durare extincto principali. l. iiij. C. deposi. ꝛ in. l. ij. alias. iij. §. idem Julianus. ff. de eo quod certo loco. ꝛ ideo cautela est, quod ille cui debet solui mutuum vel alia res in loco ꝛ termino si non est facta solutio secundum formam conuentionis, non recipiat pecuniam mutuatam, nisi etiam sol uatur sibi interesse suum. quia si vt dixi reciperet simpliciter, non posset postea petere interesse. sed si non recipit, poterit petere in-

13 teresse. † Et not. etiam, quod actor non potest petere in alio loco nisi post moram ipsius rei. nam ante obstaret exceptio. infra de plus peti. c. vno. sed post moram bene potest petere actor in alio loco, in quo reus sortiatur forum. ꝛ tūc ex quo actor petit in alio loco quam conuento, quia aufert reo vtilitatem loci, vt sequitur in gloss. habebitur ratio interesse ipsius rei, vt sic tanto minus soluat, inquantum interest sua potius soluisse in loco destinato. ꝛ secundum hoc videtur quod etiam quando reus fuerit in mora soluendi in loco destinato, nihilominus si postea cōueniatur in alio loco, ꝛ habeatur ratio sui interesse haberi etiam debebit ratio interesse actoris. ꝛ sic habebitur ratio interesse vtriusqꝫ. nā vt infra dicit glo. ista actio continet vtilitatem vtriusqꝫ, scilicet actoris ꝛ rei. vnde poterit fieri compensatio vsqꝫ ad concurrentem quantitatem interesse: ꝛ in residuo habebitur ratio. Facit quod habetur in. l. ij. alias. iij. §. nunc de officio. ff. de eo quod certo loco. ¶ Quomodo autē habeatur ratio in hoc interesse non solum damni, sed etiam lucri officio iudicis, ꝛ quare hoc remedium fuerit inuentum, colligitur ex ijs que leguntur ꝛ notātur in dicta. l. ij. alias. iij. §. nunc de officio. ꝛ §. penul. ꝛ fin. ꝛ l. sequen. de eo quod certo loco. Et quomodo debeat haberi ratio interesse rei, etiam si fuerit in mora, nedum actoris, notatur per glos. ꝛ Barto. in dicto. §. nunc de officio. ¶ In eadem glo. ibi. C. eodem titu. vult allegare secundum Joan. And. l. vnam. C. de senten. que pro eo. sed dic melius secundum do. Anto. quod vult allegare. l. vnam. C. vbi conuenia. qui certo loco dare promi. que rubrica est in tertio libro Codicis: ꝛ hoc sequitur etiam hic domi. Floren. qui dicebat post dictum Joan. Andr. alij dicunt ꝛ melius, quod voluit allegare. C. vbi conuenia. qui certo loc. da. promi. l. vna. vbi dicitur id, quod dicit glos. ꝛ ex hoc suspicor qđ forte viderat aliquas recollectas do. Anto. in hac materia seu super hoc capitulo. ¶ In eadem glo. ibi, ꝛ dicitur hec actio cer-

14 ti condictio. † ¶ Aduerte pro declaratione huius, quod est dare certi condictionem generalem: ꝛ hoc habet locum, quandocunqꝫ aliquid certum petitur, ꝛ potest concurrere cum quacūqꝫ alia actione per quam certum petatur. ¶ Item est reperire certi condictionem specialem: ꝛ ista est duplex: nam reperitur certi condictio ex mutuo, ꝛ sic que specialiter competit pro mutuo. ¶ Item reperitur certi condictio ex stipulatione, quando certū petitur ex stipulatione. l. si quis certum. si certum petatur. ꝛ legitur ꝛ notatur in. l. certi condictio. in princip. ff. si certum petatur. ꝛ etiam super rubrica. ¶ In ead. glos. ibi, appellatur arbitraria

15 propter locum. pro declaratione glo. scias † quod quedam sunt actiones bone fidei, quedam stricti iuris bone fidei actiones appellantur que enumerantur in. §. actionum. instit. de actio. ꝛ per glos. in. c. cum venerabilis. de excep. Alie autem que non enumerantur in dictis locis, sunt stricti iuris: vt est certi condictio ex stipulatione, ꝛ certi condictio ex mutuo ꝛ actio ex testamento, ꝛ actio que competit ex cōtractu emphyteutico ꝛ condictio ex lege: ꝛ generaliter omnes condictiones sunt stricti iuris. Alie autem actiones vt ex vendito, ex empto, vel locato, aut conducto, ꝛ similes de quibus in dicto. §. actionum. ꝛ in dicto. c. cum venerabilis, sunt bone fidei.

16 ¶ † Et nota quod differentia est inter actionem bone fidei ꝛ actionem stricti iuris. quia in actionibus ꝛ sic in iudicijs bone fidei venit illud, quod est equum venire, licet non fuerit expressum. secus in stricti iuris. quia non venit nisi illud, quod est expressum. ꝛ omissum habetur pro omisso. sicut dicitur in simili in contractu compromissi. ĵ. de arbit. in. c. cum dilectus. ꝛ facit quod legitur ꝛ notatur in. l. quicquid astringende. de verbo. obliga. ꝛ in dicto. §. actionum. ꝛ ideo in actione bone fidei iudex habet latiores habenas ꝛ sic iudicis officium ma-

17 gis exuberat quam in stricti iuris: † vnde in bone fidei actionibus post moram habetur ratio interesse officio iudicis, etiam si quantitas vel species sit in obligatione. l. mora. §. in bone fidei. ff. de vsuris. ꝛ bene dixi, si quantitas vel species sit in obligatione: quia si factum esset in obligatione, etiam in actionibus stricti iuris post moram succedit obligatio ad interesse. l. stipulationes non diuiduntur. versicu. celsus. ff. de verborum obligatio. ¶ Sed in actionibus stricti iuris si debetur species vel quantitas, quia natura actionis est stricta, non venit interesse post moram. facit. l. cum fundus. ff. si certum petatur. Item dolus dans causam contractui bone fidei reddit contractum illum nullum propter bonam fidem, que debet exuberare in ipso contractu. sed secus in contractu stricti iuris: quia non reddit contractum stricti iuris ipso iure nullum: vt notatur in capitu. cum dilecti. infra de emptio. ꝛ venditio. ꝛ in. l. eleganter. ff. de dolo. ¶ Item

18 aduerte † quia actionum stricti iuris quedam sunt simpliciter stricti iuris quedam appellantur stricti iuris arbitrarie ex eo, quia ex accidenti propter locum adiectum iudex habet arbitrium circa interesse, vbi alias non habebat. facit quod habetur in. §. preterea quasdam. institu. de actionibus. ꝛ hoc contingit, quando in contractu mutui vel stipulationis adijcitur locus, vbi debet fieri solutio: vel in legato facto vt soluatur in certo loco, pro quo competit actio ex testamento. nam in dictis casibus si non fit solutio in loco destinato, ex accidenti iudex ha-

bet arbitrium, vt possit habere rationem interesse licet ex natura actionis simpliciter superscripte non haberet ratione interesse: sicut patet, quando locus non esset adiectus, vt hec probant in. l. ij. ꝛ. iij. ff. de eo quod certo loco. ꝛ per hoc habes intellectum gl. nam in actionibus bonefidei etiam si non adijciatur locus, ex natura ipsius actionis iudex habet latiores habenas, quam in actionibus stricti iuris: quia in eis venit id quod equum est venire: vt superius dixi. ꝛ ideo si adijciatur locus in actione bonefidei, vt si emptor promisit soluere pretium in certo loco, non dicetur iudex habere arbitrium propter adiectionem loci, sed propter naturam actiōis. l. in bone. ff. de eo ꝙ certo loco. ¶ In ea. glo. ibi, tunc iure actionis. melius dixisset ex natura actionis 19 †quia reuera interesse non venit iure actionis, nec est in obligatione, quando petitur species vel quantitas ex contractu bone fidei: sed venit ex officio iudicis: vt patet in. l. in bone fidei. allegata in glo. secus si factum esset in obligatione ex contractu bonefidei puta rem tradi ex contractu emptionis: quia tunc bene succedit post moram obligatio ad interesse. l. j. in princ. ꝛ ibi plene notaẜ. ff. de. ac. empt. ꝛ hoc casu saluari posset gl. ꝛ per hoc habes declaratam glo. latius ꝛ melius ꝙ communiter declarent doctores. ¶ In gl. promulgari. ibi, quod quidem potest. Supple coram iudice competēti, vel coram iudice, cuius iurisdictio potest prorogari alias secus, vt hic patet. ꝛ tangit glo. ista in fine et sic vult glo. ꝙ potest quis se obligare sub pena excommuni 20 cationis corā iudice competenti. Sed circa† hoc queri potest, an possit renūtiari beneficio. c. sacro. j. de sen. excom. ꝛ sic per pactum conuenire ꝛ se obligare ꝙ nulla admonitione premissa ad instantiam aduersarij ꝛ requisitionem eius excommunicetur. Hosti. hic tenuit ꝙ non per. c. si diligenti. cum ibi notatis. de foro compe. nec ob. hec gl. secundum. d. Floren. quia non loquitur, quando quis simpliciter se obligauit, sed ita demum si non solueret in termino, ꝛ sic in casu contumacie: vt colligi potest ex gl. 21 relata ad textum. ¶ Iuxta predicta† potest queri, an excommunicatio vel interdictum aut suspensio possit venire in pactū vel conuentionē, aut ꝯditionē de excōicatione videẜ hic esse glo. q̄s sic. Inn. autem, vt hic tangit do. Flor. circa hoc intricate loquitur: ꝛ secundum eum non bene declarāt scribentes. vnde cōcludit, ꝙ non potest quis se obligare per pactum, vt feratur in euз excommunicatio alio non interueniente. nam hoc est contra canones, qui nolunt ferri excommunicationē sine causa ꝛ moni 22 tione non premissa. d. c. sacro. cum similibus. †sed bene pōt quis se obligare, vt feratur in euз excommunicatio si non soluerit infra terminum: vt hic videtur probari vel si aliud simile non fecerit ꝛ tunc secundum eum non feretur sententia ex vi pacti, sed ex eo quia pactum inducit prorogationeз, si iurisdictio est alias prorogabilis. ꝛ excōmunicatio feretur ex causa: vt quia nō paretur precepto vel cōuentioni de soluendo infra terminum, vel de faciendo aliud simile, ꝛ sic videtur velle, ꝙ sit iusta causa excommunicandi sine alia monitione, si non sit facta solutio vel aliud simile in termino ꝛ idem videtur voluisse. §. dum dixit hāc glossam non obstare dicto Hostiē. quia loquitur, quando quis se obligat, vt possit excommunicari, si non soluat in termino, et sic in casu contumacie. quod an procedat videlicet ꝙ sine monitione in dicto casu possit excommunicari, patebit ex. j. dicen 23 dis†fatetur tamen. d. Flor. ꝙ si contingat, ꝙ quis non soluerit in termino ex eo, quia non potuit, non debuit in eum ferri sententia excommunicationis, etiam si medio tempore potuisset soluere, ꝛ non soluerit. nam cuз non soleat ferri sententia excommunicationis immediate ex culpa, sed ex contumacia dicto. c. sacro. ꝛ. xj. q. iij. in. c. nemo. ꝛ. xxiij. q. iij. in. c. tam sacerdotes et dicta causa. et. q. c. ecce autem nō debet in istum ferri, qui licet fuerit in culpa non tamen est in contumacia dicit tamen ꝙ si lata fuerit tenebit, sed erit iniusta: ꝛ ille absoluetur sine difficultate ar. c. odoardus. de solutio. si autem excommunicatio fuisset lata sub conditione si non solueret infra terminum tunc lapso termino si non fuerit facta solutio, erit excommunicatus. nec potest dici excommunicationem non tenere, etiam si toto tempore durantis termini fuit non soluēdo: quia per hoc non infertur, ꝙ sit expressus error in excommunicatione. ꝛ ideo non erit nulla. nec poterit redargui iudex, qui intelligitur se retulisse ad contumaciam: non parendi: intellige veram vel presumptiuam: que videtur esse eo ipso, q̄ non soluitur in termino. ꝛ hoc videtur sufficere vt valeat sententia: vt videtur tex. licet non alleget, in. c. venerabilibus. §. idem est. de sen. excom. lib. vj. ꝛ ideo erit excommunicatus, ex quo in sententia non est error expressus. Fatetur tamen, quod censetur iniusta, si tempore termini est non soluendo, etiam si prius fuerit in culpa. et absoluetur sine difficultate. arg. dicti. c. cum bertoldus. j. de re iudi. dicit etiam Inno. hic dicere: quod dato ꝙ quis se obliget ad excommunicationem, si nō soluerit in termino etiam si contingat, ꝙ instante termino erat factus non soluendo, non per hoc potest dici, ꝙ si excommunicatio feratur contra non soluentem, contineat errorem: licet videatur quodammodo cadere in errorem, vel ex illa sequi error nam ex quo in sententia non exprimitur, tenet sententia. ij. q. vj. si sententia facit quod notatur in. c. j. de re iudi. quod dicit esse valde notandum. ¶ Et quod dixi. §. de excommunicatione videtur etiam dicendum in interdicto et suspensione. ar. c. ad hec 24 quoniam. de appella. ꝛ de ver. sign. in. c. querenti† dicit tamen. d. Floren. ꝙ Inn. in. c. j. de exces. prela. dicit ꝙ suspensio potest ferri pro culpa etiam sine contumacia, ꝛ etiam sine monitione. ꝛ idē etiam videtur ibi sentire in interdicto. ꝛ in istis secundum eum non fiet absolutio sine difficultate, sicut fit in excommunicatione vt superius dixi. equiparantur tamen hec tria secundū eum. §. excommunicatio, suspensio ꝛ interdictum: quia non possunt venire in pactum. ar. c. contingit de sen. excom. sed hoc vltimum intellige secundum ea que supra dixi. ¶ Item inquantum dixi, Inno. tenere, ꝙ suspensio potest fieri pro culpa etiam sine contumacia, adde ꝙ Inno. in. d. c. j. vt ibi refert Io. an. super glos. vult in effectu, ꝙ suspensio potest fieri pro contumacia: et tunc idem in illa est dicendum quod in excommunicatione. potest etiam fieri pro culpa seu pro crimine. ꝛ sic pro pena culpe seu criminis: ꝛ tunc bene potest fieri sine cōtumacia pro ipsa culpa vel crimine sed excommunicatio nunquam fieri debet ab homine sine contumacia: per ea que habentur in. c. sacro. ꝛ in alijs iuribus superius allegatis ꝛ per hoc habes dicta. d. Floren. circa in 25 tellectum glo. ꝛ materie tacte per glo. †do. vero Anto. in hac materia si queritur an quis possit se obligare ad penam excommunicationis, distinxit duos casus principales. nam aut hec obligatio fit coram iudice, cuius iurisdictio non est prorogabilis: ꝛ iste casus non habet dubium, quia talis obligatio non valet: vt hic patet. Aut fit coram iudice, cuius iurisdictio est prorogabilis, ꝛ tunc considerat duos casus principales, primus est, quādo quis se obligat vt sententia excommunicationis feraẜ in eū, si non soluerit infra certum terminum, puta infra mensem. secūdus est, quando a principio prorogat iurisdictionem, et consentit, ꝙ ex tunc iudex excommunicet eum, ꝛ sic ferat sententiam excommunicationis, si non soluerit infra annum. ¶ Circa primum considerat tres casus nam quandoqз quis vult se obligare, ꝙ possit excommunicari, si non soluit infra terminum ꝛ in statuto termino, vel saltem instante termino. quandoqз vero cōsentit, vt excommunicetur, si non soluat infra terminum etiam si non possit soluere infra terminum nec termino instante. Quādoqз ꝛ tertio consentit, ꝙ excommunicetur, si non soluerit infra terminum, si potuit infra terminum soluere, licet non possit instante termino. primo casu dicit, ꝙ videtur valere conuentio ex quo adest iusta causa excommunicatiōis. facit. xj. q. iij. nemo. ꝛ. ff. de iudi. l. j. ꝛ sic videtur innuere ꝙ etiam sine citatiōe seu monitione poterit excommunicari: prout etiam videtur voluisse do. Flo. vt supra dixi. quod an procedat, patebit ex. j. dicēdis. Se 26 cundo casu dicit† ꝙ non valet conuentio: quia videtur se velle astringere, vt sine culpa ꝛ sine causa excommunicetur. quod esse non debet. cum solum contra cōtumaces sentētia excōicationis sit ferenda. d. c. sacro. ꝛ. d. c. nemo. ꝛ. d. c. tam sacerdotes ꝛ videtur esse tale pactum etiam turpe ꝛ sic non seruandum. l. si vnus. §. pacta. ff. de pactis. Nam ꝛ poterit contingere eum non esse soluendo sine sua culpa propter paupertatem casualiter contingētem. de solut. in. c. odoardus. vel propter nuncium missum cum pecunia, qui egit infideliter retinēdo illam sibi. j. de pigno. in. c. significauit ꝛ quia hoc casu monitio frustra fieret, ex quo soluere non posset: que tamen regulariter requiritur: vt patet in. d. c. sacro, ꝛ forte voluit hic sentire. d. Anto. ꝙ licet sit facta cōuentio, vt quis possit excommunicari, si non soluerit infra terminum, ꝙ nihilominus si non soluerit in termino, non debeat excommunicari, nisi precedente monitione. contrarium tamen videtur sensisse in precedenti casu. ꝛ quod sit verius. j. dicam. Tertio casu dicit idem quod in precedenti, si non potest soluere instante termino, licet ante potuerit ꝛ fuerit in culpa. quia licet precedens culpa faciat eum teneri de casu. l. si vt certo. §. sed interdum. ff. commodati tamen quia sententia excommunicationis debet considerari secundum tempus sententie ferende: licet retro fuerit culpabilis sufficit ꝙ tempore sententie non s. t. nam possibile est, ꝙ instante termino libenter solueret, sed non potest. ideo sufficit, q̄ tempore sententie non adest culpa. nec obstat, ꝙ dicitur de actione commodati in dicta. l. si vt certo. §. sed interdum. q2 ibi ius agendi illa actione impletur ex culpa quandocunqз commissa. sed excommunicatio iustificatur demum ex contumacia assistente secundum tempus sententie dicto. c. sacro. Nec ob. predictis si dicatur, quod secundum hoc sequeretur, quod si promulgaretur excommunicatio contra Titiuз si non soluerit Seio. x. j. mēseз, quod dato ꝙ potuerit soluere ante mensem

mensem,si instante mense nō possit non erit excommunicatus:
quod videtur falsum per id quod habetur in.c.preterea.de ap-
pella.⁊ de re iudi.in.c.quod ad consultationem.quia respondet
Innoc.vt dicit do.Anto.ꝙ predicta procedunt in sententia fe
27 renda si non soluerit infra mensem†sed in sententia iam lata si
non soluerit infra mensem,est aduertendum.nam hic est secun-
dus casus principalis,de quo predixi.⁊ in ipso concludere vide
tur Inno.quod si potuit soluere infra mensem,⁊ instante men-
se,vel saltem instante mense,quod ligabit sententia.si autem nō
potuit soluere instante mense sed potuit ante, tunc videtur ꝙ
propter culpam interim commissam ligetur si culpa sua sit fa-
ctus non soluendo ꝙ si sine culpa sua effectus esset non soluēdo,
nec posset soluere instante mense tunc refert Innocē.duas opi.
vna est,ꝙ hoc casu sententia non ligabit: quia alias videretur
continere manifestam iniquitatem,si haberet ligare illum, qui
sine culpa factus est non soluendo:⁊ non potest soluere instante
termino facit quod habetur.s.eod.cum contingat.⁊ de sen.ex-
cō.per tuas.Alia est opi.in qua residet ⁊ illam sequitur Hostiē.
ꝙ tunc liget ⁊ valeat.nec obstat,si dicatur,quod sic intellecta vi
28 detur cadere in sensum erroneum,⁊ sic esset nulla†quia talis er-
ror intellectualis,⁊ qui quodammodo sequitur ex sententia,
non reddit sententiam nullam.quia vt reddatur sententia nul-
la,oportet quod error sit patēter expressus,ita quod videri pos
sit oculo corporali,non intellectuali tantum.per id quod habe-
tur.ij.q.vj.sētētia ⁊ de re iudi.in.c.j.⁊.l.j.§.sꝫ ⁊ si legi.ff.de iis que
in testa.delen.⁊ facit quod habetur in clemen.eos qui.de regula.
fatetur tamen quod constito ꝙ soluere non potuerit de facili di
cta sententia erit reuocanda.argu.c.cum bertoldus.j.de re iudi.
⁊ sic sine difficultate debebit absolui secundum domi.Ant.Et
ex predictis patet,quod domi.Anto.hic declarat quid iuris,
quando se obligat simpliciter vt possit excommunicari, si non
soluerit infra certum terminum nec etiam bene declarat,an da
to quod possit sic se obligare requiratur quod precedat moni-
29 tio antequam excommunicetur vnde aduerte,†quia vt dixi.s.
Hostien.voluit,quod non possit quis se obligare vt possit ex-
communicari sine solennitate admonitionis de qua in.c.sacro.
j.de sen.excom.⁊ ratio est,quia sententia censure debet ferri con
tra cōtumacem.vt.d.c.nemo.⁊ aliis.s.allegatis ⁊ plus dixit In-
no.excommunicationem vel interdictum nunquam posse veni
re in pactum vel conuentionem vt sine cause cognitione ⁊ con-
tumacia sententia excommunicationis vel interdicti feratur ⁊
sic quantuncunqꝫ pars per pactum se obliget ad censuram seu
ad penam censure,non debebit ea ligari,si non erit contumax.
⁊ sic videtur ꝙ actus citationis nō possit a parte remitti,vt ea
30 non facta possit quis excommunicari vnde dixit†hic Inno.ꝙ
si aliquis promittit soluere aliquid.j.certum terminum ⁊ si non
soluerit consentit,ꝙ iudex excommunicet eum,ꝙ non propter
hoc lapso termino licet solutio non sit facta debebit statim ex-
communicari ad requisitionem aduersarii:quia possibile est,ꝙ
non fuit potens ad soluendum:ideo non debuit excommunica
ri:per id quod habetur.j.de solutio.in.c.odoardus.quod dicit
procedere etiā si ante terminū fuisset potens,sed ex culpa sua
desiisset esse per dictum.c.odoardus.quia licet propter culpam
teneatur actione ex contractu.ff.commodati.l.si vt certo.§.sed
interdum.non tamen debet propter hoc excommunicari:cum
excommunicatio non debeat ferri propter culpam,sed propter
contumaciam subsistentem secundum tempus excommunica-
tionis ferende.facit.j.de sent.excom.in.c.sacro.⁊ sic intelligitur
dicta promissio seu conuentio ꝙ possit excommunicari.s.serua
ta forma canonica.nō ex hoc solo ꝙ lapsus sit terminus solutio
ne non facta.⁊ hoc etiam voluit hic Ioan.an.super litera in ver
bo,excommunicationis.in ver.⁊ per hoc etiam patet qd aliud.
Necob.si dicatur,quod si sententia excommunicationis fera-
tur per iudicem contra aliquem,si non soluerit infra terminū,
ꝙ tunc tenet excommunicatio:⁊ tamen possibile erit quod nō
erit soluendo adueniente termino quia respondet Inno.vt.s.
tetigi post do.Anto.ꝙ cum sententia non contineat in se errorē
expressum,valebit:per id quod habetur in.c.j.de re iudi.⁊.ij.q.
vj.si sententia tamen sine difficultate debebit absolui,si appare-
bit eum non potuisse in termino soluere.per id quod habetur
in.d.c.odoardus.⁊ per id quod no.gl.in.c.ij.j.de test.cogēd.vbi
in simili est bona glo.⁊ in.q.v.c.vno.in glo.que incipit sed pone
⁊ sic aliud est in sententia que bene astringit partem:tum quia
est medicinalis.j.de sent.excom.in.c.cum medicinalis lib.vj.tū
ob reuerentiam censure ecclesiastice vt sic in maiori reueren-
tia claues ecclesie habeantur facit quod habetur in.c.j.xj.q.iij.
⁊ quod no.per Ioā.an.s.eo.cum contingat circa finem.Aliud
31 autem est in†conuentione partium que volunt constringere iu-
dicem vt pretermissa solennitate canonica procedat: quia non
possunt.⁊ ideo non debebit tunc virtute cōuentionis lapso ter
mino statim excommunicare:sed debebit inuestigare,an excom
municandus sit potens ad soluendum vel non.⁊ sic si sit potēs,
debet eum monere vt soluat secundum formam.c.sacro.de sent.
excom.⁊ si non soluat,procedat ad excommunicationem do.ta-
men Anto.⁊ do.Floren.videtur velle,quod possit excommuni-
cari sine monitione,si reperiatur ipsum potuisse soluere in ter-
mino,⁊ sic fuisse contumacem.sed licet hoc videantur predicti
voluisse,vt.s.tetigi in recitatione suorum dictorum,tamen tu-
tius est tenere,quod iudex non debeat procedere ad excommu-
nicationem vigore obligationis vel pacti non precedente mo-
nitione.quia vt dictum est.s.non potuerunt partes renuntiare
solennitati.c.sacro.nec astringere iudicem ad excommunican-
32 dum pretermissa solennitate canonica.†fateor tamen, qd si ex-
communicaret non precedēte monitione,ꝙ teneret excommu-
nicatio.sed videtur ꝙ tunc sine difficultate deberet absolui,ex
quo esset excommunicatus non seruata forma.c.sacro.j.de sent.
excom.per ea que habentur.s.de rescriptis.ab excommunicato
videtur etiam,quod si monitione premissa excommunicauit
eum,qui nō soluit in termino quamuis appareat postea quod
non potuit soluere,tenebit excommunicatio:tamē debebit ab-
solui sine difficultate,constito quod non potuit soluere.per id
quod habetur in preallegato.c.odoardus.j.de solutionibus.et
quod.s.dixi ⁊ quod no.etiā gl.in.d.c.ij.j.de testi.cogend.⁊ facit
etiam quod dixi.s.post do.Floren.Et per predicta patet,ꝙ non
est plena cautela,licet partes conueniant coram iudice,ꝙ si reus
non soluerit infra terminum reus excommunicetur tunc caute
la est secundum Host.ꝙ nedum prorogetur iurisdictio,sed etiā
consentiat reus quod ex tunc ferat excommunicationem in eū,
si non soluat infra terminum:quam poterit ferre,ex quo proro-
gata est iurisdictio si est prorogabilis:vel si alias sit iudex com-
petens:nec requiretur alia monitio:nec poterit tunc appellare
pendente termino,ex quo de eius consensu fertur sententia,seu
est lata.secus si sine eius consensu ferretur:quia pendente termi
2 de quo in.c.solite. ¶ †No.ꝙ dictio item coniungit etiam nō seruata paritate. ¶ No.ꝙ precepta petri ⁊ apostoloꝝ habent obligare no.argu.pro opi.magistrorum recitandis ⁊ differendis facit quod habetur.xxiiij.q.j.cū beatissimus ⁊ in.l.qualiter.ff.de arbi. ¶ In glo.j.ibi habet larem principalem.i.vbi habet habitationem principalem ⁊ sic in duobus locis equaliter haberet in vtroqꝫ eorum sortiret̄ forum.l.assumptio.ff.ad muni. ¶ In ea.glo.in fi.⁊ ad predicta bene facit quod habetur in.c.cū quis.j.de sepul.in.vj.⁊ per no.in.c.nouum genus.j.de deci. ¶ Ultimo aduerte quia si intelligit̄ superscriptio hic posita in text.de clemēte primo qui fuit successor beati petri patet ꝙ licet regulariter in collatione decretaliū vel constitutionū debeat seruari ordo vt priori loco ponat̄ constitutio edita a priori autore vt habet̄.s̄.in proemio huius libri tñ qñqꝫ hoc fallit vt hic pꝫ iunctis capitulis p̄cedentibus ⁊ eoꝝ superscriptionibus. ¶ Si aūt intelligeret̄ de clemente tertio tunc cessaret contrariū. De secūdo aūt clemente non potest intelligi q̄ non fuit canonice institutus vt habetur in chronicis.

1 ☞ Non obediens canonibus incurrit notam infamie.
2 Digniora sunt spiritualia temporalibus.
3 Obedientia melior est qꝫ victima.

Illud

Illud. †Non obediẽs canonibus incurrit notam infamie rõne trãsgressionis.h.d.et pars ei⁹ hr̃.s.de transac.c.lz.⁊.c.quãto. ¶ In tex.ibi melior sic ⁊c. vba fuerũt Samuelis pphete ad saulũ regẽ lib.regũ.xv. ¶ In tex.ibi cõmodo põt intelligi de cõmodo ecclesie ad quã trãsiuit quare dicebat se fecisse vt non perirent vel occuparent res eccle.per aliũ. ¶ 2 †No.q spũalia sunt digniora tpalibus ⁊ sic sunt illis pferenda facit qd hr̃.xij.q.j.c.precipimus. No.q obediẽtia valde cõmendat ⁊ censet esse multũ meritoria vñ ⁊ alibi dr̃ q crescit homo in virtutibus p meritis obedientie.xj.q.iij.ne qd ergo. ¶ No.q p cõmodo tpali nõ dz pretermitti obediẽtia ⁊ sic etiã no.q ptextu pietatis non est fienda impietas de quo in glo.fi. ¶ No. illud ad qd sepe alleg.decr.vcz 3 q †melior est obedientia quã victima hoc est sacrificiũ qr ẽm legem antiquã fiebant offerẽdo arietes pingues p sacrificio.⁊ rõ est qr p obedientia qs victimat seipsum. hoc est seipsum offert in sacrificiũ. ¶ Sed p victimationẽ animaliũ victimatur aliud quã caro ipsorũ animaliũ offert in sacrificiũ. Facit qd habetur viij.q.j.sciendũ. ¶ Ultimo no.q inobediens canonibus videt esse infamis. Facit qd habet.s.de elec.dudũ.el.ij.circa principiũ potes hoc intelligere lz doc.hoc non tangant de infamia canonica non aũt de infamia iuris q̃ in certis casibus expressis in iure incurrit de qbus in.l.j.ff.de his q no.infa.⁊ facit qd no.gl.in c.illi qui.vj.q.j.⁊ que pena sit transgrediendis notat p gl.⁊ doc. in.c.generali.de elec.in.vj.

1 Episcopi presunt principibus ⁊ illos excõicare possunt.
2 Imperator dicitur illustris.
3 Illustres: superillustres: spectabiles ⁊ clarissimi qui dicatur.
4 Imperium licet translatum fuerit ad germanos: imperator tñ constantinopolitanus vocatur imperator licet improprie.
5 In dignitate simpliciter approbari nõ dicitur is cui papa scribit sub nomine dignitatis.
6 Uerba preceptiua habent obligare secus in exhortatiuis.
7 Uerba prolata intelligenda sunt ẽm qualitatem materie.
8 Dictio tanq̃ quid importet.
9 Mandatum siue rescriptum principis de puniẽdo malos nõ extenditur ad non subditos.
10 Episcopus debet sedere in eodem loco cum imperatore.
11 Sedere in loco alto significat superioritatem.
12 Uerba quando proferuntur respectu dignitatis dispositio refertur ad quemcunq̃ successorem in dignitate.
23 Indefinita quando equipolleat vniuersali.
14 Qui omne dicit nihil excludere videtur.
15 Autoritas quocunq̃ ligaris qñ intelligatur.

Solite. Imperiũ[a] non preest sacerdotio imo illi subest ⁊ illi obedire tenetur.h.d.Et diuiditur in.vij.partes.nã in prima põit admirationẽ imperatoris cõstantinopolitani ⁊ autoritatẽ qua mouebat. Scdo ponit dictam autoritatem. Tertio ad declarandã prerogatiuã sacerdotij inducit autoritatẽ Hieremie. Quarto inducit autoritatẽ genesis. Quinto ɔcludit cõtra imperatorem. Sexto excusat se q non increpauerit imperatorem ⁊ dicit qd increpare potuerat probãs illud certis autoritatibus. Septimo pter imperatorẽ relinquit suũ iudiciũ. scda ibi: verum. tertia ibi: potuisses. quarta ibi: preterea. quinta ibi: hec autem. sexta ibi: nos aũt. septima ibi: vtrum aũt. In tex.ibi ⁊.j.deciderat literas tuas recepimus vt hic tangit Jo.an.lz Host.aliter diceret. In tex.ibi scripsisse.s.prima petri.xj.ca. In text.ibi cõstitui te super gentes Hieremie primo. ¶ In text.ibi euellas scz peccata ab obediẽtibus. ¶ In tex.ibi ⁊ dissipes.s.inobediẽtem. ¶ Item ibi edifices scz fideles inducendo eos ad virtutes. ¶ In tex.ibi ⁊ plantes.s.infideles reducendo ad fidẽ per pdicationem ⁊ alia opera virtuosa ⁊ quod.s.dixit in concitet.l.in illo loco.⁊ quare sic diceretur dic quod interpretatur multipliciter nam interpretatur obedientia respondens signo ⁊ gratificator obedientia ad denotandũ q sacerdotibus oẽs debent esse obedientes. ¶ Item dicitur respondens signo quia ad ipsos in dubijs pro responsis erat recurrendum. Facit.j.qui fi.sint legit.per venerabilem.§.rationibus.vel dicitur respondens signo.qr debet esse signum ⁊ speculũ ac exemplum virtutis alijs ⁊ sic alios debent excellere virtutibus alias vilissimi reputantur.j.q.j.vilissimus vel etiã dicitur respondens signo quia ex autoritate domini habuerit prelationem. Facit qd habetur luce.ij.c.⁊ do vobis signũ inuenietis infantẽ ⁊c. Dicitur etiã gratificatio qr potestatẽ habent magnam gratiose se habendi in imponendis penis.j.de peni.⁊ remis.in.c.deus quis.⁊.c.cũ ex eo.⁊ facit ad pdicta qd habet.xxxvj.dist.§.ecce. ¶ In tex.ibi fecit duos habetur genesis.c.j. ¶ In text.ibi luminare maius.s.solẽ vt.j.ptz.⁊ luminare minus appellat lunã vt etiã infra patet. ¶ Itẽ ibi hec autem ⁊c. Ex hoc versi.põt intelligi casus in decretali vt etiam patet ex gl.j. ¶ Itẽ ibi honorabile membrũ hoc ideo dicit qr post papam tenet primũ locũ.xxij.dist.renouãtes.hoc tamẽ forte est intelligẽdũ post cardinales qui censet pars corporis pape.vj.q.j.quisquis. ¶ Item ibi venerabilẽ fidem supple qr a parte dextera que venerabilior censet q̃ sinistra. ¶ Item ibi dicente dño.s.Joãnis vltimo.c. ¶ Itẽ ibi dñs dixit Mathei.xvj. ¶ No.j.q potestas ecclesiastica non subest potestati temporali sed potius econtra. ¶ a †Ex hoc potes etiã no.ẽm Abb.q epi nõ dicuntur subesse principibus sed pesse vnde possunt illos excõicare.xj.q.iij.in.c.si autẽ.in tex.⁊ glo. ¶ 12 †No.ex suprascriptione q impera b tor[b] dicitur illustris ⁊ potest hoc pcedere in imperatore cõstãtinopolitano qui non censet imperator vniuersalis sed grecorũ facit qd legit ⁊ not.vij.q.j.in.c.in apibus.vnus est princeps.sed imperator romanorũ dr̃ imperator vniuersalis.facit quod habetur in.l.deprecatio.ff.ad.l.rhodi.de iac.⁊ qd habetur.s.de elect. venerabilem ⁊ in cle.romani.de iureiu. ⁊ talis vr̃ esse superillustris cũ sit super oẽs dignitates.⁊ similiter papa qui est sup oẽs dignitates ecclesiasticas. Unde vt alibi tangit glo.in aut.vt ab illustribus ⁊ qui super eam dignitatẽ sunt col.v. ¶ Quidam dicunt superillustres vt papa ⁊ imperator. ¶ 3 †Quidam illustres vt cardinales ⁊ pfectus pretorio. Facit qd habet in.l.j.ff.de off. pfe.pto.vt ibi no.p gl. ¶ Quidam spectabiles vt duces ⁊ comites. Facit qd habet in.l.si qñ.C.de ap. ¶ Quidã clarissimi vt psides puinciarum. Alij dicunt minores magistratus vt defensores ciuitatis. Facit qd no.p gl.in.l.j.ff.de offi.eius cui mand.est iurisd.⁊ de materia etiã in Spe.in tit.de iuris.om.iud.post princ. ¶ 4 †No.q lz trãslatũ fuerit imperiũ in alamanos vt.s.de elect. venerabilẽ.tñ adhuc cõstãtinopolitanus vocat imperator sz improprie vt ẽt voluit glo.in pallega.c.in apibus. ¶ 5 †Et ex pdictis no.q lz papa scribat alicui sub noĩe dignitatis non tñ per hoc intelligit simpliciter illũ approbare in illa dignitate.facit qd habet in cle.si summus.de sen.excõ. ¶ No.q aliud est causa aliud occasio.⁊ ad hoc sepe allegat.c.nã causa infert suũ causatum.sed occasio non de necessitate vnde puerbior.xviij. occasionẽ querit q discedere vult ab amico ⁊ ẽm Host.causa vr̃ consistere in iure sed occasio in facto vel iure captato facit qd habetur de rescrip.statutũ.§.prouisurus.in.vj. ¶ No.quare fuit instituta potestas regalis ⁊ iurisdictio temporalis qr ad vindictã malorũ ⁊ ad premiationẽ bonorũ.facit.iiij.dist.c.intactũ. ¶ Et ex hoc habes qd due sunt cãe q̃ habẽt dirigere hũanũ genus ad bonum scz pena ⁊ premium facit qd habet in.l.j.ff.de iusti.et iure.⁊.s.titu.ij.c.irrefragabili.ad fin.⁊ in proemio huius libri. ¶ No.qd ex virtute humilitatis ⁊ de cõsilio perfectionis est q quis reputet se alteri subiectũ lz non sit. ¶ In verbo verũ. No. qd intellectus verborum declarat ex qualitate persone cui quis loquit ⁊ persone loquẽtis ⁊ etiã ex vi verborũ prolatorum facit qd no.glo.hic in verbo psonã. ¶ 6 †No.qd quedã sunt verba pceptiua ⁊ ista habẽt obligare. Quedam vero sunt verba exhortatiua seu consultiua ⁊ hec necessario non obligant.facit qd habetur.xiiij.qd.j.qd precipitur ⁊ in cle.exiui de paradiso ver. item qr preterea.de verb.signi.⁊ qd no.do.Ant.s.de consti.nam cõcupiscẽtiã. ¶ 7 †No.qd ẽm qualitatẽ materie verba prolata sunt intelligenda ad hoc.j.de verbo.signific.intelligentia.⁊.c.pterea. ⁊.l.si vnus.in principio.ff.locati.⁊.ff.de vsuris.§.si stipulatus. ¶ Not.qd argumentum per locum ab absurdo est validum in iure facit qd habetur.j.de iureiur.quemadmodum.⁊ in.l.nam absurdũ.ff.de bo.que lib.⁊ sumitur argu.a falsitate consequentis ad falsitatẽ antecedentis ⁊ similiter arg.a consequenti destructo qñ illa de se patet. Et ideo papa hic non probauit falsitatem huius consequentis vcz qd clerici subsint serui s quia de se erat patens ⁊ sequebatur ex autoritate allegata per imperatorem sequendo intellectuz ipsius imperatoris cum seruus sit humana creatura. Nã ⁊ alibi dicitur qd in christo patri neq̃ liber neq̃ seruus supple distinguitur quominus ab eo acceptet.xxviij.q.j.§.etiã.⁊.j.de coniu.ser.c.j. ¶ No.qd vbi in precepto superioris apponitur verbũ propter deum videtur potius esse consilium pfectionis quã preceptũ ⁊ sic nota q significatũ dictionis ponderari debet etiã ex illis que illi adijciuntur. ¶ 8 †No.de dictione c tanq̃[c] que videt notare improprietatem ⁊ similitudinẽ ⁊ nõ veritatem de quo hic in glo.⁊ in ver.tanq̃.⁊.l.j.C.de here.insti. ¶ 9 †No.q in mandato de iudicãdo ⁊ puniẽdo malos nõ includuntur non subiecti ⁊ ideo in aucto.allegata per imperatorem nõ cõprehendebant clerici lz imperator generaliter intelligeret q super oẽs malos haberet potestatẽ ⁊ sic tam super laicos quã clericos. Sed iste intellectus non est bonus qr vt dictum est in simplici mandato de puniendo malos non includunt nõ subiecti.⁊ ideo non includunt clerici sed laici vel possunt etiã intelligi de clericis qñ canones hoc pmitterent vt qr essent incorrigibiles.s.de indi.cũ non ab homine. ¶ Nota q interpretatio autoritatis vel legis fiende diligenter ponderanda sunt oĩa iura

a ¶ Impiũ.sic et format sũmariũ.d.abb. Et est istd.c.fz eũ dẽ multũ allegabile.

b ¶ Impator. add vñ iperiũ habuerit originẽ bal.i.l.fi.C. d qdrie.pscr.⁊ p Inn.i.c.lz. de foro.cõpe.

c ¶ Dictiõe taq̃. add bart.in.l. oẽs ppli.i.vj. q.principali. vl.char.i pri.i v.no.d dictione tanq̃.ff.de iusti.⁊ iur.

ipsius autoritatis & legis. In ver. potuisses. Nota autoritatem Hieremie p excellētia dignitatis ecclesiastice. ¶ Not. j. q Deus fecit duo magna luminaria in firmamento celi. s. solem & lunam & no. q allegorice posset indicare per vtrunq; q per solem pōt significari potestas ecclesiastica per lunā tēporalis & sicut per solē illuminaf luna ita etiā potestas temporalis illustraf a potestate ecclesiastica. ¶ Itē etiā no. quid significaret nox & quid dies allegorice q dies significat claritatem anime virtuose. Sed nox significat animā sequentē carnalia desideria & consequenter tenebrosam & offuscatā vitijs sicut etiā tpe nocturno sunt tenebre.

10 ¶ † No. q eps debet sedere in eodē loco cū imperatore & nō sub 11 eius pedibus. ¶ † Et no. etiā q sedere in loco alto significat superioritatē. ¶ Not. etiā q honorabilior est locus sedere a dextera quā a sinistra. & sic etiam videtur q in ambulando honorabilior dz ire ad partē dextram. ¶ Not. q ad exemplū aliorū etiam aliquid est faciendū. Unde potes notare illud aliena vita sit nobis magistra. 12 ¶ † No. q vbi verba sunt prolata respectu dignitatis dispositio referf ad quēcunq; successorē in dignitate. facit qd hr de rescri. si gratiose. in. vj. & in. l. annua. ff. de annu. leg. ¶ No. q verbū generaliter & indefinite positum indistincte dz 13 intelligi & sic etiā potes notare q indefinita videtur equipollere 14 vniuersali. de quo in. c. vt circa. de elect. in. vj. ¶ † No. q qui oē vel quodcunq; dicit nihil vr excipere & ad hoc sepe allegaf. facit qd habef in. l. is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & qd not. 15 per glo. in. l. a procura. C. man. ¶ † No. autoritates hic positas & pcipue illā quodcūq; ligaueris &c. ¶ In glo. personā ibi de infidelibus. facit etiā qd habef in. l. plenū. §. equitij. ff. de vsu & habitatione. ¶ In glossa suscipiunt. ibi aut alio iure. s. speciali puta ex iure feudor si tenent in feudū vt in. c. romana. §. debet. j. allegato qd hodie est in titu. de appel. in. vj. ¶ In glo. tanq; ibi potiusq; veritate & erit sensus q reuera non precellit dignitate sacerdotalē etiā lz de consilio sit q sacerdotes reputent illā pcellere. facit qd hr. s. de biga. c. pe. ¶ In ea. in fi. Solue fm Hosti. q ɔtraria pcedunt regulariter q verba debent in dubio aliquid operari si fieri pōt. j. de verb. sig. in. c. abbate. Sed fallit qñq; in his que dependet ex voluntate quo casu qñq; ponuntur verba superba ex abūdanti cautela & exprimif illud q tacite inerat & sic loquitur. l. non recte. hic alle. & qd habetur in. l. qui mutuam. §. non ideo. ff. man. & qñq; fit expressio vt magis timeaf. j. de here. si aduersus. & xxiij. dis. ɔꝗ. ¶ In gl. inter lunā ibi quatragesies als quatuordecies & als quindecies seu neutra litera ponit veritatē lz debuisset dicere quinquaginta sex vicibus q septies octo facit qnquaginta sex. & sic glo. nō bene cōputauit fm Joā. an. Host. hic tangebat fm astrologos quāto sit maior sol terra vel luna. Sed vt dicit Joā. an. hoc relinquendū est astrologis et concludit se dicere cū Ambrosio sup exameron. vj. qd in hoc libēter fatetur se nescire que nescit imo qd scire nil pficit. ¶ In gl. venerabilē. in fi. similiter ex vestibus. xlj. di. §. j. & c. vlti. & facit illud euangelij quō intrasti non habens vestem nuptialē. ¶ In gl. non distinguemus. in fi. solue vt no. in. c. qd si dormierit. xxxj. q. j. & in. l. de ptio. ff. de publi. q indistincte dictum vel statutum debet indistincte intelligi nisi per aliā. l. vel rationem sit distinguendum. & sic intelligatur contrarium.

[a] ¶ Honorare debēt. vñ hest. vj. c. sic honorabif quēcūq; rex voluerit honorare.

1 Miles factus a rege an debeat precellere milites factos ab inferiore.
2 Ordinatus ab archiepiscopo an debeat pferri ordinato ab episcopo.
3 Ordinatus per papam non eximitur a iurisdictione sui epi licet ei debeatur maior reuerentia.
4 Priuilegia debent esse perpetua: & priuilegio renuntiare intelligitur ex eius facto contrario.
5 Beneficiatus a papa an possit per inferiorez beneficio priuari.

Per tuas. Ordinato per papā debef reuerētia tū subest epo. h. d. & est cōis diuisio. scda ibi: ad qd. In text. ibi per se. aposto. oraculuz. 1 ¶ † No. j. q ordinato a maiori maior debetur reuerentia. & sic facit ad questionē an miles factus a rege debeat pcedere milites factos ab inferiori. nam videref qd sic per istuz tex. & p id qd habef. C. vt dignita. ordo seruef. l. ij. inter administratores. lib. xij. & in aut. vt iudi. sine quo. suffra. §. eos aūt. colla. ij. & de poen. hi qui. & in. c. si apostolice. in. vj. Innoc. tū in. c. cum in distribuendis. s. de tempo. ordi. videtur velle q sit speciale in 2 ordinato a papa. fm eum videref q ordinatus ab archiepiscopo non preferatur ordinato ab epo sed dz attendi prioritas tēporis secundū ea que habentur. s. eod. c. j. abbas hic videtur inclinare in eo qd. s. dixi: & etiam do. Anto. sed scdm intellectū pre 3 dictum iste tex. nō bene probaret. ¶ † No. q ratione ordinationis facte a superiore etiam a papa non eximitur quis a reuerentia sui prelati inferioris. Notare etiam potes q quem princeps [a] honorat alij etiā debent honorare.[a] ¶ In gl. j. ibi non preferuntur. & sic qd hic dicitur debet intelligi inter illos qui sunt eiusdē ordinis secus si in maiori essent vt dicit glo. & pbatur etiā. j. eo. statuimus. ¶ In ea. ibi ceteris concurrentibus id est ceteris paribus. ¶ In ea. ibi. sedeant in meliori loco. de quo dicendum vt hodie habetur in. c. vt apostolice. de priui. in. vj. ¶ In ea. ibi ad onus &c. intellige qd intelligunf eligi ad onus qd inest ipsi prelationi & per cōsequens erunt subiecti superiori cui inest subiecta dignitas illa ad quam eliduf. ¶ In ea. in fi. & hanc vltimā opin. tenuit gl. in. c. filiū. j. q. j. Sed prima opi. tenef per Inn. in. c. cuz in distribuendis. de tempo. ordi. & illa etiā cōmuniter tenetur. & plus ibi dicit q nedū nō potest deponere sed nec etiā perpetuo suspendere q intelligebat Hosti. nisi eps impetrasset a papa licentiā deponēdi. Nec obstat q iste subdiaconus est sub obediētia sui epi q vbi lz illud sit verū nō per hoc sequitur q ab illo possit deponi q etiam eps subest archiepo quo ad obedientiā ei prestandā. s. de offi. or. pastoralis. & tñ ab eo non potest deponi. s. de transla. c. j. & ij. finaliter. Jo. an. dicit opi. posse concordari vcz vt prima procedat in depositione ab ordine. scda in depositione a beneficio. facit qd not. xv. qd. vij. in summa. & j. de cōfir. vtili vel inutili. c. j. & ij. & de cle. non re. ex tue. ¶ Extra glos. tangit hic Jo. an. duo primo an priuilegiū de quo in litera perdat subdiaconus si recipiat diaconatū vel presbyteratuz ab alio de licentia pape vr q non quia augmentū ordinis non dz operari detrimentū sed potius prodesse. l. iij. C. de digni. lib. xij. ¶ Itē q 4 † priuilegia debent esse perpetua. de reg. iur. in. vj. decet. ¶ Itez q etiam adhuc durat subdiaconus lz etiam habeat alios ordines & sic videf durare cā priuilegij. & per ɔns priuilegia. ar. j. de app. cum cessante a cōtratio sensu. Contrariū tz Hostiē. q fm eum ex facto contrario quis intelligitur priuilegio renuntiare de ɔsti. cuz accessissent. & q priuilegiū & ius cōe sunt mista ideo vr priuilegiū de offi. dele. super questionū. §. si vero duo. & quia res de facili reuertitur ad sui naturā. xxxv. dist. ab exordio. & ff. de pac. si vnus. §. pactum. ver. q est in specie. & sic residet Jo. an. & do. Anto. ¶ Sed aduerte q ex quo per receptionē diaconat9 vel presbyteratus nō extinguif ordo subdiaconatus. imo remanet in sua essentia tanq; gradus de p se subsistens. ideo vr q nō simpliciter procedat dictū Host. nam vr attendendū. an tanq; subdiaconus vel in actu subdiaconali incedat. & tunc seruef sibi priuilegiū. de quo hic. An vero incedat tanq; diaconus vel presbyter & tunc non attendaf priuilegiū subdiaconatus. & sic possit intelligi dictū archi. facit qd no. Bar. in lega. seruis ornatricibus. l. legatis. §. ornatricibus. ff. de leg. iij. nec ob. pdictis. c. sup questionū. §. si vero. q ibi ius spāle non poterat separari nec separatū ɔsiderari a iure cōi. & ideo tunc extinguif priuilegiū per 5 misturā iuris cōis hic secus vt ptz ex pdictis. ¶ † Ultimo tāgit hic. d. Ant. an beneficiatos a papa possit inferior priuare beneficio intellige pter delictū postea p ipsum cōmissum. & cōcludit q sic p ea q legunf in. c. j. & ij. de ɔfir. vti. vel inuti. & j. de pbē. c. nisi. Et q papa nō intēdit mutare naturā bñficij per id qd hr in cle. j. cū ibi notatis. de sup. negli. prelato. ¶ Nec ob. qd ibi no. Pau. de liaza. vbi dicit q si papa cōtulit beneficiū regulariter manuale supplēdo negligentiam plati inferioris collatoris qd tunc nō mutaf natura bñficij vt in. d. de. j. secus si contulit gratiose prouidendo q tunc vr talis cui conferf factus obediētiarius pape & illū solū papa poterit reuocare & nō alius vt beneficiū principis sit ppetuū vt in regula. de reg. iur. in. vj. q pōt rñderi q dictū Pauli pcedit qñ querif an ad nutū possit reuocari vel non hoc est simplicē voluntatē. sed nos loquimur qñ ex causa pter delictū postea cōmissum vult reuocare quo casu bñ vr posse reuocare inferior prelatus a papa p id qd habef in. d. c. j. & ij. de ɔfir. vti. vel inuti. ¶ Et no. q superius dicta habent locum qñ querif an quis possit priuari bñficio habito a papa. ¶ Sed queritur an possit priuari ordine habito a papa procedit qd dictum fuit in gl. j. circa fi. & super ea.

1 Restitutio in integ. viuificat iura extincta sed non tribuit noua nec ampliat antiqua.
2 Citatio precedere dz in quocunq; actu preiudiciali alterius qd si actus sit extraiudicialiter gerendus.
3 Absentans se malitiose potest dici cōtumax etiam si citatio ad eum non peruenerit.
4 Rebellis ecclesie post restitutionem non receperat ecclesias sibi prius subiectas.
5 Petitio incepta licet a superiore repellatur non per hoc intelligitur velle preiudicare in concedenda vel deneganda iustitia si rite petatur.
6 Citandi sunt omnes quos res tangit & de quorum piudicio agitur.
7 Testis si ante dictū suum assignat cām ipsius dicti & postea dicit se duplici causa scire nihilominus sustentatur dictum suuz.
8 Citari personaliter qn quando quis debeat vel sufficiat citatio ad domum vel q sit publice proposita.

Possessio

9 Possessio nō dꝫ auferri possessori eo non citato.
10 Eccl'ia que labit̃ in heresim vel schisma an perdat iura sua.
11 Subiectionē vel obedientiā petens a clericis contra quē debeat agere & formare libellum.
12 Et an agens cōtra subiectū petendo obedientiā poterit possessorem seu dn̄m nominare in iudicio.
13 Processus factus cōtra subiectū an habeat preiudicare domino circa possessionem.
14 Sentētia lata cōtra libertū p̄iudicat patrono qn̄ patron⁹ interuenisset in iudicio: secus si sciuisset tm̄ causam agi.
15 Subiectio quo iure siue qua actione petatur.
16 Plures an & qn̄ possint agere contra vnum.
17 Sentētia lata cōtra subiectū an & qn̄ preiudicet dn̄o.

a **Inter quatuor.** Quādo[a] de obediētia vel subiectiōe agitur nil dꝫ attētari in p̄iudiciū rei vel possessoris nō citati. h. d. Et due sunt partes p̄ncipales sicut due sunt
1 petitiones. Scd'a ibi: sup obedientia. ¶ † No. primo ꝙ restituta ecclesia ad vnionē romane eccl'ie recuperat iura ex rebellione pdita nō simpliciter. sed ƀm limites antique ptātis & quo nō reperiunt̃ per aliuꝫ occupata: & sic ptꝫ ꝙ restitutio viuificat seu restituit iura extincta. sed nō tribuit noua nec etiā ampliat antiqua. facit qd' habet̃ in. l. qd' si minor. §. restitutio. ff. de mino. vbi dr̄ qd' restitutio est in pristinū statū repositio. ¶ Et ad predicta etiā bene facit qd' legit̃ & no. p legi. l. in. fi. C. de sen. pas. & qd' dicet̃ super
2 glo. pe. ¶ † Nota ꝙ ad quēcūqꝫ actum alteri preiudicialē nō dꝫ pcedi nisi prius eo citato. & ad hoc sepe alleg. illud. c. qd' videt̃ pcedere etiā si extraiudicialiter actus sit gerēdus. per id qd' hic dr̄ & i. l. nā ita diu⁹. ff. de adopt. & facit qd' habet̃ in. l. de vnoquoqꝫ. ff. de re iudi. videt̃ tm̄ ꝙ interdum valeat actus extraiudicialis lꝫ nō fuerit citatus ille de cuius p̄iudicio agit̃ ꝙ̄uis possit tunc re-
3 tractari. s̄. de elec. ꝙ sicut. ¶ † Not. ꝙ malitiose se absentans potest dici cōtumax etiā ſi ad eum nō perueniat citatio. facit. ĩ. vt li. nō cōte. qm̄. §. porro. ¶ No. ꝙ aliud videt̃ esse quē esse inobediētem. & aliud quē esse rebellē: & sic ex sola inobediētia nō videt̃ qs dici rebellis. qd' dicit do. Anto. esse interdū pter statuta puniē-
4 tia rebelles. ¶ † No. ꝙ vbi pter rebellionē ecclesie eximūtur ecclesie inferiores a subiectione: & ex sola restitutione eccl'ia restituta nō recuperat ecclesias sibi prius subiectas. Et sic facit ꝙ si a ciuitate eximant̃ castra pter rebellionē si postea ciuitas restituatur ad gratiam regis vel principis per hoc nō recuperabit iura exempta nisi aliud prouideat. ¶ Et ex predictis etiā no. ꝙ ratione rebellionis ecclesia videtur posse priuari ecclesiis sibi subiectis.
¶ Nota qd' vbi agitur de subiectione ecclesie dicitur agi causa status ecclesie. facit quod habetur. ĩ. de testi. cum olim. ¶ † Nota ꝙ vbi superior repellit petitionē ineptam non per hoc intelligit̃ velle preiudicare in denegāda vel concedenda iustitia si rite petatur. facit quod habetur. ĩ. de iudi. de obedientia vbi agitur de inobedientia contra subiectuꝫ: quia si ab alio possidetur deberet dari cōtra possidētem ip̄m ad subiectionē & ille debet iudiciū vocari. ¶ Si autē pro libero se gerit debet dari cōtra ipsum q pretenditur subiectus: lꝫ gerat se pro libero. de quo tangit hic glos. & ĩ. de prescrip. c. auditis. & de religio. do. cum venerabilis. & etiaꝫ
6 tangit hic Inno. vbi ponit magnā glo. in ista materia. ¶ † No. illud vulgatum ꝙ omnes quos res tangit & de quorū preiudi-
b cio agitur sunt citandi[b]. facit quod habetur in prealleg. l. nō ita diuus. ff. de adoptio. & in dicta. l. de vnoquoqꝫ. de re iudi. ¶ In glo. j. in fine. Sed aduerte quia litera dicit ex duplici ratione papa non admisit petitionē & tamen non videtur exprimi nisi vnā. Potes dicere ꝙ prima ratio colligitur ex his que dicunt̃ in precedentibus ante versicu. iuris. videlꝫ quia ecclesia constantinopolitana nō erat in possessione quādo ciuitas fuit capta. sed al's. Secūda ratio sit que colligitur ex versic. iuris Inno. tamen dicebat hic in addit. ꝙ prima ratio fuit que hic ponitur in versic. iuris. Secūda fuit lꝫ hic non exprimatur prudens dissimulatio ne Pisani & Veneti & alii ꝙ̄plures hn̄tes tales ecclesias. de quibus hic fit mentio si fuissent massarii mouerentur contra ecclesiam
7 romanam. ¶ † Ex primo vero intellectu nota argumentum pro teste qui si assignat causam dicti sui ante ipsum dictum: & postea dicit se duplici causa scire & non assignat nisi vnam postea. & nihilominus sustineatur eius dictum & intelligitur de duplici re-
8 spectu prius dicētium postea assignato. ¶ † In glo. citati ibi publice proposita de hoc an & quando quis sit personaliter citandus[c] vel sufficiat citatio ad domū vel quod sit publice proposita. dic vt plene cōsueuit dici in. c. fi. ĩ. de eo qui mittitur in posses. per Inno. & Idan. and. & per Bart. in. l. iiii. §. pretor. ff. de dam. infecto. & facit quod habetur in clemen. j. de iudi. ¶ In ead. ibi in. c. cum venerabilis. & ibi etiam de hoc per glo. & tangit Innocen. hic de quo dicetur post glo. ¶ In glo. penul. etiā melius facit. l. si necesse que ibi sequitur vbi habetur. §. si deportatus qui hic allegatur. ¶ Et aduerte quia prima facie glo. videtur esse cōtra tex. tamen potes eam saluare vt voluit dicere ꝙ lꝫ petitio patriarche non debuit admitti non citatis aduersariis tamen eis citatis bene deberet admitti quia videtur ꝙ de iure ex quo ecclesia constantinopolitana reuersa est ad fidem & obedientiam romane ecclesie qd' debet recuperare iura amissa propter rebellionem per ea que habentur in. c. quia diligentia. & in. d. §. si deportatus. hic allega. ¶ Et hoc etiā voluit tex. hic dū dicit iustitiam tamen nō negabimus. &c. ¶ Aduerte tamen quia posset etiā dici ꝙ licet potuit recuperare possessionē rerum vacantium & sic loquantur iura allegata. hic tamen non potuit recuperare res per alium occupatas nisi prius restitutione concessa per id qd' habetur in. l. ait pretor. §. item ei. ff. ex qui. cau. ma. nec videtur etiam posse recuperare res in alium translatas nisi aliud prouideatur per id quod legitur & not. in. l. fi. C. de sen. pas. et ideo nimirum si non recuperauit ipso iure ius obedientie contra archiep̄m. et epi-
9 scopos regni cypri quibus fuerat concessa exemptio. Illud † autem est certū qd' possessori non debet auferri possessio eo non cita-
10 to. de prebēd. licet episcopus. in sexto. ¶ † Et ex predictis potest inferri ad id quod tangit hic Inno. an ecclesia que labitur in heresim vel schisma perdat iura sua nā dicit ꝙ non quo ad proprietatem sed possessionē bene perdit ꝙ̄uis postꝙ̄ redierit ad fidem illam iure post liminii recuperet illa de facto postea habita si fuerit vacans vel saltem impetrata restitutione in integrū si ab alio teneatur. per ea que habentur in. l. ait pretor. §. item. ei. & l. sciendum. & l. deniqꝫ. ff. ex quibus cau. maio. ¶ Alii tamen dixerunt ꝙ etiam possessionem retinet licet exercitium non habeat per id quod habetur in. c. tua diligentia. de electio. & quia delictuꝫ persone non debet nocere ecclesie. de regu. iur. delictuꝫ. in. vj. Et etiā quia non est auferenda possessio alicui ante cause cognitionem. Do. tamen Anto. hic concordat opiniones dicens primā procedere quādo tota ecclesia est schismatica & sic neduꝫ prelatus. sed etiam capitulum seu cōuentus. per id quod nota. s̄. de ordine cogni. cum dilectus. per glo. ¶ Secunda opinio procedat quando solus papa delinquat. ¶ Sed aduerte quia in primo casu videtur quod etiā tunc dominiū perdat. ex quo etiam capitulum vel cōuentus delinquit: sed de iure postliminii recuperat dominiuꝫ post reuersionem ad fidem. per ea que habentur in preallegato c. quia diligentia. & in dicto. §. si deportatus. & in. l. j. & l. postliminii ius. & l. retro. ff. de captiuis. ¶ Et intellige qd' recuperat dominiū nisi fuerit in alium translatum. per id quod hic dicitur in versi. cum & ipsi. & quod nota. in dicta. l. fina. C. de sen. passis. maxime per Bar. & in. l. gallus. §. quesitum. ff. de libe. & posthumis. ¶ Item intelligit qd' recuperat possessioneꝫ ex eo quia potest illam apprehendere propria autoritate si per alium non fuit occupata: alias non poterit recuperare nisi prius citato possessore. vt hic patet. & d. l. ait pretor. §. item ei. ¶ Et per predicta etiaꝫ videtur qd' si ecclesia prescribat rem aliquā & sit facta schismatica ante completā prescriptionem qd' tunc interrumpitur prescriptio cum designat habere possessionē vt est dictum & sine possessione nō procedit prescriptio. de reg. iuris sine possessione. in. vj. & ff. de vsucapio. in. l. naturaliter. nec fingetur prescriptio completa per fictionē postliminii: lꝫ reuertatur ad fidem quia illa fictio non operatur quo ad prescriptionē que requerit factum possessionis continue & non interrupte. vt probatur in. d. l. sciënduꝫ.
11 et. l. deniqꝫ. ff. ex qui. cau. maio. ¶ † Et tangit hic Inno. Primo
d contra quē debeat agere & formare libellū[d] petens subiectioneꝫ vel obedientiā clericis: an vero cōtra ipsos clericos: an ꝟo contra prelatos qui possident subiectionem in illos. ¶ Secundū dubium est & in isto magis principaliter insistit Inn. videlꝫ an vbi petitur subiectio habeat locū nominādo dn̄m in iudicio de quo habetur. ĩ. vt lit. nō contes. c. quoniā. §. qd' si super. & in. l. ii. C. vbi in rem actio. ¶ Tertio tangit quo iure petatur subiectio siue clerici gerant se pro liberis siue per alium possideātur. ¶ Quarto tangit an gesta cum ipsis subiectis in iudicio cū illis agitato habeant preiudicare aliis successoribus ipsius subiectionis eis non vocatis. ¶ Circa primū licet Inno. hic instet. & etiam do. Ant. referat opinio. tamen potes concludere prout fuit de mente Inno. & tangit etiā hic do. Ant. qd' aut illi a quibus petit̃ subiectio gerunt se pro liberis. Et tunc contra eos dandus est libellus et contra ipsos procedendū. facit quod habetur. ĩ. de re iudica. cuꝫ inter. & in. l. j. §. per hanc. cū ibi nota. ff. de rei ven. & ibi bona glos. in hac materia. facit etiam quod habetur. s̄. de causa posses. cum olim. Aut ab alio possidentur & tunc aut petitur subiectio non derogans possessioni alterius. vt quia petitur subiectio sub illa verba quia possidet tanꝙ̄ subiectus episcopo & modo petitur ratione subiectionis archidiaconalis vel abbatialis: aut alterius prelationis sub episcopo volendo preiudicare subiectioni episcopi. & hoc casu idem dicēdum quia poterit cōtra ipsos agi qui pretenduntur subiecti. arg. ĩ. de exces. prela. ad hec. & xj. q. iii. qui

a ¶ Qn̄. ƀ eodē modo transit do. abb. ĩ summa. huius. c.

b ¶ Sūt citādi. adde qd' nō est necessario citādus ille d' q no torium est qd' nulla ei cōpetit defensio. vt p ab. in. c. cū oliꝫ de re iudi. & ibi do. fely. in vi. col. ꝟ. non est citādus. nu. ii.

c ¶ Personaliter citandus. qn̄ autem citatio ad domuꝫ valeat. vide p do. feli. in. c. in noīe dn̄i. de restitu. in. vj. col. versi. vno casu saluat. nūe. xx. fo. xxxiiii. parte. ii. in impressione Lug.

d ¶ Formare libellū. adde hic do. abb. in. iii. col. versi. in gl. in verb. citati. nume. 6.

resistit. cū seq. Aut intendit consequi subiectionē quā alius possidet. ⁊ tunc ad hoc preiudicetur possidenti debet libellus formari ⁊ agi cōtra ipm possidentē subiectionē. ⁊ non ꝯ subditū. vt hic dixit glo. ij. ⁊ etiā in. c. cū venerabilis. de religio. domi. ¶ Si autem vellet agere solū ad finem vt preiudicetur ipsi possessio: tunc videtur ꝙ possit cōtra eum agere. nam aut cōfitebitur sibi subiectum agenti: ⁊ tunc fertur sentētia contra eum propter quā non poterit dicere se nō subiectum: nō tamen fiet preiudiciū possessori absenti ⁊ nō citato per istū tex. ¶ Si autē nō fateatur se subiectum: sed dicat forte se alteri subiectū: tunc videtur qđ etiaꝫ possit agi cōtra eū ad finem vt sententia feratur sup subiectione ad preiudicium ipsius possessi: non tamē fiet preiudiciū absenti non citato per istum tex. ⁊ ideo vt dictū est supra melius est qđ dicteꝝ libellus cōtra possidentē subiectionem: vel saltem qđ citetur ipse possidens in processu fiendo contra subiectum vt sic sibi preiudicetur. per id quod not. hic Hosti. ⁊ qđ no. Cynus in. l. i. C. de adno. diuer. iudi. 12 ¶ † Nec ob. predictis si dicatur ꝙ ꝓcessus factus cōtra subiectū videꝝ qđ habeat preiudicare dño circa possessionem. per id quod habeꝝ in. l. iij. §. qđ si seruus. ff. de acquirē. poss. qꝛ ibi loquitur in possessione rei corporalis quā tenebat colonus vel seruus nomine dñi. Hic autem loquitur de quasi possessione iuris corporalis obedientie quam non possidebat nisi ipse subiectus cum nemo seipsum possit possidere. ff. de acqui. reruꝫ domi. l. liber homo. seu in. l. homo liber. ⁊ ita sentit hic do. Anto. Potes etiā dare aliā solutionē quod in contrariū interuenit factuꝫ serui vel coloni qui tradebat rem alteri: ⁊ sic intendebat rem in alium transferre. Sed hic loquitur in sentētia iudicis lata contra reum: per quā nō videtur preiudicare iuri alterius. vt voluit Inno. in. c. qm̄. §. qđ si super. vt lite nō contesta. ⁊ Bart. in. l. ij. C. vbi in rem actio. ⁊ adde qđ. ꝟ. tangetur circa quartū dubiuꝫ. ⁊ hec de primo dubio sufficiant. 13 ¶ † Et breuiter circa scđm an in iuribus incorporalibus si aliquis conueniatur pro illis in iudicio an habebit locū noīatio. de qua in. c. qm̄. §. qđ si super. vt lit. nō cōtesta. ⁊ sic an si agat cōtra subiectū petendo obedientiam poterit dominiū seu possessorem obedientie noīare in iudicio Inno. hic posuit opi. nam vna fuit opi. simpliciter ꝙ etiam vbi agitur pro iuribus incorporalibus habeat locū dicta noīatio. ⁊ istam tenuit Inno. in dicto. §. ꝙ si super. ⁊ etiā Bart. in. l. ij. C. vbi in rem act. Scđa fuit opi. simpliciter ꝙ non habeat locum nominatio qꝛ illa nō habet locū nisi qñ cōuentus alieno noīe possidet. sed hic subiectus in se non possidet obedientiā vt superius est dictū circa finem precedētis dubij. Tertia fuit opinio ꝙ si petitur ecclesia nō habet locū nominatio qꝛ illa nō potest possideri nec eiꝰ dominiū haberi. l. j. ff. de re. diui. ⁊ sic non potest vendicari nec realis actio cōpetere quo casu habet locū tm̄ noīatio. s. quando agitur reali. vt ptꝫ in. d. §. qđ si super. posset tamen vendicari ecclesia ratione rerum episcopaliū: vel alterius iuris in ea competentis. arg. l. qui tabernam. ff. de contrahen. emptio. ⁊ l. si domus. §. fi. ff. de lega. j. ¶ Quarta fuit opinio ꝙ in his incorporalibus vbi agitur contra subiectū qui in alio dicitur detineri ꝙ licet nō habeat locum nominatio quātum ad hoc vt preiudicetur possidenti. tamē potest habere locū vt detur terminus vt veniat ad docendū de iure suo. per id quod hic habetur. ⁊ in. l. si pariter. ff. de libe. cau. si tñ nō venerit nō tñ per hoc proceditur ſm formam dicti. §. ꝙ si super. videlꝫ vt agens fiat verus possessor cuꝫ non habeat facultatem rei restituēde ille qui cōuenitur: ⁊ qꝛ non debet subtrahere obedientiam ei cui tenetur obedire ⁊ qui est in quasi possessione quia peccaret nisi prius ab eius obedientia absoluatur. xvj. q. iij. placuit ꝙ hic fieri nō potest qꝛ nō est presens ille cui preiudicaꝝ: nec cōtra eum est actū. facit quod habetur. viij. q. iiij. nonne dato ꝙ feretur sententia cōtra talem cōuentum: tñ si veniret postea dñs docens de iure suo ⁊ de possessione subiectionis summarie impediretur executio. per id qđ habeꝝ in. l. a diuo pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. nec hꝫ obstare per id qđ habeꝝ in. l. postꝙ. ff. de here. vel act. ven. ⁊ in. l. nomē. C. que res pig. ob. pos. vbi ptꝫ ꝙ si tu cessisti mihi actiones cōtra debitorē tuum ago cōtra ipm. ⁊ tenet iudiciū ad tui preiudiciū cedentis: lꝫ nō citati. ⁊ sic a simili vr̄ ꝙ debeat cōpelli obedire conuentus agenti ꝙuis dñs in iudicio nō fuerit: qꝛ respōderi pōt ꝙ in dictis iuribus illud operatur cōsensus cedentis actionē vel obligantis nomen sui debitoris. sed hic nō interfuit cōsensus illius qui habebat obedientiā. Nec ob. etiā. ꝟ. de re iudi. c. pe. qꝛ ibi loquiꝝ qñ persona cū qua agiꝝ potest rem in iudicio deducere. ¶ Itē nō ob. qđ habeꝝ in. l. sepe. ff. de re iudi. vbi dr̄ ꝙ 14 † sententia lata cōtra libertū preiudicat patrono. qꝛ illud verū qñ patronus interuenit in iudicio: secus si sciuisset tm̄ causam agi. per id qđ habeꝝ in. c. cum super. ꝟ. de re iudi. vbi de materia per Inno. ⁊ ibi etiā dicit ꝙ opi. Rogerij in. d. l. sepe. in quātum videtur velle ꝙ preiudicatur patrono scienti ⁊ taceti nō est vera. Sed aduerte quia gloss. Accur. illā videtur tenere ⁊ etiam Bar. in. d. l. sepe. vnde do. Ant. hic saluat illā vt habeat locū quādo agitur cōtra libertum quo casu ad eum principaliter spectat se defendere. l. principaliter. C. de lib. cau. Sed hic ad subiectum nō spectabat pricipaliter defensio. sed ad ipsum possidentem subiectioneꝫ. ⁊ ponit etiā aliquas solutiones in quibus non insisto. de materia tetigi in. d. c. cum super ⁊ tangam aliquid circa quartū dubiū. ¶ Potes in hoc secūdo dubio hic concludere: qꝛ aut agitur actione personali. vt quia quis dicit alium ꝓmisisse sibi obedientiā seu obedire: ⁊ tunc non habet locū quando agitur actione personali sꝫ reali. vt ibi ptꝫ. An tñ aliquo casu habeat locū nominatio qñ quis cōuenitur actione personali: lꝫ nō habeat locū nominatio. de qua in. §. ⁊ si super. recurre ad not. per legi. in auf. qua in ꝓuincia. C. vbi de cri. agi opor. ⁊ qđ isto casu non habeat locū noīatio. de qua in. §. ꝙ si super. etiā facit qꝛ ex quo agiꝝ personali nō preiudicaretur possessori. ¶ Si autē agitur reali tūc aut quis possidet tanꝙ vicarius ⁊ coadiutor: ⁊ tūc bene valebit nominatio ⁊ processus. de quo in. d. §. qđ si super. qꝛ ex quo possidet tanꝙ vicarius vel coadiutor videtur habere facultatem rei restituende. ff. de rei vendi. in. l. officium. ⁊ hoc etiam fuit hic de mente Inno. vnde hoc casu si fiat nominatio ⁊ procedatur ſm formā dicti. §. qđ si super sententia lata contra istū conuentū qui tenebat tanꝙ vicarius vel coadiutor tenebit ⁊ mandabitur executioni ⁊ in preiudicium dicti non venientis cū talis habeat facultatem rei restituende. Si autē cōuentus non possideat tanꝙ vicarius vel coadiutor: ⁊ tunc si agitur cōtra conuentum ad ius aliud sub illo qđ ab alio detinetur: vt qꝛ agitur vt prestetur obedientia tanꝙ archidiacono cōtra illū qui alteri prestet obediētiā vt epō: ⁊ tunc est clarū ꝙ non habet locum nominatio: qꝛ nō est alius qui pretendat se detinere seu possidere ius quod petitur. Si autem agatur ad ius inobedientie qđ ab alio possidetur. tunc si agatur contra illum qui possidet clarum qđ non est tractandum de noīatione ex quo ipse qui possidet cōuenitur. ¶ Si autē conuenitur ipse subiectus qui ab alio possidetur respectu ipsius iuris qđ ab alio possidetur: ⁊ tunc habent locuꝫ opinio. de quibus ꝟ. tetigi. quia aliquiꝰ videntur velle ꝙ sic aliqui ꝙ non. ⁊ tamē vidētur velle qđ habeat locū quo ad quid: nō per omnia tamē Inno. ⁊ do. Ant. videtur velle qđ non habeat locum noīatio ex eo quia si ꝓnuntiaretur cōtra ipsum subiectū conuentum non posset sententia mandari executioni ex eo: qꝛ etiā si vellet subiectus conuētus ⁊ conuictus prestare obedientiā: tñ ipse agens nō deberet recipere. ⁊ si reciperet peccaret cum alteri qui est in possessione debeatur. xv. q. iij. placuit. ⁊ eadem obediētia pluribus insolidum deberi non potest. ff. cōmo. si vt certo. §. si duobus. ¶ Sed aduerte: qꝛ lꝫ sic resideat Inn. ⁊ do. Ant. tamē decisio huius dubij videꝝ pēdere ex alio: videlicet an snīa lata cōtra subiectū habeat preiudicare illi qui possidebat obedientiā si sciuit iudicium agitari ⁊ tacuit. de quo diceꝝ in. iiij. dubio. Nam si preiudicet saltem ꝙtū ad possessionē prout videꝝ no. in. c. cum super. de re iud. per Inn. licet dicat nō preiudicari respectu ꝓprietatis. nō video quare nō haberet locū noīatio per quam intimaretur dño de lite mota cōtra subiectū. Si aūt teneaꝝ qđ nō preiudicet etiam quo ad possessionē scienti ⁊ patienti. tunc posset ꝓcedere opi. qđ non habeat locū noīatio. Sed alia opi. videtur verior per ea que habentur in. d. c. cū super. ⁊ qđ ibi dixi ⁊ de materia etiā per Inno. 15 ꝟ. de prescrip. auditis. ⁊ hoc de scđo plenissime. ¶ † Circa tertiū scꝫ quo iure agatur qñ petitur obedientia. cōclude qđ si ille contra quē agitur nō facit cōtrouersiā. sed confitebitur dabitur officium iudicis ⁊ sibi cōfitenti preiudicabiꝝ ⁊ nō tertio. Si vero facit cōtrouersiā sui ⁊ se pro libero gerit. tūc etiā hoc casu poterit implorari officiū iudicis. ꝟ. de cau. pos. cum olim. ⁊. ꝟ. de re iudi. cum inter. ¶ Itē poterit agi actione in rem p̄iudiciali per quā poterit peti declarari illū clericū suum ⁊ sibi subiectū. insti. de actio. §. preiudiciales. Ant ab alio detinetur conuentus. Et tunc si detinens nō cōtendit se habere aliquod ius. nec etiā detinet inuituꝫ illū qui pretēdiꝝ subiectus. Et tūc idē dicendū qđ in casu p̄cedēti ſm Inn. videretur tñ ꝙ hoc casu etiā posset cōpetere rei vendi. adiecta causa de iure canonico. per id qđ. ꝟ. de spon. nō est vobis. ⁊ per gl. in. l. j. §. per hanc. ff. de rei ven. ex cuius dictis Inno. hic sumpsit multa. ¶ Si aūt detinēs cōtendit se habere ius vel detineat inuitū: ⁊ tunc cōtra eū poterit agi interdic. de libe. hoīe exhibēdo seu ad illius instar. de cleri. exhi. ar. l. j. ⁊ per totū. ff. de libe. ho. exhi. ⁊ etiā poterit agi cōtra eū rei ven. adiecta causa de iure canonico. Nam hoc casu agetur actione in rē preiudiciali vel officio iudicis. Et no. vt tāgit hic Inn. ꝙ in actione in rē p̄iudiciali ꝓprie queriꝝ an talis sit filius vel talis sit clericus talis ecclesie. sed per rei ven. adiecta causa de iure canonico. quare an quis sit in potestate agētis vel nō. facit qđ not. gl. in. d. §. per hanc dicit do. etiā Inn. ꝙ 16 † sunt plures qui dicant se habere idem ius in aliqua ecclesia siue episcopale siue aliud poterūt inter se cōtendere ⁊ intentare actionē realem que dicetur cōfessoria. facit qđ habetur. ꝟ. de iudi. examinata. ⁊ de prescrip. auditis. nam cōfessoria datur etiam

datur etiã non solũ contra possidentẽ: sed etiã cõtra turbantẽ. ff. si serui. ven. ⁊ in. l. si quis diutur. dicit etiã qđ duo possunt agere contra possidentẽ. j. de re iudi. cum super. ¶ Et qꝛ non est prohibitum plures agere contra vnum. ff. de rei ven. l. is a quo. ⁊. l. seq. ⁊. ff. de noxa. l. si quis a multis. Nec ob. si dicatur ꝙ non habet facultatem rei restituẽde ipse subiectus qui cõuenitur: qꝛ respondet Inn. ꝙ ꝓ hoc alteri nõ preiudicabitur nisi possit ei taciturnitas vel aliud imputari ſm formam. c. ꝗuis. ⁊. c. cum super. j. de re iudi. ¶ Et no. bene inquãtum dicit nisi possit ei taciturnitas ⁊ cetera. propter id qđ statim dicã in sequenti dubio. ¶ Nec ob. predictis inquãtum dixi posse cõcurrere officiũ iudicis cum preiudiciali actione in rem ꝙ videtur contra. l. in cause. ff. de mino. quia istud officiũ datur causa adiuuãdi ius cõmune. sed in contrario datur de iure speciali cõtra ius cõmune ideo nõ competit. vt no. gl. in. d. §. per hanc tangit Inn. ⁊ ibi etiã dixi. s. de offi. ordi. con17 querente. ¶ † Circa quartũ ⁊ vltimũ an sñia lata cõtra subiectũ preiudicet dño nõ vocato qui nõ fuit in iudicio gl. sc̃da hic concludit qđ non saluo nisi sciuit causam agi. ⁊ tacuit per id qđ habetur. j. de re iudi. ꝗuis. ⁊ idem videtur velle Innoc. in precedenti dubio. ad fi. vt ibi tetigi. ¶ Sed in secundo dubio videtur velle oppositũ. videlicet ꝙ nõ preiudicet scienti ⁊ tacenti: sed demũ si interuenerit in iudicio. vt tetigi circa quartã opi. in secundo dubio. ¶ Sed licet Io. an. ⁊ do. Ant. nõ declarent tñ videt̃ qđ vera sit opi. gl. quo ad preiudiciũ possessoris. per ea que habent̃ in c. cũ super. j. de re iudi. cũ ibi no. per Inn. ⁊ que etiã dixi ibi. sed respectu iuris ꝓprietatis ꝓcedat alia opi. vt nõ habeat nocere nisi interuenerit in iudicio vel nisi fuerit citatus. per ea que habentur in. l. sepe. ff. de re iud. ⁊ per Cy. in. l. j. C. de aduo. diuer. iudi. Et ad hoc facit qđ dicit hic Host. ꝙ de cautela est qđ agens faciat omnes vocari quos res tangit. vt sic omnibus preiudicet sententia. facit qđ habet̃. j. eo. c. fi. ⁊. s. de cõsti. c. cũ eccl'ia. ⁊ ꝙ habet̃ etiã in c. auditis. j. de prescri. ⁊ hec de quarto sufficiat. ¶ An autẽ indistincte vbi aliquid conceditur per papam ad preiudiciũ alterius sit necesse partem citari. dicit Io. an. ꝙ si cõceditur per viam gratie non est necesse per id qđ habetur. s. de renũ. ex transmissa. al's bene debet quis citari per istum tex. ⁊ similia iura.

1 ☞ Ad synodum venire tenentur abbates ⁊ sacerdotes curati ⁊ nume. 8.
2 Ad synodum vocare est de lege diocesana.
3 Abbates sunt subiecti epo etiã quo ad legẽ diocesanam. ⁊ nu. 7.
4 Statuere non potest episcopus contra ius superioris.
5 Mandato iniquo superioris obedire non tenetur inferior.
6 Inferiores debent superiori reuerentiam.

super decimis. Ideo non potest fieri compositio: vt detur tunc aliquid temporale pro ipsis decimis futuris saltē quādo ageretur: vt in perpetuū quis liberaretur ab ipso iure decimarum: sed si ageretur vt ad tempus tantū liberaret. tunc Bar. Brixien. tenuit q̄d fieri possit. vt refert Jo. an. in. d. c. fi. ꝛ Archi. xvj. q. vij. c. decimas. sed tamē meo iudicio hoc non est sine dubitatione: quia sicut prohibetur compositio super iure decimarum futuro in totum ita videtur quod etiā prohiberetur respectu partis. argu. l. que de tota. ff. de rei vendi. ꝛ. s. de offi. dele. c. pastoralis. versi. itē cum totum. ¶ Et per predicta patet quod nō dixit gl. in. d. c. vt super quod possit fieri compositio super illis dādo rem temporalem pro illis puta estimationē vel aliam rem tantūdem valentez quantum valebant fructus decimarū. ¶ † An autez possit fieri compositio sup preteritis ꝙ minus detur ꝙ̄ debeat recurrere ad ea que dixi. s. eo. c. ij. Nam videt q̄d ad preiudiciū componentis possit fieri. arg. huius tex. Sed ad preiudicium ecclesie nō sine autoritate epi. per ea que habent in. d. c. ij. s. eo. de cetero. ¶ Et predicta adde ad ea que dixi in. d. c. ij. ꝛ etiam tene menti pro declaratione glo. d. c. vt super. ſm Host. † q̄d in decimis nō possit currere prescriptio q̄d potest esse verū in predialibus. Secus in predialibus. per id q̄d habetur. j. de deci. in aliquibus. ꝛ in. c. fina. de parochijs. de quo dicendū vt plene no. Jo. an. in. c. cū a nobis. j. de deci. ꝛ per gl. in. c. j. de deci. in. vj. ¶ † In glo. j. in fi. no. bñ ex glo. q̄d septem sunt sacramenta ecclesie quorū quinqꝫ dicunt necessaria alia duo dicuntur voluntaria. Et not. rationem quare: qꝛ sine illis quinqꝫ nō pōt qs saluari si ex contemptu omittūtur vbi dū dicit gl. confirmatio intellige scꝫ in fronte. ꝛ sic loquit de sacramēto chrismatis. ¶ † Itē etiā no. ꝙ sacramētū baptismi potest recipi a quocūqꝫ in casu necessitatis: vt qꝛ nō habetur copia sacerdotis. ꝛ sic etiā assumi poterit etiā a laico ꝛ etiaꝫ a muliere et etiam ab heretico dūmodo in forma ecclesie conferatur. vt ptꝫ in iuribus. alleg. in glo. de sacramento autem penitentie etiā tenetur † ꝙ si non habetur copia sacerdotis pōt etiā quis cōfiteri laico. ꝛ sic in casu necessitatis. facit quod habetur in epistola Ja. c. v. ꝛ de peni. dist. j. c. quē penitet. de quo etiā per glo. s. de offici. ordi. pastoralis in glo. quo casu. An aūt possit assumi penitentia in casu necessitatis ab heretico glo. tenuit q̄d sic in. c. his potestatis. de pe. dist. j. Sed contrariū tenuit glo. in. c. preter. xxxij. dist. et illā tenuit Archi. ꝛ similiter videtur q̄d corpus christi non debet recipi ab heretico etiā in casu necessitatis. per id quod intelligit ꝛ no. in. c. cepit. xxiiij. q. j. Et de materia glos. per Joā. an. s. de sacra. nō iterā. super rubri. ꝛ tene menti istam glo. qꝛ sepe ad illa fit remissio que dicantur sacramenta necessaria ꝛ que voluntaria. ¶ † In glo. ij. in fi. do. Anto. intelligit istā procedere qñ autoritate pape facta esset transactio. Naꝫ de autoritate eius posset fieri transactio in spiritualibus dūmodo sint de illis que sunt simoniaca qꝛ prohibita. ꝛ sic per ius positiuum. Secus si sint prohibita: qꝛ sint simoniaca ſm ius diuinū. facit q̄d no. s. ti. j. cum pridē. ꝛ. s. de offi. deleg. ex parte per gl. Tu potes dicere ꝙ ista secūda pōt etiam procedere. licet non interuenerit autoritas pape: quia fiebat inter personas ecclesiasticas super rebus spiritualibus. vt sic in parte monachi retinerent decimas. ꝛ in alia parte soluerēt q̄d fieri potuit. vt no. s. eo. c. proxi. tamē compositio erit personalis nisi interueniat autoritas pape vel episcopi vt hic ptꝫ. ꝛ. s. eo. de cetero. ¶ In glo. confirmatam ibi si ex certa sciētia. secus si in forma cōmuni. ꝛ sic loquuntur iura. allega. in glo. in versi. argu. contra. Nam illa non dat nouum ius si confirmat quod habet ante confirmationeꝫ. vt plene not. j. de confirma. vti. vel inuti. c. ij. ꝛ quod dixit glo. quod quo ad ipsas personas erat personalis intellige: quia de iure non potuerant illam facere realem lꝫ hoc habuisset in intentione: qꝛ sine autoritate superioris non poterant ecclesiam obligare in preiudicium successoris: sed si interueniat: tunc confirmatio pape ex certa scientia ex quo ad intentionem partiū fuerat realis bene preiudicaret successori. Secus si quo ad intentionem partis fuisset personalis: qꝛ tunc etiam si ex certa scientia confirmaretur non obligaretur successor: qꝛ papa nō intendit per suam confirmationē nisi cōfirmare illud q̄d fuit inter partes actū. ¶ In gl. inter alios ibi: si ecclesia esset lesa: sed quomodo pōt cōtingere lesio ex quo ecclesia nō est obligata: sed persona ipsius rectoris certe: non videtur ꝙ per hoc possit ecclesia restitui. per id q̄d no. gl. i cle. j. de resti. in integ. ¶ Sed potes dicere ſm doc. ꝙ si de facto lederetur ecclesia si cōpositio seruaretur per rectorē. vt qꝛ clerici nō haberēt vnde viuerēt tūc restituēda esset ecclesia. vt sic clerici possint hebere necessaria nō obstante obligatione rectoris. ꝛ sic potest intelligi glo. ¶ Aduertendū tamen q̄d si rector imponens haberet proprium teneret aduersario cū quo cōponitur ad interesse. arg. c. de multa. j. de preben. ꝛ. j. de appella. reprehensibilis. vnde pōt dici quod si habet proprium debebit etiā ecclesiam conseruare indēnem. j. de arbi. per tuas. Si aūt nō habet vnde conseruet ecclesiam indēneꝫ tūc sibi subtrahitur sua portio ꝛ dabitur alijs clericis. dignū est enim vt ipse tanquā male merit⁹ taliter cōponendo egestate laboret. arg. l. bonefidei. ff. depositi. q̄d tamē intellige veruꝫ dūmodo non cogatur mendicare: sed tm̄ parce viuere. j. de fideiusso. peruenit. ꝛ lxxxiij. dist. diaconi. ¶ Si aūt eius portio non sufficeret tūc competet restitutio ecclesie etiā viuēte ipso rectore cōtra ipsam transactionem. ꝛ hoc casu intelligatur hec glo. ¶ Aduerte tamen qꝛ in lesione trāsactionis videt ꝙ sit habēdus respectus ad estimationem dubij euentus litis non ad veram estimationem rei ſm not. per glos. in. l. lucius. §. fi. ff. ad trebel. vt hic voluit do. Anto. ¶ Et ex predictis ptꝫ quod aduersus personalem obligationē rectoris ecclesia non potest restitui nisi in subsidiū qñ ex hoc lederetur grauiter ꝛ aliter nō potest sibi consuli. Et per hoc habes limitationem ad no. per glos. in clemen. j. de restitu. in integrum. ¶ † Extra glos. potest dubitari an pactum in dubio presumi debeat personale an vero reale. ꝛ videtur quod personale per istum tex. In contrarium facit. l. si pactum. ff. de pac. ꝛ. l. iurisgentium. §. pactorum. conclude quod pactum debet iudicari reale vel personale consideratis verbis ꝛ mente paciscentium vt. d. §. pactorꝫ. ꝛ si agitur de temporali hereditate seu in rē dubio videtur quod pactum intelligatur reale ꝛ habeat preiudicare successori temporalis hereditatis vt. d. §. pactorum. ꝛ sic transit domi. Anto. ¶ Sed tu dic plenius de hoc intelligitur vt not. per Bart. in. l. qui in futurum. §. si ex altera. ff. de pac. ꝛ. l. si sic. ff. de verbo. oblig. vbi etiā dixi. ¶ Si autē agatur de spirituali successore an in dubio pactum habeat illi preiudicare. ꝛ sic an censeatur reale vel personale. dic quod hoc casu non consideratur sola voluntas paciscentium: quia licet possint personas obligare: non tamē possunt obligare ecclesias. et sic successorem nisi interueniat autoritas superioris. vt hic patet. ꝛ. j. de arbi. peruenit. ꝛ. j. de precarijs. c. ij. facit quod not. super glos. iij. ¶ Ultimo tangit hic Innocenti⁹ a quo possunt peti decime percepte. dic quod a possessorib⁹ ipsorum fructuuꝫ decimarum. j. de deci. pastoralis. sed si aliquis possideret ius percipiendi decimas spectans ad alium: tūc ille posset conueniri. s. de maio. ꝛ obe. in. c. inter quatuor.

1 Transactio super iure presentandi siue super iurepatronat⁹ non valet.
2 Pactio per quam nouus census imponitur ecclesie non valet.
3 Laicus an possit sibi querere ius presentandi.

Preterea. Non valet transactio super iure presentandi. ꝛ cōsequenter super iure patronatus per quam nouus census imponitur ecclesie vel antiquus augetur. h. d. Et est cōmunis diuisio consultatio ꝛ responsio. Secunda ibi cum igit. ¶ † No. q̄d super iure presentandi ꝛ cōsequenter super iure patronatus nō valet transactio sicut non valet super alio spirituali. ¶ Et sic no. quod sicut transactio in spiritualibus inducit simoniam ita etiā si fiat super annexis spiritualibus vt est ius patronatus ꝛ ius presentandi. facit. j. de iudi. c. quanto. ꝛ. c. decernimus. ¶ † Iteꝫ not. quod non valet pactio per quam nouus census imponitur ecclesie vel antiquus augetur. ¶ Item no. a contrario sensu q̄d inter laicum ꝛ clericum videtur licita compositio super iure patronatus vel super iure presentādi dum tamen fiat sine simonia ꝛ sine preiudicio ecclesie. Et ex hoc no. arg. † quod laicus videt posse querere ius presentandi. licet non appareat de iure patronatus. de quo dicendum vt. c. querelam. s. de electione. ¶ In glo. j. in fi. glo. sequens dicit idem si autoritate superioris: quia nō potest ecclesia constitui censualis de nouo vel augeri cēsus. Sed intellige glos. veram referendo eam ad tex. quia non videtur iusta causa augēdi vel de nouo cōstituendi. Sed vbi subesset iusta causa bene posset de autoritate superioris census imponi vel augeri. per id quod nota. in. c. prohibemus. infra de censi. ¶ Extra glos. tangit hic innocentius vnum an si laici percepissent ab antiquo censum in ecclesia quod esse potest iuxta ea que habētur in c. eleuterius. xviij. q. vltima. an tunc possent illud remittere transigendo pro iure patronatus recipiendo. ꝛ dicit quod sic. allegat d. c. statuimus. sed Hosti. dicit hoc verum si interuenerit autoritas superioris intellige eo modo quo dicitur in. c. nisi essent. de preben. ꝛ forte si fuisset questio super iure patro. ꝛ amicabiliter se cōposuissent stare ei quod faceret ipse superior. Nam tunc poterit superior declarare si sibi videatur ius patronatus spectare ad ipsum laicum ꝛ ordinare q̄d remittat censum ecclesie.

1 Census prestatio non arguit necessario subiectionem.
2 Excipiens an videatur confiteri intentioneꝫ aduersarij. ꝛ nu. 5.
3 Confessio facta super iure de preterito aduersarij cōcludit ꝛ fundat intentionem ipsius aduersarij.
4 Confessio facta per conuentum ecclesie collegiate vel p syndicū videtur preiudicare ipsi ecclesie.
5 Confessio cōtinens diuersos articulos potest pro parte acceptari ꝛ pro parte reprobari.

a ¶ Sup spiri- a tuali. In hoc c. summando sunt ꝯcordes. do. Io. ⁊ Abb.

Preterea. Super spirituali [a] subiectiōe trāsigere nō lꝫ. h. d. Et est cōis diuisio consultatio. Et respōsio scda ibi: mādam⁹. ¶ No. j. quod capelle que sunt intra limites ecclesie matricis videtur de iure communi subiecte ipsi matrici ecclesie. ⁊ ad que dicantur esse subiecta tangitur per Innocen. ĩ. de capellis mo. dilectus. ⁊ s̃. de offic. archi. dilecto. ¶ Et no. ꝙ mater ecclesia est aliqñ monachalis ⁊ inferior ecclesia cathedralis qñqꝫ est ipsa ecclesia cathedralis. ĩ. de verbo. signi. c. venerabili. ⁊ de prescrip. ex transmissa. ⁊ de sen. excō. c. j. in cle. ¶ Itẽ no. ꝙ prestatio cẽsus 1 qñqꝫ est signum exẽptionis. Et ex hoc patet † qȝ prestatio cẽsus necessario nō arguit subiectionẽ. facit quod habetur. ĩ. de causa posses. c. fi. ¶ Itẽ no. ꝙ super subiectione spirituali nō est licitū 2 transigere. ¶ † Itẽ no. qȝ vbi excipiẽs pure et explicite confitet intentionem aduersarij vel illud ex quo probat intentio aduersarij licet postea separatim excipiat preiudicat sibi talis confessio licet facta sit per excipientem. ¶ Et per predicta potes notare limitationem ad illud vulgatum quo dicitur excipientem nō confiteri. ĩ. de excep. cū venerabilis. ⁊ de reg. iur. exceptionem. lib. vj. ¶ Nam illud est verum qñ intẽtio partis aduerse solūmodo dicitur tacite inclusa in exceptione. secus qñ excipiẽs expresse separatim a verbis exceptionis cōfitetur seu punit intentionẽ aduersarij vel illud ex quo ipsa intentio aduersarij probat: quia tunc preiudicat sibi excipiens. ⁊ videtur fateri nō simpliciter vi exceptionis: sed ex vi cōfessionis vel positionis separatim facte de in 3 tentione aduersarij. ¶ † Item not. ꝙ confessio facta sup iure de preterito aduersarij concludit ⁊ fundat intentionẽ ipsius aduersarij etiā respectu temporis presentis vel si aliud sufficiens in cōtrarium nō ostendatur facit. l. siue possidetis. C. de probatio. facit tex. iste cōtra glo. in. l. ceterum. §. j. ff. de confes. que videt velle ꝙ cōfessio iuris de preterito nō habeat inferre ad tẽpus presens sed certe illa gl. non videtur indistincte procedere. per ea que hic habentur. facit etiam quod dixi in. c. ij. ⁊ qȝ dixi. ĩ. de libel. obla. 4 c. j. ⁊. ij. ¶ † Item no. ꝙ cōfessio facta per cōuentum ecclesie collegiate vel per syndicum videtur preiudicare ipsi ecclesie. de quo tangitur hic in glo. pe. ⁊ facit etiā quod habetur in. c. ij. ĩ. de ord. cogni. ⁊ de testi. presentium. libro. vj. ¶ Item not. qȝ suffcit iudicem certificari in principali super quo sentẽtia est ferenda ita qȝ sit certus qualem sentẽtiā debeat ferre. lꝫ nō certificetur de quolibet accidente seu accessorio. facit qȝ habet in. c. cum causam. ĩ. de 5 emptio. ⁊ vendi. ¶ † Item no. ꝙ vbi confessio continet diuersos articulos separatos pōt pro parte acceptari ⁊ pro parte reprobari maxime vbi reprobatur non quantū ad factū: sed quantū ad iuris effectū seu quo ad iuris validitatem. de quo in. l. publia. §. fi. ff. depo. ⁊ s̃. de rescri. in. c. ex parte decani. ⁊. l. vnica. C. de ꝯfessis. ¶ In gl. j. in fi. nā p priuilegiū bene potuisset eximi si papa concessisset. ĩ. de priuile. ex ore. ⁊. c. cū capella. ¶ In gl. ij. ibi excipiendo hoc fecerūt quasi velit gl. ꝙ ibi explicite nō fecerūt cōfessionẽ ideo tūc stat regula qȝ excipiẽs nō videt fateri. hic secus vt etiaꝫ declaraui in notabilibus. ¶ In ea. g. ibi: poterat sic respondere dicit Io. an. qȝ hoc consiliū nō est ꝭm deū: qꝛ non debet veritas occultari. ĩ. de crimine fal. c. j. facit qȝ no. per glo. in regula exceptionem obijciens. de reg. iur. in. vj. ¶ Sed aduerte qꝛ ꝯtra tex. ⁊ gl. facit qꝛ cū stetur confessioni cōtra fratres celle videt etiā qȝ debuit stari pro ipsis. ĩ. de censi. cū olim. ¶ Sed potes dicere qȝ licet staretur ꝯfessioni pro ipsis inquantū allegant transactionẽ tñ nō possunt iuuari ex illa: qꝛ transactio non tenuit vt hic ptꝫ. ⁊ sic pars aduersa nō reprobat confessionem quo ad factū: sed quo ad iuris effectū seu validitatem. ⁊ sic transit do. Ant. Tu potes dicere qȝ ex quo capitula sunt separata potest pars acceptari. ⁊ pars repudiari etiā respectu facti. p id qȝ habetur in. d. l. publia. §. fi. ff. depo. ⁊ per id qȝ no. ĩ. c. fi. de cōfessis. ¶ Item aduerte qa videtur obstare huic tex. qꝛ ex quo confessio non erat certa. ⁊ ex quo de certo censu non fuit dictum videtur ꝙ nō potuerit ferri sententia. arg. c. graue. xj. q. iij. ¶ Sed respondet qȝ ex quo trāsactio nō valebat non fuit curādū pro quanto censu fuisset facta. Et ideo valuit sententia lata super subiectione eiecta ipsa transactione. ĩ. de dona. pastoralis. ĩ. de censi. cum venerabilis. ⁊ plenius per Io. an. ⁊ etiam tangitur in. d. c. constitutus. alle. in gl. ¶ In glo. subiectione in fi. sed certe poterat esse qȝ habebāt bonam fidem presentantes transactionem valere. Ideo precedẽs ratio videtur melior. ⁊ dictum glos. facit quod habetur in. c. fi. ĩ. de prescriptio. ¶ In gl. penul. in fi. ⁊ ideo preiudicauit cōfessio qȝ intellige vt no. in. c. fi. de prescrip. ⁊. c. presentiuꝫ. de testi. in. vj. ¶ Extra glo. tangit Inno. vnū ꝙ si cella recipiebat certum censum annuatim ab ecclesia matrice an posset illud remittere vt eximatur. Inno. hic dicit qȝ licet non sit verisimile ꝙ matrix ecclesia debeat cẽsum inferiori: tñ si hoc cōtingat valebit trāsactio: qꝛ remittere cẽsum videtur quid spirituale scdm eum. ⁊ sic videt dare spirituale pro spirituali: sed hoc non placet Hostien. quia imo census est quid temporale. facit quod habetur in. c. precedenti et quod ibi dictuꝫ fuit subiectio vero hic erat spiritualis. Ideo videtur qȝ non posset remitti, talis census pro ipsa subiectione spirituali sicut nec dari. s̃. c. proxi. ⁊ quia idem est remittere quod dare. ĩ. de simonia querelam. ⁊. l. ij. ff. de calū. Et ideo non videt procedere dictū Innocẽ. saluo nisi ex superioris ordinatione siue partiuꝫ conuentione hoc fieret. per id quod habetur. ĩ. de prebẽ. nisi. ¶ An autem transactio teneat super temporali subiectione videtur quod non: quia inter dominum ⁊ seruum super seruitute non procedit transactio. C. eod. l. interpositas. ¶ In contrarium facit quod habetur in. l. fi. C. eo. ⁊. ff. de iudi. l. vix ex certis. Sed dic ꝙ si est probabile dubium super seruitute. ⁊ sic subiectione potest transigi. alias secus vt no. in. d. l. interpositas. C. eo.

1. ☞ Dispensare potest legatus contra ius.
2. Transactio super matrimonio interuenire non potest.
3. Matrimonium est penes infideles.
4. Seueritati detrahi potest vbi est multitudo peccantium.
5. Dispensatio fieri non potest vt legitime coniuncti per matrimonium separentur.
6. Dispensare an possit legatus in gradibus consanguinitatis et affinitatis.
7. Rigor iuris scriptus prefertur equitati non scripte.
8. Maius delictum censetur esse contra personam maiorem ꝙ̃ cōtra minorem.
9. Transigere in quibus casibus sit licitum.

b ¶ Sup matrimonio. do. Ab. summat dupliciter. ⁊ i scdo summario est amplior isto vide eum hic. ⁊ si queris in quib⁹ cōpositio vel dispẽsatio fieri pōt. vide bonā distinctionẽ hic per do. Henr. boych. i prin. quā ingurgita diligenter.

Ex parte. Super matrimonio [b] nō potest interuenire transactio. h. d. Et primo hortatur legatum. vt etiā cōponat in casibus expressis in iure. Secundo ab hoc excipit. Tertio exceptionem exemplificat. Quarto dicit quid de casibus a iure nō declaratis. secūda ibi excep. tertia ibi: vt pote. quarta ibi: in his vero. ¶ In tex. ibi. ⁊. ĩ. deciditur quod habetur in prima gl. ¶ No. j. qȝ superior ⁊ precipue legatus debet se interponere ad compositiones ⁊ concordias faciendas inter subditos. facit quod habetur in. c. j. ĩ. de mu. peti. quod no. hic in glo. j. vnde dum litera dicit poterit suppleri ꝙ potest ⁊ debebis per iura allegata in gl. ij. ⁊ que habentur in. d. c. j. de mu. peti. ¶ Item not. quod legatus potest recedere a rigore iuris ex causa vt hic erat attẽto statu im 1 perij et multitudine peccātium. ⁊ sic facit † qȝ legatus possit dispensare contra ius de quo aliquid dicam post glo. ⁊ facit etiam iste tex. in arg. quod legatus si viderit expedire possit committere causas sine strepitu ⁊ figura iudicij quādo euidens status loci rei 2 hoc suadeat. de quo in. c. fi. de here. in. vj. ¶ † Item not. qȝ non valet transactio in sacramento matrimonij de quo dicenduꝫ. vt 3 tangitur hic in gl. in verbo sacramentum. ¶ † Item no. quod sacramentum matrimonij nedū est penes fideles: sed etiam penes infideles. ⁊ sic quo ad substantiam talis sacramenti non requiritur semper necessario fides catholica. ¶ Itẽ no. ꝙ in nō determinatis a iure procedere potest iudex prout arbitratus fuerit sola equitate pensata. ⁊ quod statuerit pro iure seruari seruandū erit. ¶ Item not. quod in arbitrarijs considerande sunt circūstantie loci temporis ⁊ personarum. ⁊ etiam naturale cause. ¶ Itẽ no. 4 qȝ in dubijs humanior sententia est sumenda. ¶ † Item no. qȝ vbi multitudo peccantium reperitur: tunc detrahi potest seueritati. facit qȝ habetur in. c. latores. de cle. excō. mi. ⁊ in. c. vt constitueretur. l. dist. ¶ In glo. ij. in fi. nec ob. si dicat qȝ secundū hoc crimina remanebunt impunita cōtra id quod habetur. ĩ. de senten. excō. vt fame. ff. ad. l. aqui. l. ita vulneratus. qꝛ responderi potest vt tangit glo. in. c. j. ⁊. c. studeñ. xc. dist. ꝙ cōpositio debet fieri sine preiudicio iuris publici. vt quando agetur de causis ciuilibus vel quando agitur ciuiliter de crimine vel si agatur criminaliter sit tale crimen qȝ pars possit remittere vt est crimen iniuriarum: vel aliud super quo licita est compositio: sicut contingit in aliquibus de quibus in. l. transigere. C. de transa. ⁊. ij. qō. iij. preuaricator. ⁊. c. ij. ĩ. de collu. detegen. secus quādo ageret criminaliter in alijs casibus in quibus non est licitum transigere vel pacisci de quibus in predicta. l. transigere. ⁊ in alijs iuribus preallegatis. ¶ † In gl. sacramentū in fi. ⁊ sic vult glos. quod nō possit fieri dispẽsatio vt legitimi coniuncti per matrimoniū separentur velut cōiuncti in gradu prohibito. l. diuina. simul remaneant. secus si essent cōiuncti in gradu prohibito tantū. l. canonica. Qui autem sint gradus prohibiti. l. diuina habẽtur p gl. in. l. literas. de resti. spo. de prohibi. auteꝫ. l. canonica. habet in. c. nō debet. ĩ. cōsangui. ⁊ affini. ¶ Et pro declaratione tex. ⁊ gl. potes concludere quod aut queritur an inferior a papa possit dispensare sup matrimonio. Et tunc dicendum quod nō. ⁊ sic potest etiam hic intelligi etiā si sit legatus de latere. vt hic patet ex suprascriptione iuncto tex. ⁊ his que no. s̃. in. c. fina. de offi. lega. ⁊ eod. titu. c. j. 6 in. vj. ¶ † Unde videtur ꝙ legatus etiā de latere nō possit dispẽsare in gradibus cōsanguinitatis ⁊ affinitatis etiā phibi. tantū

cōstitutione

cõstitutione canonicã nisi aliud habeat speciale mãdatũ a papa ꝛ hoc etiã tenet hic Inno. quod tene mẽti. facit qđ habeť in.c.ꝙ dilectio.ꝛ.c.q2 circa.ꝛ.c.nõ dꝫ.ĩ.de consang.ꝛ affi.ꝛ facit etiã qđ legiť ꝛ no.š.de tẽp.ordi.dilectus. Aut loquimur in papa.ꝛ tunc aut querimus de spõsalibus per verba de futuro.ꝛ tunc videtur qđ possit dispensare: q2 etiã ipsemet partes possent ab ipsis recedere.ĩ.de spon.c.ij.tñ videtur qđ sine causa nõ deberet dispensare contra voluntatẽ alterius partis. facit qđ no.in.c.non est.ĩ.de renũtia.ꝛ.c.cũ inter. Aut querimus de matrimonio contracto ꝑ verba de presenti.ꝛ tũc si est carnali copula cõsummatũ nõ põt dispẽsare.š.de trãsla.c.ij.ꝛ de cõuer. coniu.ex publico.ꝛ facit qđ no.in regula actus legiti.de regu.iur.in.vj. Si aũt nõ est carnali copula ꝯsummatũ tũc cõiter teneť qđ põt dispẽsare: sꝫ nõ dꝫ nisi ex magna causa vt no.in.d.c.ex publico. Et predicta ꝓcedũt qñ legitime matrimoniũ est cõtractũ. † Si autẽ non est legitime contractũ: vt q2 sunt in gradu prohibito an possunt dispensari vt simul remaneant dic qđ sic si solũ gradus est prohibitus.l.canonica. Secus si diuina.ĩ.de resti.spo.literas.ꝛ etiã tãgit hic gl. In glo.infideles.ꝛ sic potes dicere ꝙ verũ sacramentũ matrimonij est etiã apud infideles: sed apud fideles est ratũ hoc est firmũ adeo qđ nullo casu põt separari quo ad vinculum: sed apud infideles non est oĩno ratũ quo minus separari possit in casu po-7 sito in glos. †In glo.seruata ibi.de equitate nõ scripta.no.be-8 ne ex gloss. ꝙ ius vel rigor iuris scriptus preferetur equitati [a] non scripte. secus vbi neutrũ est. Sed circa hoc potest latius dicere q2 aut equitas ꝛ rigor ad idẽ tendunt.ꝛ tũc vtrũq3 seruatur. facit quod habetur.xlv.distin.idisciplina aut inuicẽ contradicũt. et tunc aut nos loquimur in arbitrarijs.ꝛ videť qđ equitas debeat seruari. facit qđ habeť in auť.iusiurandũ qđ prestať ab his coll'. iij. vbi iudices iurant seruare equitatẽ qđ debet intelligi in arbitrijs. vt voluit Inno.in.c.j.š.de consti. Aut loquimur in alijs.ꝛ tunc aut alterum est scriptũ alterũ nõ.ꝛ tũc stari debet scripto. ꝑ id qđ hic dixit gl. facit qđ habeť in.l.j.ꝛ ibi etiam de materia per legistas. C.de leg.ꝛ vi.q.iij.scriptum est in.l.ꝛ in.l. prosperit.ff.q ꝛ a quibus. quod intellige nisi iudex haberet potestatem dispensandi.ĩ.de pe.licet. Si vero neutrum est scriptũ tunc standuꝫ est equitati. facit qđ habeť in.l.scire.§.sufficit.ff.de excu.tuto.ꝛ.l. placuit.allegata in gl. Aut vtrũq3 est scriptũ.ꝛ tũc aut ꝯstat qđ eorũ sit vltimũ.ꝛ tũc illi debet stari.ĩ.de ꝯsti.c.j.in.vj. Aut nõ constat.ꝛ tũc in dubio seruabitur eqtas. facit qđ habeť ff.de re. iur.l.in oĩbus. Predicta ꝓcedũt qñ rigor ꝛ equitas ambo sunt in specie vel ambo in genere. secus si rigor esset in specie ꝛ equitas in genere: q2 tunc preferť rigor in sua specie. vt patet in ꝑscriptione que ex rigore iuris propter bonũ publicum fuit inducta vt dominia rerum essent in certo.l.j.ff.de vsuca. nam talis rigor in specie prescriptionis preferť equitati generali q̃ habet qđ qs nõ debet locupletari cũ alia iactura.ff.de cõdi.inde.l.nã natura. Et tene mẽti predicta: q2 sepe fit remissio ad ea que hic dicuntur an preferri debeat equitas rigori vel non. Et ad id qđ dixi d equitate in genere de rigore in specie. bene facit quod habetur in regula locupletari. de reg.iur.in.vj.ꝛ.ĩ.de prescrip.ad aures. In glo.penul.ibi: q2 aliter procedunt.ꝛ sic loquitur gl. de persona delinquẽte que aliter puniť si sit i dignitate quã si nõ sit de quo.ĩ.de iureiuran.cum quidam.ꝛ.xl.distin.homo christianus.
8 †Consideranda est etiam persona contra quã delinquiť q2 maius delictum censetur esse contra personam maiorẽ quã contra minorem insti.de iniurijs.§.atrox. Et ideo tunc maior pena venit imponenda qñ cõtra maiorem delinquitur. per id qđ habetur.xxiij.q.j.c.nõ afferamus. In ea.glo.ibi magne.in fine ibi dicit in dispensatione fienda a voto attendendã causam per quã votum fuit emissum.ꝛ sic non facit specifice ad materiã delictorũ ꝛ penarum. Sed melius facit quod habetur in.c.cum dilecti.ĩ.de accusatio.quod alleg.gl. vbi si aliquis recipit res ex naufragio attenditur causa propter quam receperit q2 si animo sibi lucrandi cõmittit delictũ ꝛ venit puniendus. Secus si causa custodiendi. facit qđ habetur in.l.verum.alleg.in gl. Ubi arripiẽs ancillã propter causam fornicationis non dicitur furtum cõmittere. q2 non arripit illam vt priuet dominum. sꝫ propter causam fornicationis. Et ideo dicit lex quod animus ꝛ propositũ distinguũt maleficium.l.qui in iure.ff.de fur. In ea.glo.ibi de clericis coniug.c.cum olim. vbi patet quod ratione loci excusatur qs a delicto si existens in sac. is teneat vxorem quam accepit in minoribus. Nam hoc est licitum in partibus grecie sed non in partibus latinis. Attenditur etiã locus q2 diuersificat interdũ furtum a sacrilegio: quia si auferť de loco sacro est sacrilegiũ. alš est furtum.l.aut facta.§.locus.ff.de pe.ꝛ ibi plene in tex. de omnibus his que tanguntur in glo. In ea.glo.ibi.ꝛ tempus tacendi ꝛc melius est dicendum. Et pone exemplũ. per id qđ habetur in.l.furẽ.ff.de sicarijs.ꝛ.ĩ.de homi.si perfodiens. vbi ptꝫ qđ furẽ nocturnum licitum est percutere non sic in diurno statuta etiaꝫ cõmuniter magis puniũt delicta cõmissa de nocte quam de die. ꝛ de materia glo. vt dixi habetur in.d.l.aut facta.in tex.ꝛ etiam in.c.sicut dignum.ad quod infra remittit. In gl.fi.ibi.nõ debet esse tenax. Et ideo sacerdos in imponẽda penitentia non debet nimis rigide se habere. Unde redarguuntur sacerdotes qui asperas penitentias alijs imponũt.ꝛ pro se nolunt etiam minimam sustinere. vt patet in preallег.c.allegant. Extra glo.tangit hic Joã.an.in quibus poterit delegatus detrahere seueritati dicit post Hostie. quod in penis imponendis. facit quod habetur de penis.c.j.§.pene.ꝛ.ĩ.de pe.licet cum ibi notatis. Item in penitentijs imponẽdis.ĩ.de peniten.ꝛ remissio.c.deus qui. in publicis tamẽ criminibus non debebit dispensare: sed illa discutere ꝛ punire.ĩ.de collusio.detegen.c.j. nisi ratione necessitatis vel vtilitatis suadeat dispensationem quinquagesima distinctione. vt constitueretur.ꝛ.c.a domino sancto. non poterit autẽ dispẽsare cum illo qui tenet superinductã vltra coniugem. facit quod habetur.ĩ.de sponsa duorũ.c.j. vel quod monachus habeat proprium.ĩ.de sta.mona.c.cum ad monasterium. circa finem. Et facit ad predicta.c.j.ĩ.de sponsa. Item non poterit dispensare quod quis possit committere mortale peccatum vel in illo remanere. Nam in talibus non admittiť dispensatio nec prescriptio. [a] š.de consue.c.finali nec in prohibitione iure diuino.ĩ.de vsu.c. super eo. Et propter predicta inducitur hec decre. pro ꝛ contra pro potestate legati in dispensando tamen cõmuniter dicũt docto. legatos de latere posse dispensare in omnibus casibus in quibus possunt dispensare episcopi.ꝛ etiam in aliquibus alijs de quibus in Specu. de lega.in.§. consequenter. in princi. non poterit tamen dispensare etiam contra ius positiuum cuius trãsgressio inducit mortale. facit quod notatur in.c.a nobis.de bigamis.ꝛ.ĩ.de consangui.ꝛ affi.ni.nõ debet: sed solus papa videtur tunc posse. Et per predicta videtur etiam quod non possit legatus sine speciali mandato pape dispensare in gradibus consanguinitatis et affinitatis.ꝛ ꝓhibitis tantũmodo.l.canonica.
9 de quo tetigi in nota. †Ultimo tangit domi. Anto. quod in quibus casibus sit licitum transigere. [b] ꝛ concludit quod in ciuilibus et temporalibus licitum est transigere in spiritualibus nõ. supra eodem super eo. Si autem agatur criminaliter de crimine: tunc concludit quod de iure ciuili in priuatis criminibus videtur licita transactio.ꝛ idem in publicis vbi veniret imponenda pena sanguinis preter ꝙ in crimine adulterij: sed in alijs licitum est in quibus non venit imponenda pena sanguinis transigere excepto crimine falsi prout habetur plene per legi.in.l. transigere. C.de transac.ꝛ no.glo.ij.q.iij.preuaricator.ꝛ hec de iure ciuili: sed de iure canonico nõ imponitur pena sanguinis.ꝛ omne crimen censetur publicuꝫ. vt not.glos.in.c.j.ĩ.de collu. detegen. Ideo videtur quod non sit licita transactio de iure canonico qñ agitur criminaliter de crimine vt etiam voluit glossa in.d.c.j.ꝛ d.c.preuaricator. Secus si ageretur ciuiliter de crimine. per id ꝙ habetur.xc. distin.c. studeñ.§.j. et facit etiam quod dixi super glos.ij.

[a] Prefertur eqtati. Uide distinc. domi. Henr. boych. in.iij.col. ver super eodẽ.c.

[b] Licitũ trãsigere. vid hic distinctionem bonã do. Hẽ. boych.i.ij. co. ver. super eodem.c.

De postulando. Rubrica.

1 Aduocati officium est dignius ꝙ procuratoris.

Continuatur ad precedentia visum est in precedentibus de pac.ꝛ de transactio. verum q2 vocati ad iudicia interdum nolũt pacisci nec transigere: sed litigare: tunc solent sibi querere aduocatos ꝛ ꝓcuratores. ideo post ꝓcedentes Rubricas ponit duas
1 sequentes ante Rubri.de iudi.ꝛ premittit de postulando † quia dignius est officium aduocati quam procuratoris. facit quod not.insti.de repli.§.fi.ꝛ.ĩ.de iudi.cum deputati. postea autẽ post istam subijcit de procu.ꝛ de materia habetur in decre.iij.q.vij. §.tria.ꝛ.§.verum.ꝛ.xxiij.q.v.deniq3.ꝛ.xv.q.ij.c.ij.ꝛ de peniten. distin.j.c.nemo.

1 Aduocare non possunt clerici in sacris coram iudice seculari: sed coram ecclesiastico possunt.
2 Aduocare possunt beneficiati in causa ecclesiastica coram iudice seculari.
3 Clerici beneficiati ꝛ etiã in sacris possunt prosequi causam suam vel ecclesie coram iudice seculari.
4 Causa ecclesie non videtur esse propria causa ipsius prelati.
5 Clericus non debet esse aduocatus in causa criminali.
6 Aduocare an possit clericus pro fratre accusato criminaliter.
7 Et quid de clerico qui non habet vnde sustentetur an poterit aduocare coram seculari.
8 Salarium recipere an debeat clericus pro patrocinio.
9 Et quid de aduocato laico.
10 Aduocare siue aduocati officium suscipere an possit quis cogi.

a ¶ Clericꝰ. cōcordat. d. Abbas in summatione huius. c.

b ¶ Quomodo aūt. hoc ꝙ hic dꝛ est cōe ⁊ vsitatū in hoc regno Frācie nā cause bñficiales oēs pene tractantur in foro seu curijs secularibꝰ, vt pꝫ in practica huius regni.

Clerici. Clericus [a] in sacris vel in minoribus bñficiatꝰ in foro seculari postulare nō dꝫ nisi pro se vel sua ecclesia vel miserabili persona. h. d. ¶ Primo ponit prohibitionem. Secūdo ab illa excipit ibi nisi. ¶ † [1] No. quod clerici existētes in sacris non possunt aduocare corā iudice seculari. Et idem in minoribus beneficiatis. ¶ Item no. a cōtrario sensu qđ clerici qui non sunt in sacris nec beneficiati possunt etiā aduocare corā iudice seculari. ¶ Itē potes notare a contrario sensu ꝙ corā iudice ecclesiastico videntur posse aduocare clerici etiam existentes in sacris vel etiā in minoribus beneficiati. ¶ † [2] Itē no. a cōtrario sensu ꝙ in causa ecclesiastica etiā corā seculari possunt aduocare beneficiati. ⁊ etiam in sacris cōstituti quomodo aūt [b] possit contingere qđ causa ecclesiastica tractet̃ corā seculari cū videatur hoc nō cadere in laicum. ĩ. de iudi. decernimus. Potes ponere exēplū qñ questio esset inter duos clericos de re aliqua tēporali ecclesie. ⁊ per iudicem ordinarium ecclesiasticuꝫ talis causa delegaretur laico qđ fieri potest vt no. per glos. in. d. c. decrnimus. ¶ Posset etiam appellari causa ecclesiastica ratione persone ecclesiastice agentis cōtra seculareꝫ corā iudice seculari cum actor debeat sequi forū rei. ĩ. de fo. cōpe. cum sit generale vel si sit causa feudi ecclesie habite a domino tēporali ⁊ corā ipso agat̃, vt. ĩ. de fo. cōpe. c. verū. ⁊ sic poterit clericus pro clerico esse aduocatus velut persona ecclesiastica etiam coraꝫ seculari: sed pro laico non coram iudice seculari. facit quod habetur in simili in. c. j. ĩ. de fideiuſ. lꝫ corā ecclesiastico iudice bene posset esse aduocatus pro laico vt hic colligit̃ a contrario sensu. ⁊ qđ dixi clericū posse esse aduocatū corā iudice seculari intellige vt dixi si non est in sacris nec est beneficiatus. ⁊ tātummodo in minoribus ordinibꝰ. ¶ † [3] Itē no. qđ clerici beneficiati ⁊ etiaꝫ in sacris possunt prosequi causam propriā vel ecclesie sue etiam coram iudice seculari si forte agatur contra laicum ⁊ pro illa aduocare. ¶ † [4] Et ex predictis no. ꝙ causa ecclesie nō videt̃ esse propria prelati cum hic ponatur alternatiua inter illa duo. ⁊ sic facit qđ cōsanguineus rectoris ecclesie in causa ecclesie nō possit recusari: qꝛ illa non censet̃ causa propria ipsius rectoris. Cōtrariuꝫ tamen tenet Io. an. de offi. delega. insinuāte. ⁊. ĩ. de appella. postremo. ¶ Item no. ꝙ ꝓ miserabili persona potest clericus etiaꝫ in sacris vel in minoribus beneficiatus aduocare etiā corā seculari qñ tales persone nō possunt se iuuare qđ qñ sit tangitur in gl. vt qꝛ nō habent vnde possint soluere aduocato vel non possunt habere ita bonuꝫ vt tangit glo. ij. ĩ. eo. c. fi. ⁊ que dicantur persone miserabiles no. per Innocē. ĩ. de offi. delega. significantibus. ¶ † [5] In glo. j. ibi interesse non debent. Et sic vult glos. qđ in causa criminali clericus etiā in minoribus tantū quāuis nō sit beneficiatus non possit esse aduocatꝰ. Et hoc propter irregularitatē quam sentit glos. qđ tunc incurreret. ⁊ sic si nō curaret de irregularitate videtur ꝙ tunc potest esse aduocatus in causa criminali: sed sine irregularitate videtur quod esse non posset. ⁊ videtur sentire glos. ꝙ etiam hoc procedat ex parte rei. ¶ Sed contra hoc facit qa videtur quod quilibet etiam clericus debeat defendere accusatuꝫ: qꝛ reos criminū defendit ecclesia. xxiij. q. v. c. reos. ⁊. ĩ. de immuni. ecclesia. c. inter. ¶ Huius timore dicūt qdā qđ gl. nō bene dicit inquantū voluit hoc sentire quod clericus non posset esse aduocatus pro accusato in causa criminali. de quo etiā tāgetur per glo. c. j. lj. dist. vbi tangunt̃ opiniones contrarie. Host. dicit qđ tutius est clerico qđ abstineat: qꝛ possit cōtingere qđ ex sui imperitia succūberet accusatus ⁊ puniret̃ ad mortē vel mutilationem mēbri. Et sic sibi hoc videretur imputandū. arg. ĩ. de homi. c. tua nos. ⁊. c. decetero. ⁊. c. ad audiētiam. ¶ Vel posset etiā contingere quod propter nimiam peritiam ⁊ cauillationē aduocati absolueretur accusatus iniuste ⁊ mutilaretur accusator propter penā talionis. ⁊ sic fieret aduocatus irregularis qui dedisset causam predictis. Unde periculosum est clericis de talibus se intromittere ⁊ precipue quia de facili lingua labitur. l. famosi. ff. ad. l. iuli. maiesta. Tamen de iure videtur quod si sit causa criminalis ex qua non debeat sequi pena mortis vel mutilationis membri nec pena sanguinis tūc videt̃ ꝙ possit esse aduocatus ex quo talis causa in qua pena sanguinis nō venit inferenda. ⁊ cōsequēter non potest sequi irregularis. facit quod habetur in cle. furiosus. de homi. ⁊. ĩ. ne cleri. vel mona. c. sententiam. ¶ Si autē sit talis causa ex qua pena sanguinis veniebat imponenda: tunc si reus iuste absoluitur ⁊ accusator nō punitur de calūnia. forte quia destitit ante inscriptionem: vel qꝛ ex forma statuti nō veniebat puniendus ad penam talionis: sed ad penam pecuniariā: licet defecerit in accusatione: vel etiā licet veniret puniendus pena talionis iudex cōmutauit in pecuniariam quod interdum contingit. vt pꝫ ex his que habentur. s. tit. proxi. c. fi. ⁊. ĩ. de penis licet. Et tunc in istis casibus etiam non erit irregularis ille qui fuit aduocatus pro accusato. Idem si ipse accusator puniatur pena sanguinis propter penam talionis dūmodo aduocatus solum habuerit intentionem defendendi reum ⁊ nō vt puniretur ipse accusator. ⁊ hoc debebit protestari ⁊ sic nō imputet̃ sibi si postea cōtingat ipsum accusatorem puniri. arg. eorum que habētur in. c. ij. lib. vj. de homi. ⁊ tamē cautum erit ſm Hosti. protestationem predictam sepius repetere ⁊ etiam non opponere ipsi accusatori quod se non inscripsit. Nam si hoc nō opponit ⁊ protestatur vt s. licet puniatur pena sanguinis ipse accusator propter penam talionis: qꝛ nō probauit vel falsos testes produxit videt̃ potius puniri suo facto quā facto aduocati. ⁊ hoc qñ reus fuit iuste absolutus. ¶ Si autem iniuste propter peritiā aduocati. ⁊ per hoc postea accusator fuisset punitus pena talionis: tunc esset aduocatus irregularis. per id qđ habet̃ in. c. decetero. de homi. ⁊ in. d. c. tua nos. ¶ Itē secus si nō fuit protestatꝰ. ꝑ ea que habent̃ in. c. ij. ⁊ fi. de homi. in. vj. ¶ † [6] Et ꝑ hoc pōt inferri ad questionē quaꝫ hic tāgit Io. an. pro fratre accusato criminaliter poterit clericus aduocare pro eo ad eius defensionem sine pena irregularitatis si contingat accusatorem postea puniri ad penam talionis ⁊ ad penam sanguinis. nā videt̃ qđ sic cuꝫ limitationibus predictis qñ scꝫ aduocat vt iuste absoluatur. ⁊ etiā protestatur qđ non intendit ꝙ puniatur accusator rōne calūnie alicuius sed solū vult ⁊ intendit defendere fratrē ⁊ si qua irregularitas diceretur ꝯtrahi hoc casu esset de facili dispēsabilis. Dicit tñ qđ de consilio est qđ in dubio abstineatur ⁊ potius alius procuretur aduocatus ⁊ quod decisio huius dubij etiā ad papā spectat. per ea que habentur. ĩ. qui fi. sint legi. per venerabilē. §. rationibus. Pro eo tamen quod dixi qđ possit defendere. facit qꝛ si licitū est defendere sociū cum armis. de senten. excō. c. dilecto. lib. vj. ⁊. ĩ. de appella. c. dilectus. fortius videtur esse licitum defendere fratrem de iure. ⁊ tene menti predicta. ¶ Sed certe capitulum dilecto non videtur facere ad propositū: qꝛ licet ibi permittitur defendere socium cū armis ita quod nō veniret puniendus: tamen si sequatur mors vel debilitatio membri non euadit irregularitatem que contrahitur etiam ex actu licito. vt patet in iudice iuste condemnante quem ad mortem. ⁊ not. per glos in cle. vnica. ad finem. de homi. ¶ Hic autem tractamus an possit esse aduocatus sine pena irregularitatis. Et sic non facit pro imo facit contra ¶ Iteꝫ etiam ad capitulum prelatis potest responderi quod ibi agebatur ciuiliter de crimine. ⁊ sic ex natura iudicij non debebit sequi pena criminalis imo pendente ciuili iudicio interim de crimine silere debet. l. interdum. ff. de publi. iudi. ⁊ facit qđ not. ĩ. de ordine cognitio. c. j. ¶ Sed hic ex natura iudicij criminalis est vt puniatur accusator de calūnia etiam eadē instātia vt legitur ⁊ no. in. l. j. C. de calū. ¶ Et ideo hoc casu videtur quod protestatio non operetur ex quo ex natura sequi potest penam sanguinis. per id qđ habetur in. c. fina. de homici. in. vj. ¶ Preterea id quod dicitur in. c. prela. fuisse videtur permissum. vt ibi dicitur ne det̃ materia alijs depredandi clericos et personas ecclesiasticas que ratio hic cessat. Ideo videtur quod de iure nō possit clericus esse aduocatus in causa sanguinis pro accusato quod etiam tenuit Hosti. in c. j. lj. distinctione. ⁊ etiam videtur hic tenere domi. Ant. dicēs quod videtur indistincte posse dici quod erit irregularis: ex quo saltem indirecte sequitur homicidium. per id quod habetur in d. c. finali licet Brixien. ⁊ Hostien. tenuerint contrarium vt patet ex no. per glossam in. d. c. j. ⁊ ex his que. s. dixi. ¶ Sed ex predictis bene patet quod tutius est omnino abstinere ab aduocatione etiam pro accusato in causa sanguinis siue sit frater siue extraneus. Facit quod notatur in dicta clemē. j. de homici. Nec obstat quod habetur in. c. nos. xxiij questione. v ⁊ de immunit. eccle. inter. in quibus videtur quod ecclesia defendat reos sanguinis: quia illud facit intercedendo et rogādo vt euitetur effusio sanguinis ⁊ etiam receptando confugientes ad ecclesiam nō autem aduocando in iudicio: quia id non videtur licitum clerico per ea que superius dicta sunt. ¶ † [7] In eadem glos. ibi prouidere debet: sed quid si de facto sibi non prouideatur. ⁊ non habet vnde sustētetur ipse clericus constitutus in sacris. dicit Host. quod tunc poterit aduocari coram seculari vt sibi victuꝫ querat. per id quod habetur in. c. clericus victum. xcj. distinctione. Et hoc propter necessitatem lex permittit patri filium distrahere. l. j. C. de patr. qui fi. distra. ⁊ etiam dicimus quod necessitas non habet legem: nec est sub lege infra de obseruantia ieiunio. c. consilium. §. j. ⁊ facit de consecratio. di. j. c. solet. ⁊ quod notatur in. l. j. C. de oper. liber. ⁊ sic debet limitari textus iste vt non habeat locum in casu necessitatis. ¶ † [8] Extra glos. tangit hic Ioannes andree. quia hic prohibetur clericum in sacris vel beneficiatum aduocare coram iudice seculari. Et sic videtur permittere coram ecclesiastico. argumen. ĩ. de presumptio. nonne. an poterunt salarium exigere. Innocen. dicit quod possunt recipere si detur: sed non exigere. per id quod habetur in. c. dilectus. ad finem. de simo. ⁊ xv. qōne. j. c. j. sed Hostien. dicit hoc verum in clericis in

sacris vel in minoribus beneficatis. Si vero sunt in minoribus nō beneficiati: tūc poterūt etiā petere salariū: quia nō sunt ligati ecclesie. & ideo possunt aduocare & vxores ducere. j. de cleri. coniug. c. j. j. de elec. cum ex eo. lib. vj. ¶ Sed cōtra istud facit qđ habetur in. d. c. j. xv. q. ij. vbi dicitur generaliter ꝙ nulli clerici debēt exigere salariū. Sed potest dici qđ illud. c. loquatur in regularibus. vt ibi etiam videt̄ velle Gratianus. ¶ Vel secūdo pōt dici qđ loquat̄ in causis spiritualibus in quibus procedat. vt ibi dicitur qđ non sit licitum exigere salarium. licet gratis datum possit recipi: sed secus in tēporalibus causis in quibus etiā poterit exigi. & ita tenebat Pe. ¶ Vel tertio potest dici. vt ibi etiaꝫ tangit glos. quod illi. c. est derogatum per contrariam consuetudinem. Et ex ista solutione no. qđ etiā cōtra canones precepti induci potest consuetudo. de quo dictum fuit in. c. j. §. de treu. & pace. do. Anto. hic videtur dicere qđ de equitate canonica clerici non debent exigere salariū. per id qđ habet̄ in. d. c. j. xv. q. ij. licet de iure omni casu quo permittitur eis patrocinari de iure videant̄ posse petere salarium: q2 non debet quis suis stipendijs militare. j. de prescrip. cum ex officij. ¶ Sed certe ista opi. non videt̄ bona quia equitas scripta in iure prefertur rigori. §. ti. j. c. fi. & ibi not. & sic videtur quod altera de solutionibus superius datis sit tenenda. tangit etiam Joā. and. scđo 9 † An laicus possit exigere salarium pro aduocatione. & concludit qđ si est salariatus de publico non pōt petere a clientulo. l. prouidendum. C. eo. ti. & idem dicit de medico eadē ratiōe. facit qđ habet̄ in. l. antepenulti. C. de professo. & medi. lib. x. Dicit tamē qđ aduocatus a clientulo non litigante. & similiter medicus a sano ratione consilij possit salariū recipere: quia salarium de publico videtur constitutum pro litigantibus & pro infirmis non pro nō litigantibus nec pro sanis iuxta illud sanis non est opus medico. ¶ Si autem non habeat salarium de publico: tūc si recipit salariū pro tota lite non poterit postea plus exigere. secus si recipiat pro vna die vel duobus diebus: quia pro alio tempore sequenti poterit petere. facit quod habetur in. l. quisquis. §. preterea. C. eo. & l. j. §. si cui. ff. de varijs & & extra. cogni. Et ibi etiam habetur quod succurri debet clientulo si aduocatus vltra debitum vellet salarium habere. de quo dicendū. vt ibi & etiā tangit Hosti. in summa huius tituli. 10 ¶ † An autem possit quis cogi acceptare aduocatum dictum fuit in. c. j. §. de offi. iudi. & dicit hic Hosti. quod pro miserabili persona posset compelli clericus aduocare cōtra ecclesiam propriam. de quo in summa. eod. titu. §. fi. ver. sed nunquid. & se.

1 Monachi & canonici irregulares nō possunt exercere aduocationis officium.
2 Responsum certum dari potest per verbum credo.
3 Monachus an possit postulare pro miserabilibus personis.

Ex parte. Monachi et regulares canonici postulare nō debent nisi pro vtilitate monasterij. & de precepto prelati. h. d. Et est cōis diuisio consulatio & responsio. Secunda ibi vnde cōsultationi. 1 ¶ † No. ꝙ monachi & canonici regulares nō possunt exercere officiū aduocationis nisi duobus cōcurrētibus. s. vtilitate monasterij. & licentia sui prelati. & tunc videntur posse aduocare tā in iudicio ecclesiastico ꝙ̄ seculari vt hic videtur colligi ex litera. ¶ Item no. ꝙ potestas aduocādi dicitur & appellat̄ officium. & sic facit ꝙ si per statutum aliqui ꝓhibeātur ab officijs videātur etiam prohibiti a potestate exercendi officium aduocationis nisi aliud appareat fuisse de mente statuentium. ¶ Item no. ꝙ monachus non videt̄ posse dari executor. de quo in. c. cum olim. j. de priui. & in cle. & si principalis. in prin. de rescrip. facit. qđ habet̄. §. de offi. dele. pastoralis. §. q2 vero. Similiter non videt̄ posse esse ꝓcurator. Nā etiā interdū ꝓcurator executor appellat̄ vt pꝫ ex his q̄ habent̄ in. l. fi. ff. de testi. ¶ Itē no. ꝙ etiā in materia ꝓhibēte & inhabilitāte ꝑsonā pōt ꝓcedi ex idētitate rōnis de similib⁹ ad similia. ¶ Itē no. ꝙ regulariter idē iudiciū est. & eadē iuris dispositio de mōachis & canonicis regularib⁹. de q. j. de sta. mona. ꝙ dei timorē. Differūt tñ in vestib⁹: q2 canonici regulares habēt totā lineā albā qđ nō est i monachis. facit qđ no. gl. in cle. j. de elec. ¶ Itē habēt regulā laxiorē ꝙ̄ monachi. & sic nō ita strictā. vt pꝫ ex his q̄ habent̄ i. d. c. qđ dei timorē. 2 ¶ † Itē no. ꝙ p verbū credim⁹ vel per verbum credo videtur certū rñsū sum iure. & sic facit ꝓ cōsulente si dicat se credere sic esse de iure vt videat̄ satis certū dare rñsū. Et idē si dicat ꝙ sibi sic videt̄. l. qđ tñ. §. si arbiter. ff. de arbitris. ¶ Ultimo no. illud vulgatū qđ vbi est eadē ratio. idē ius d3 dici. ¶ In glo. j. ibi nō sufficit vtilitas mona. Sed an sufficiat vtilitas monasterij cū licētia abbatis si vtilitas non sit principaliter & directe mona. respectu cause de qua tractatur: sed in quādam cōsequētiam: q2 monachus ꝑcipit lucrū salarij ex officio aduocationis cōuertendū in vtilitate monasterij forte grauati debitis dicit Jo. an. ꝙ nō: q2 tex. iste inquātū permittit monachū postulare pro vtilitate monasterij cū licētia abbatis est cōtra regulas iuris cōmunis que volunt qđ monachi nō debeant esse susceptores forensis vel ecclesiastici negotij. Et ideo stricte debet intelligi qñ directe principaliter agit̄ de vtilitate monasterij respectu cause de qua agit̄. & nō qñ indirecte per quandā consequentiā. per ea que habent̄ in regula in argumentis & i regula que a iure. j. de reg. iur. lib. vj. Et sic dicit dñm suum in iure disputando tenuisse. Et sic remittit se ad notata in regula in argumentis qđ tene menti pro limitatione istius text. ¶ In ea. gl. ibi: de factis priuatoꝛ: quasi velit ƀm do. Anto. secus esse si agatur de iure publico spectante ad coniunctā personam vt si vellet actionem popularē intentare pro cōiuncta persona. Nam hoc non poterit secundū istum intellectū quem tene menti pro limitatione legis: sed & hec allegata. ¶ Sed aduerte q2 glo. nō dixit de factis priuatis: sed de factis priuatorū. i. priuatarum personarū. & sic glo. nō videt̄ sensisse precedentē intellectū sed voluit dicere qđ cōtraria loquūtur in personis priuatis hoc est non religiosis, sed secularibus. Secus aūt in ipsis religiosis: q2 monachus nō censet̄ habere cōiunctionē in terris: sed eorum cognatio potius videtur esse in celis cū habeantur pro mortuis xvj. q. j. placuit. & vident̄ trāslati ab hoc mundo respectu anime & corporis in auf. hec cōstitutio inter pri. consti. in prin. colla. vj. ¶ Aduerte tñ qđ vbi agit̄ de successione hereditatis censet̄ habere cognationē quare ex eius persona succedit mona. l. deo nobis. C. de episc. & cle. & de proba. i presentia. ¶ Vel potes respondere ad contrariū qđ licet coniunctio suppleat defectum mādati in causa agitāda supposita al's habilitate persone. Nō tñ supplet defectū licentie ad integrandā personā ad actū agēdum: q2 hoc cautū nō reperit̄ vel etiā posset dici secundū alios quo ad potentiā agendi coniūctio supplet defectū mādati non autē quo ad potentiam postulandi. ¶ Sed certe ista solutio nō placet: q2 coniunctio persone videtur etiam operari quo ad potētiam postulandi sicut etiam pꝫ quo ad potentiaꝫ agendi. vt pꝫ in. l. j. §. fi. cum sequenti. ff. de postu. & facit etiā quod habetur in. c. proxi. 3 ¶ † An autem pro miserabilibus ꝑsonis posset monachus postulare. dic qđ sic interueniēte licentia abbatis. vt no. in Spe. in titu. de aduo. §. j. circa prin. ¶ In glo. fi. ibi etiam dominium nō trāsfert̄. vnde comprehendat etiam obligationem pignorum. facit quod habet̄ in. l. fin. C. de re. eccle. non alie. ¶ In ea. glos. ibi: inseruiunt laxiori. & sic magis stricta est regula monachorū quā canonicorum regularium differunt etiaꝫ in habitu vt dixi in nota. ¶ Item differunt etiam in esu carnium: quia non sic interdicitur canonicis regularibus sicut monachis secundum Jo. and. de quo. j. de sta. mona. c. cum ad monasteriū. & c. quod dei timorem. allegato in glo.

1 Filius patroni licet sit aduocatus cōtra libertum nō perdit ius petendi bonoꝝ possessionē in bonis liberti post eius mortē.
2 Postulare in quibus casibus possit sacerdos.
3 Causa ecclesie non dicitur propria prelati.
4 Recusari non potest iudex cōsanguineus prelati in cā ecclesie.
5 Aduocationis officium exercens cōtra illum cui tenetur ad remunerationē est ingratus.
6 Aduocare pro coniunctis personis potest clericus contra ecclesiam a qua habet beneficium.
7 Ingratus priuari debet beneficio quod suscepit ab illo cui est ingratus.
